



BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
8
3 A
22
M

OPERA POLINTII FRATRIS FRANCISCI

VITA POLINTII MINORITAE SICVLI DE CIVITATE PACTARVM (quæ olim Tyndaris) De Iustificatione prima liber unus. Et de Confeßionis uetustate codicillus, et de Eucharistica ueritate, contra hæreticos & hæreses huius temporis.

AD ILLVSTRISSIMVM PRINCIPEM ET REVERENDISSIMVM AC RELIGIOSISSIMVM ARchiepischopũ Panhormitanũ Dñm Don Petrum de Aragonia Regni Siciliæ Metropolitã celeberrimum.



spes eius : & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & insanias falsas.

Venetijs ad signum spei. 1 5 4 8.

ILLVSTRISSIMO COMITI ET REuerendißimo Archipræsuli Panhormitano Domino Don Petro Aragonio, Frater Franciscus Vita Polintius dictus Siculus ordinis Minorum perpetuam felicitatem.



EMOR Es Augustißime Præsul Princepsq; Religiosißime, dum Tridento (nec tamen ociosi) sederemus, tunc patrum expectantes augustiorem numerum. Vel sanctæ inchoatæ synodi (quam Tridentinam & Quintamdecimam Oecumenicam appellare phas est) catholicas præstolaremur diffinitiones: Multa in dies inuicem contulisse, Aduersus nouellos Lutheranos hæreticos, antiquarum hæresum Nouatores. Sed præ cæteris diligentißima fuit de iustificatione collatio. Quam imperio tuæ celsitudinis, literis mandare curaui, eodemq; iussu nunc typis excudenda premitur, Tuis ergo sacris auspicijs, qualis qualis ea fuerit in Lucem prodiens, latrantes non metuet canes circuientes Psal.58
ciuitatem, famemq; ueræ doctrinæ patientes atq; in ea se doctos arbitrantes si alijs detrahant. Præsul enim es Potentißimus uicariam Christi potestatem gerens in tua Metropoli (argumento. 68. distin. Quorum uices. distinc. 21. in nouo, distin.35. Ecclesiæ. 33. q. 5. Mulier extra de sacra unctione capitulo unico uersi. ad exhibendum) Tum quoq; regia es oriundus prosapia, simulac prudentia, consilio, morum innocentia, ac sanctitate celeberrimus, Nempe es hodie toto Christiano orbe rarum unicumque

probitatis exemplar, uel eo clarißimum, quo religioni interioris & maioris innocentiæ gratia, Primogenitura *amplißimi natiuiq; tui principatus te abdicasti.* Deo ma*gis in humilitate & spiritus libertate* ~~fruire~~ *eligens, quam in magnis & mirabilibus ambulare super te, dignus inuentus coràm domino duplici redimiri corona, terq; qua terq; centeno uidelicet præmio plurimis relictis propter dominum, & præuentione diuina in benedictionibus dulce dinis corona de lapide pretioso amiciri.* Atq; *ideo non eget mauris iaculis nec arcu, tuæ amplitudinis clipeo pro tecta mea hæc tenuis elucubratio.* Ego *etiam sciens humilitatem meam, illius semper sancti prophetæ uocem recordor.* Dixi *custodiam uias meas, ut non delinquam in lingua mea,* Posui *ori meo custodiam ne declinem in uer-*
Psal.38 *ba malitiæ & iniquitatis.* Neq; *enim sum adulterans uer-*
2.Cori.4 *bum dei sed pro manifestatione ueritatis hæc pauca delegi, eo quidem præscripto ordine, quo coràm tuo inclyto & sanctißimo præsulatu, familiari sunt exanimata colloquio.* Vale *igitur fœlicißime* Pater *& domine suscipe, protege, & emenda, atque memor esto uerbi tui, in quo mihi spem dedisti.*

OPTIMO MAXIMO DEO ET DOMINO IESV CHRISTO HOminum iustificatori, de iustificatione oblata primogenita, à Polintio minorita siculo.

PROLOGVS.



IVSTIFICATIONEM Nostram, institutione diuina, Apostolica prædicatione, & uniuersali uetustißimaq; catholice ecclesiæ consuetudine, notißimam celeberrimamq;, miseri Lutherani hæretici, indiscrimen litem dubiumq; uocantes, atq; aduersus eam, plerasq; antiquatas hæreses renouantes. Instanti hac tempestate, pluribus dedere prouinciam de iustificatione christiana tractare nostra. Tum ut Lutheranorũ confutarent errores alias iam tota damnatos ecclesia, cum pro ueritate certarent, ad confortandum pusillos, ac continerent in fide uniuersali domini saluatoris fideles omnes, qui demẽtari nolunt a præstigijs Lutheranis. Ego uero ex præclarißimis catholicis his scriptoribus audacior factus, pro ueritate fidei magniq; dei gloria & honore, iterũ hos confirmando, & quantum deus dederit, totum expendendo in Lutheranorum confutatione, calamum sumpsi, scribere tentans quæq; pro ueritate, & aduersus illos, suggereret spiritus almus. Nẽpe omnis catholicus, in hæreticos, arma debet uibrare cœlestis scripturæ, uel ut sciãt, ab omnibus, hereticam perfidiam refellẽdam fidelibus, aut nullam cum hereticis posse catholicos habere, spiritus ueriusq; fidei, cõmunionem. Quoniam Lutherani quicquid de iustificatione perperam statuunt, quoq; sit ab antiquo in sancta dei

Errores Luthera= norum de iustificatio ne unde ,p dierunt

repudiatum ecclesia. Nam toto uel parte eorum falsa dog= mata, ac sæpe, per ecclesiam, damnatis hæreticis exordita sunt, quod enim solam fidem iustificare fatentur, uel dispositiue aut in termino, gentilium baptizatorum quorundam anonymorum, tempore apostolorum, fuit antiqua hæresis, ansam errandi captantium, Hierosolymitano cōcilio de cessatione legalium, uel Paulinis epistolis impie intellectis, fuerunt tamen hi Petri, Iacobi, Ioannis, Iudæ quoq; fratris Iacobi catholicis fugati epistolis, ac sancti Pauli spiritu intel= lectis epistolis confutati, quos etiam Aetiani atq; eunomiani hæretici consectati sunt. eosdemq; synodus. 2. uniuersalis damnauit quæ est Constantinopolitana prima, deinde Ioui= nianus illos & istos sequens per syricium papam Romano concilio confutatus est aduersus quos magnus Augustinus librum conscripsit de fide & operibus, &. 21. de ciuita= te dei cap. 20. 21. quod etiam ad operam uirtutum liberri=

2. Error Luthera= norum de iustificatio ne

mus quisq; sit, neq; his magis homo iustificetur sed sola fi= de, prædictorum hæreticorum est quoq; dogma, quod au= tem dicunt sacramenta nullam conferre gratiam iustifican= tem sed sola fides, almerici impij fuit impius error. 5. toto
3 consilio lateranensi qui damnatus fuit, error est etiam. 2.
cathareorum & paterinorum atque. 3. quos anathemati=
4 zat Gregorius. 9. de hæreticis. cap. excommunicamus el.
2. Similiter quod dicunt eucharistiæ sacramentum uel extre mæ unctionis gratiam non augere uirtute operati operis, si non ponatur obex, albiensium & bagnolensium est ma= ximus error. Maßilianorum quoque fuit error ephesino primo confutatus concilio, quod etiam peccata non tollan=
5 tur in prima uel lapsi iustificatione, uel si remittantur non
uere quidem sed secundum non imputationem, aut si tollan

tur non tamen ex toto sed radantur potiusquã tollantur,
de forẽsi gentiliq; uenit optione, atq; de manichæorum pri 6
scillianistarumq; putrido bibitur lacu, cum uero inhærẽtem
abnegant gratiam in iustificatione dari, de pelagiana sul= 7
phurea progreditur piscina, quod p opera bona, quia om=
nia sunt peccata, nullus in iustitia augeatur, & quod de ne= 8
cessitate quilibet peccat, manichæorũ sapit errorem et pri=
scilliani, cum uero dicunt cõfessionem non esse necessariam 9
auricularem de omnibus notis reo peccatis pro lapsi iusti=
ficatione neq; de iure diuino esse, error fuit etiam omniũ
prædictorum, qui solam fidem ad iustificationem sufficere
opinabantur, sed in speciali hæc fugatur assertio cõcilio. 6.
uniuersali quod est. 3. Constantinopolitanum canone. 102.
& concilio Lateranensi sub. 3. innocentio, fuit quoque er=
ror Petri oxomensis qui sub sixto. 4. damnatus, per cõplu 10
tinam uniuersitatem, atque tanden apostolica authoritate
repulsus est, quod etiam dicunt solis prædestinatis ueram
iustificationem, cæteris uero adeo deceptoriam uanamque
esse collatã, antiquus fuit prædestinatorũ sectæ, error, at=
que primus Ioannis Vis est error damnatus quidem con=
cilio cõstantiensi, est etiam. 2. error apostolicorũ a dulcino
eorum hæresiarcha nouariensi, condemnati tamen sunt &
ab honorio & clemente. 5. Aut quod in prima iustificatio=
ne omnes sumus equaliter iustificati a stoicorum emanat in 11
sipientia, uel quod nullum est peccatum nisi infidelitatis cũ
iouiniano aetio & enomio atque origene damnatis assenti 12
tur, similiter quod dicunt nullam dispositionem a nostro li
bero arbitrio & deo posse fieri ad iustificationem, sed tan= 13
tũ adeo, de manichæo fumo nascitur obscuritas, uel in ope=
ribus externis non est actiua iustificatio, de eadem oritur 14

15 culina, uel tandē quod iustus, nullā debeat iustificationi suæ subsidiam satisfationem superaddere, cum Iouiniano enomio & Aetio sentiunt, Timorem autem & contritionem
16 magis facere hypocritam, quam iustificatum reddere dispositiue, eorum est error qui penitentiam negant ad iustificationem, præcedentium uidelicet, & cathareorum. 15. atque. 18. Et siqui alij sint Lutheranorum errores de iustificatione, ut infra aperiemus, deducti sunt omnes ex putridis hæreticorum lacubus, atq; in infrno hæresibus iam sepultis. Ob id igitur, & quoniam non cessant cōtra pietate diuinā pariter & humanā, contra christi ecclesiam in dies scribere & eius ueritates catholicas, immo uenerabilē ad orādamq; tridento inceptam sacrosanctam synodum subsanare tum etiam a deo datas eius sanctas diffinitiones, idcirco ego & plerique alij (gratia fauente diuina) de iustificatione iterum scribere statuimus. Cui etiam, & de uetustate confeßionis in Christi ecclesia, codicillum uelut appēdicem colligabimus, sicut autem triplex, ut dicemus, hominū peccatorum solet esse iustificatio ita quoq; triplici libro, hoc opusculum de iustificatione distribuitur, quod, et me ipsum meaq; singula, & omnia, pedibus sanctæ & apostolicæ sedis humiliter offero, subditaque esse profiteor, eiusdem correptioni submitto.

Diuisio libri

Quod a theologis non sit libere loquendum, sed ad certam regulam. Caput primum.

A catholicis non libere loquēdum cap. 23

Principio id statuendum arbitror, nō libere, uel utcūq; se sors obtulerit a catholicis esse proferendum, est quippe theologis & fidelibus phas loqui ad certam regulam, Magnus quippe ait Augustinus. 10. de ciuitate dei Liberis uerbis loquuntur philosophi, nec rebus ad intelligendum

difficillimis offensionem religiosarũ aurium pertimescunt, Nobis autẽ ad certam regulam loqui phas est, ne uerborũ licentia etiam de rebus quæ his significãtur impiam gignat opinionem. Subscribẽs Hieronymus inquit ex uerbis inordinate prolatis incurritur hæresis, Nempe ut patiẽtißimus Iob. 24.
attulit Iob constituit terminos eius (.s. theologiæ) qui præteriri non poterunt. Salomon quoque sapientißimus præci Prouer. 22
pit ne trangredieris terminos quos posuerũt patres tui. Et Prima. 2
Ioannes theologus, inquit, sed sicut unctio eius docet uos de omnibus & uerum est & non est mendacium, Et sicut docuit uos manete in eo. Quamobrem Christus deus semper suos admonens discipulos ne leuiter lequerentur in his quæ fidei sunt docebat eos cum sale loqui, bonũ, inquit, est sal, in cuius uerba magistri fidelis eius discipulus & interpres iurat Paulus Verumtamẽ ad quod peruenimus ut id Ad Phil. 3
sapiamus in eadẽ permaneamus regula, imitatores mei este fratres & obseruate eos qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sæpe dicebã uobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus uenter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. (Videtur inter Cõtra Lu
cæteros hæreticos, maxime huius tẽporis Lutherãos sug theranos
gillare hæreticos qui in confusione eorum tantum terrena id est, à cœlestibus diuersa atque fidei aduersaria solum sapiunt) iterum inquit, ad Collossenses. Sermo uester semper 4
in gratia sale sit conditus ut sciatis quomodo oporteat uos unicuique respondere. Atque ad timotheum. 2. scribẽs ait. Cap. 1
Formam habe sanorum uerborum, quæ a me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu, propter quod ad Corinthios 2. Corĩ. 4
thios scribens fatetur Paulus de catholicis. Non ambulan-

tes esse in astutia neque adulterantes uerbum dei, Sed in
Cap. 6 manifestatione ueritatis &c. Ad Galatas uero ait & qui-
cunque hanc regulam secuti fuerint pax super illos & mise
Cap. ulti. ricordia. At Ioannes subdit in Apocalypsi, siquis apposue
rit ad hæc, apponet deus super illum plagas scriptas in lib.
isto, & siquis diminuerit de uerbis libri prophetiæ huius.
Cōtra Lu Auferet deus partem eius de libro uitæ, Et hoc proprijssi-
theranos mum est hæreticorum crimen præcipue Lutheranorum, nē
pe adulterinas fecerunt diuersasq; a spiritu scripturæ addi
tiones siue confessiones, atque non paucas eiusdem subsTule
mot. re portiones. Theologi uero patresq; in concilio congrega
ti, quas secūdū spiritū ponūt expositiones scripturæ sacræ,
proculdubio nō additiones diuersæ nūcupādæ sunt, quoniā
Athana neq; diuersæ sunt a scriptura aut cōtrariæ, quas spiritus san
sius ctus scripturæ eiusdem author illustratorq; suggerit expli-
cationes in ecclesia sancta, aut deducēdas docet ueritates ex
Florenti- illa, sancto hoc testante Athanasio cæterisq; patribus con-
num tra Arrianos, & post eos sacro id aprobante concilio Flo-
Thomas rentino actione. 10. post sanctos Thomam & Bonauentu-
Bonauen. ram prologo primi circa literam. Et Augustinum contra
Augusti. faustum atq; libro de cathetizandis rudibus. Ideo concludit
Paulus Paulus ad Philip. 3. quicunque ergo perfecti sumus hoc sen
tiamus, & siquid aliter sapitis, et hoc uobis deus reuelabit.
Succurrit autem ratio dictis quoniam proprium est hæ
Ratio reticis sine regula liberos a ueritate loqui at econtra catho
licis est proprium ut additos ueritatis loqui, & a falsitate
liberos, ij quippe christum sectantes qui est ueritas uia &
uita, Illi uero, spiritum mendacij cuius sunt filij omnino se-
quuntur. Idcirco ego uetustatem sequens atq; uniuersalissi-
mam ueritatem, de iustificatione sermonē faciam. Ad ima-

ginem & similitudinẽ filij dei, qui antiquus dierũ & Christus nuncupatur. Estq; pater & iustificator omnium iustificatorũ fideliũ atq; regeneratorum. Nã et emeritã militiã, in castris catholicæ eius ecclesiæ, a teneris (ut dicũt) uugui-culis militaui. Hoc ergo præmisso, Cætera ordinate iuxta dei gratiã mihi licet indigno præstitã humiliter prosequar.

Quæ uel quotuplex catholicæ ecclesiæ regula secũdũ quas sit per theologum aliquid iudicandũ in fide. Ca. 2

Regula uero loquendi catholicis uera, traditio diuina est, uel apostolica, scriptura diuina, apostolicæ petri sedes diffinitio decretumq;. Oecumenicæ synodi canon, uel particularis, tamen uniuersali authoritate probatus, uniuersalis patrum consensus catholicorum, consuetudo uniuersalis & uetustißima, euidens ex his deductio necessaria ratiocinatio, exemplaq; sanctorum quæ ædificant nutriunt bonos mores, religionemq; atq; pietatem augent: his utiq;. 10. columnis, totius ecclesiæ fabrica munitur & substentatur. De traditionibus diuinis actuum. 1. Lucas meminit, per dies 40. inquit, apparens & loquẽs de regno dei, similiter Paulus ego enim quod accepi a domino hoc & tradidi uobis. Omnia enim a domino præscripta dogmata fidei, traditiones sunt. i. uoce, non scriptura cõmendata nobis ab ipso sicut præcepta mandataque eius cætera, & hæc omnia testamentum nouum æternumq; ipsius sunt nobis relictum Matthæi. 26. atque suo tunc dedicatum sanguine aspersumq; dũ in cruce penderet, hæc sua dogmata præceptaque, bona sua appellauit per similitudinem alloquens discipulos Matthæi 25. de quibuus etiam meminit Matthæi ulti. et Apocalypsi 3. Ioannes theologus. Nec non plures alias per spiritũ sanctum traditiones se tradere uelle docebat Ioannis. 16. Om-

Regula locutionis catholicæ est decupla

1. Traditio diuina

1. Corin. 11

Matth. 15

Apoca. 3

nis igitur illas institutiones quas spiritus sanctus per apo=
stolos Christi suggeßit ecclesiæ non scriptas, traditiones di
Basilius *uinas appello. Idem quippe deus spiritus sanctus est qui et*
Augusti. *Christus est, docebat hoc Basilius libro de spiritu sancto*
2. traditio *cuius rapsodia, distin. 11. ecclesiasticarum registratur.* Tra=
apostolica *ditionum uero Apostolicarum meminit Paulus frequenter*
Paulus *& Actuum. 15. 16. prima ad Timo. 6. prima ad Corin. 11.*
prima ad Tessa. 4. ad Philip. 4. 2. ad Tessalo. 2. Decreta *ue*
ro apostolicæ sedis, distin. 19. in canonicis ex Augustino, ca
pi. Romanorum, *in quo Leonis & innocentij primi lex*
de illis refertur per Nicolaum primum, quibus Chrysosto=
3. Decreta *mus, Origenes, Cyrillus, Hieronymus, Ambrosius, Grego*
sedis apo= *rius, Augustinus, Beda suffragantur, Cyprianus, & Ter=*
stolicæ *tullianus, ut lib. de primatu Petri annumerauimus, totaque*
distin. 19. illa comprobat, distin. quoque. 20. & . 12. id idem
astruunt, quoniam est de neceßitate salutis Petro obedire
successoribusque eius. 93. distin. obedientiam, & unam san
ctam, extrauagante, De *cōcilijs uero a distī. 15. in. 18. usque*
4. Synodi *Sed de consuetudine uniuersali uetustißimaque distin. 1. con*
uniuersa= *suetudo & distin. 11. dummodo religioni congruat conue=*
les *niat pietati moresq; castißimos alat.* Tertullianus *laudat*
5. Synodi *eam libello de præscriptionibus,* Origenes, *&* Vincentius
prouincia *Lirinēsis monachus,* Ratio *autem deducens ex ueris uera*
les *in Christi philosophia, sedula est negotiatio omnibus inser*
6. Consue *uiens prædictis, hæc enim in sacra theologia dubijs uiam*
tudo *aperit claritatis, obscuris facilitatem, hæresibus fugam, ue=*
7. Ratio *ritatibus fidam tutamq; stationem, quæ ut* Augustino *pla-*
cet, tempore & si posterior sit authoritate, re tamen prior
est. Nempe *hæc in omnibus concilijs, promptum ueritatis*
cōquirendæ ministerium adhibet, atq; ex abditis archanisq;

mysterijs sinceram fidei ueritatem, ad lucem expandit, hac saluator noster sæpe comite, pharisæorum scribarumque uenantium dißipauit rethia, cuneos perfregit, per illam apostoli magna perscrutatione facta legalia cessandi, spiritu præceptante diuino, tulere sententiam, Innocentius primus illam laudat sua decretali. 3. ad Exuperium tholosanũ in principio. Et. 24. ad synodum Toletanum in fine de ea inquit, unde nemini liceat interpretari aliter diuinas scripturas, nisi quod recta ratio permittit, de eadem distin. 90. sana, & .58. correpiscopi distin. 11. usus, & cap. consuetudinis, Patrum consensus authoritasq; eorum maxime quorũ opuscula in canone sunt canonizata, in capitulo sancta Romana, distin. 15. multumq; ualet sentētia. Nam tubæ sunt spiritus sancti, atq; custodes ecclesiæ sanctæ, patres, quoniam spiritus domini ornauit cœlos, Iob. 26. quorũ doctrina fulget ecclesia ut sol & luna, fulgebunt quasi splendor firmamenti qui docti fuerunt, sanctus ait propheta, quoniam spiritus sanctus alios instituit apostolos, quosdam prophetas, quosdam euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem, corporis Christi, quod est ecclesia, quos autem spiritus sanctus ponit in ecclesia doctores, profecto sublimis sunt authoritatis, quia sunt ueritatis primæ interpretes, in concilijs quoq; generalibus semper ipsorum fuit ueneranda authoritas, quod. 3. 4. 6. 7. synodis expresse patescit. De scriptura uero diuina canonica, iudicio .s. ecclesiæ approbata atque cunctis orthodoxis proposita, maximũ sumitur argumētum loquendiq; norma. Nempe ipsa tum credibilium cum agibiliũ, aut susceptibiliũ, a fidelibus ipsa præ cæteris dei uoluntatem notificat, cuius conditor est spiritus

Actuũ. 15
8. Patrum authoritas
Daniel. 12
Paulus Ephe. 4
7. Scriptura diuina

sanctus, scribe uere prophetæ apostoli, & euangelistæ, ecclesia enim de illa hoc testatur, inquit, sane sanctus aposto=
Petrus lorũ princeps. Non uoluntate humana aliquando allata est
Paulus prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei
2. ad Ti= homines. 2. ca. 1. idẽ prima sua cap. 1. Paulus autem inquit,
mo. 3 oĩs scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendũ, ad erudiendũ in iustitia, ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonũ instructus, Magnus
Augusti. uero Augusti. 11. de ciuitate dei ait, cap. 3. Hic. s. deus, prius per prophetas, deinde per seipsum, postea p apostolos, quãtũ satis esse iudicauit locutus, etiã scripturã cõdidit, quæ canonica nominatur, eminẽtissimæ authoritatis, cui fide habe
Augusti. mus de his rebus, quas ignorari nõ expedit, nec p nos ipsos
De quibus nosse idonei sumus, isdem epistola. 111. ad Iulianũ Omnis. n.
est scriptu sanctorũ librorum series, ad nostram salutẽ scripta est, &
ra hoc maxime auribus nostris ĩtonat, et iterũ atq; iterũ replicat, quid sit omni homini cauendum, uel quid sequendum, in quibus libris tua dignitas optime excrescere solet, quia per illos nobis loquitur ipse deus & dominus noster, et pie
Augusti. uoluntatis nobis demonstrat effectum &c. Et. 2. lib. de doctrina christiana cap. 9. in his omnibus libris nempe sacræ scripturæ, timentes deum & pietate mansueti, quærunt uo
Euangeliũ luntatem dei. Sed inter illas euãgeliũ maioris uidetur excel
est pars di lentiæ esse, quoniam nouum, & ueritas, testamentum uero
gnior sa- aliud uetus & figura est, At omnis scriba & eruditus, de
cræ scri= hoc thesauro noua & uetera debet proferre. Molam enim
pturæ superans mola, ex tritico farinam extricat. Sic quoq; ex ue
Matth. 22 teri nouum testamentum, et per spiritum sapientiæ, scientiæ consilij, & intellectus, panem doctrinæ salutaris, doctus euangelizator producere solet, Siquis autem alias scriptu-

ras præter eas quas catholica ecclesia recipit, uel authoritatem habendas esse crediderit, uel fuerit ueneratus anathema sit, inquit, Augustinus .111. sermone de tempore. Et si quis sacram scripturam intelligit aliter quam spiritus sanctus flagitat qui est perpetuo in ecclesia, is hæreticus est apud Hieronymum. 3. lib. in Galatas epistolam. 24. q. 3. hæresis. De exemplis uero sanctorum, nihil dubitandum est. Nempe ex eis a simili argumentum sumitur. Cum uero multa sunt similia, inductio exemplum est. Licet autem inter argumenta exemplaris ratio sit infirmior, Mouent tamen exempla, quoniam uidentur ad sensum ueritatem inducere, Inquit enim beatus pater Augustinus, est enim ordo naturalis in hominibus ut seruiant fœminæ uiris, filij parẽtibus, quia illic & iustitia hæc est, ut infirmior ratio seruiat fortiori, itaq; exemplum uelut infirmior ratio cæteris prædictis seruiet fortioribus, In moralibus etiam exempla sapientum plurimum sunt, uitæ humanæ stipendia & opes. Atq; in dogmatibus fidei seniorũ sunt sequẽda uestigia pro uerbiorum. 22. & ecclesiastici. 8. Magnus quoq; Paulus dũ iustificari nos per fidem, & non per legem disputat ad Romanos & Galatas, exemplo utitur Abrahæ uelut loco potissimo, credidit inquit Abraham & reputatum est ei ad iustitiam, sicut dominus saluator noster plura suos docet discipulos per exempla etiam naturalia, quibus tandem se dedit in exẽplũ dicẽs exẽplũ dedi uobis ut quemadmodũ ego feci ita & uos faciatis, quem Paulus consequens suis, inquit, Philippensibus imitatores mei estote fratres, Tota nunc quoque ita credit & operatur bona coràm deo ecclesia, nosque filij eius, sicut patres nostri coluerunt & crediderunt. De omnibus his uero sanctus ait. Innocentius primus

Prima regula

2. regula

10. Exempla sanctorum

Aug. 1. q. sup genesim. q. 153

Paulus Roma. 4 Gala. 3

Paulus cap. 3

Comparatio inter hæc. 10 Authoritas

distin.21.quanuis uniuerse,ibi uide, Ex omnibus ergo istis fontibus,licet haurire ueritatis latices in fide catholica. Sed ea præcipue est uis magna quæ ab ecclesiæ authoritate uniuersali,uel consensu uetustißimo & generali prodit ueritas catholica, & regula,ut Augusti.inquit contra manichæos distin.11.palam est. Quæ uero a scriptura diuina progreditur regula ueritatis illa potior est, cæterasq; excedit quæ de euangelio merito accipitur. Augustinus enim ait primo de consensu euangelistarum cap.1. Inter omnes diuinas authoritates quæ sanctis literis continentur,Euangelium merito excellit,quod enim lex & prophetæ futurum prænunciarunt,hoc redditum atque completum in euangelio demõstratur. Cuius primi prædicatores post Christum fuerunt apostoli, quod de eius ore audientes susceperunt.post hæc sequitur ratio,quoniam ut inquit, Augustinus de uera innocentia cap.3.&.37.ad discendum necessario dupliciter ducimur,authoritate atq; ratione. Tempore authoritas,re autem ratio prior est. Omnia enim quæ fidei sunt rationalia sunt,quoniã uel sunt ipsa ratio deus aut ab ipsa ratione deo nobis mediate uel immediate insinuata. Ecclesiæ uero lex uniuersalis intelligitur,aut sedis apostolicæ,uel synodorum deliberata sanctio,morum uel dogmatũ fidei. Moralis quoque uel fidelis uniuersalis consuetudo, Miracula uero ad exempla sanctorum habent reduci. Hæ uero columnæ. 10. super quas tota in cõcilijs ecclesiæ residet catholica regula spiritu suggerẽte diuino,ueritatem fidei enucleant morũq; honestißimas reformationes atque institutiones.locus enim spiritus sancti catholica est ecclesia,in qua sola loquitur mysteria,ut libro.1.de eucharist. cap.18. et. 19. prædiximus. Si quæ uera autem a philosophia seculari nostro deseruient instituto

Scriptura

Augu.ti.

Ratio

Augusti.

Quæ est uniuersalis ecclesia

Miracula

Liber de eucharistia

instituto siue theologico, ea quidem uelut propria repetit theologia, atq; ad eam columnam attinent quæ rationi initi tur, ex ijs enim & fide cognitis acquisita fidei notio generatur ut prædictum est lib. 2. de eucharistia cap. 6.

Ad quem spectet artificem secundum philosophos de iustificatione pertractare, & de opinione Platonicorum. Caput 3.

Dum regulam elaboraremus præfatam. Ecce inanem, *querit philosophia secularis, uel gentilitas laborem reddere nostrum, dum sibi uendicare satagit de iustificatione artem & peritiam.* Fuerunt nanq; quidam philosophi de uirtutibus & uitijs subtilia multa tractantes, diuidentes, diffinientes, rationantes, acutissimos syllogismos concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis concrepantibus uentilantes, qui etiam dicere auderent hominibus. Nos sequimini, sectam nostram tenete, si uultis bene uiuere. Hi igitur, hominibus non solum animæ purgationem a uitijs, sed etiam ipsam felicitatem pollicitabantur. Inter hos autem, stoici, platonici, & peripatetici maiores fuere uel apparuerunt, qui etiam mortalibus ueram, de his deoq; sapientiam largiri promittebant. Itaq; duo statuerunt philosophi primũ qđ uirtutibus quibusdam uel pœnis anima a uitiorũ sordibus expurgetur, Secundum, qđ scientia sit naturæ uiribus conquisita, quæ hanc purgationem doceat, puta quæ philosophia nuncupatur aut ethica, quam quoq; sapientiam appelri uoluerunt. Longum esset & laboriosum singulis philosophorum enarrare uanas de his inuentiones ad perfectum, sat erit summatim quæ nostro uidentur obesse instituto in medium afferre, atque ut decet raptimq; confutare, ne inceptis longusculam moram inijciant, neque aliquis laborem

Cum Augustino

Opinio philoso.

Ratio huius disputationis — hunc nostrum contemnat ueluti non necessarium. Necessarium quippe est uiam ueritatis apertam a theologis cōminisci, nempe ad si est ipsius iustificationis pertinet hæc disputatio. Neq; sapientis est ducis, post terga hostibus tutas

Paulus — dimittere arces, cum etiam Paulus gentes principio ad Romanos a loco primo disturbat, inde hebræos, post autem fidei loca tuta munit docetq;. Etenim si p uias naturæ anima exui potest peccatis, frustra Christus mortuus est, atq; per eius mortem & gratiam non est necesse nostram quærere, aut expectare iustificationem, quod de operibus legis quæ naturaliter fieri poßint, doctißime disputat Paulus, eaque demonstrans inutilia esse ad nostram iustificationē, ad quā, fides & cætera quæ rapit secum, per Christi sanguinē, gratiamq;, requiruntur, comparādam, Accedit et alia huius neceßitatis ratio, quoniam pelagiani & plures alij hæretici, aduersus quos hoc etiam libro manus conserimus, a philosophis illorum patriarchis sunt exoriundi, Itaq; obmisso pithagorico modo atque platonico, qui animas purgari com

Origenes — mentatur transeuntes de corpore in corpus, uel Origenis post Mercurium, opinantis, In cœlo peccantes animas ad hæc ima corporibus immitti, scelerum purgare maculas, quoniam nedū in fide sed in qualibet bene instructa philosophia seculari, inopinabilis uterq; is modus apparet, stoicorum tantūmodo & platonicorum atq; peripatheticorū opiniones, in hac causa pertractare summatim, atque refel

4. Virtutū gradus primus est politicarū — lere oportet. Aiunt igitur simul platonici & stoici quadruplicem esse uirtutum gradum, nanque uirtutes quædam uocantur politice, aliæ purgatoriæ, tertiæ animi iam purgati, quartæ exemplares. politicæ sunt quibus boni uiri Reipub. consulunt, urbes tuentur his parentes uenerantur, libe

ros amant, proximos diligunt, his ciuium salutem guber= nant, socios circumspecta prouidentia protegunt, iusta libe ralitate deuinciunt, hisq; sui memores alios fecere merēdo, secundæ quas purgatorias uocant, hominis sunt qui diuini capax est solumq; animum eius expediunt, qui decreuit se a corporis contagione purgare et quadam humanorum fu ga solis se inserere diuinis, has solas philosophi existimaue= runt esse uirtutes, quæ sunt eorum qui rerumpu. actibus se sequestrant, A *purgati animi defecatiq; & ab omni mundi huius aspergine detersi.*Tertiæ *sunt uirtutes.* Q*uartæ exē= plares sunt quæ in ipsa diuina mente consistunt quas idea= les uocant a quarum exemplo reliquæ omnes per ordinem defluunt.* Nam *si rerum aliarum multo magis uirtutū ideas esse in diuina mente credendum est.* H*æc plotinus libro de uirtutibus.* Refert etiam Macrobius.1.lib.de *somno scipio nis.* Et A*ugustinus lib.21.unius sententiarum sententia.19. inquit tria sunt genera uirtutum primæ ciuiles politicorū, secundæ purgatoriæ quibus exuitur anima a uitijs, tertiæ exemplares quæ iam contemplanti menti imprimuntur a deo & cæter.* Platonici *ergo quanuis impunita uulla uelint esse peccata, tamen omnes pœnas emendationi adhiberi pu tant, uel humanis inflictas legibus, uel diuinis, siue in hac uita, siue post mortem, si autem parcatur hic cuiquam, aut ita plectatur, ut hic non corrigatur.* Hinc *est* Maronis *illa sententia, ubi cum dixisset de terrenis corporibus, moribun disq; membris quod animæ.* Hinc *metuunt, cupiuntq;, do= lent, gaudentq; nec auras suspiciunt clausæ tenebris & car cere cæco.* Secutus *adiunxit atque ait.* Q*uin & supremo cum lumine uita reliquit.* Id *est cū die nouißimo relinquit eas ista uita.* Non *tamen omne malum miseris, nec funditus*

2. Purgato *riarum*

3. Purgati *animi*

4. Exem*plarium*

Ex Augu*stino de ci uitate dei 21. cap. 3*

Virgil. 6

omnes. Corporeæ excedunt pestes, penitusq; necesse est, Multa diu concreta modis inolescere miris, Ergo exercentur pœnis, ueterum malorum, Supplicia expendunt, aliæ pendũtur inanes suspensæ ad uentos, alijs subgurgite uasto, infectum eluitur scelus, aut exuritur igni. Qui hoc opinantur nullas pœnas nisi purgatorias uolũt esse post mortem, ut quoniam terris superiora sunt elementa, aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur, per expiatorias penas, quod terrena contagione contractum est, Ex his igitur, platonici per uirtutes purgatorias, exuere animas scelerum maculas credunt, in hac uita, uel tandem pœna huius seculi uel alterius, tamen temporali, fallacem uero Porphyrij Platonici siculi infamemq; opinionem, qua per thelettem & quandam theurgiam execrabilem sathanicamq;, animarum purgationem astruit posse agi, uelut indignam humanis auribus percipi, repudiamus. Non enim purgat sed inficit animas ea quidem fascinatio, quæ animas demoni consecrat, cum ipsius quoque frequentem inconstantiam contradictionemq; apprime manifestat, siquis uero illius insipientiam impiam, atq; confutationem cupiat scire, magni Augustini 11. librum de ciuitate dei legat.

Porphyrius

De opinione Aristotelis, & Auerrois. Cap. 4.

In post prædica. ca. de contrarie oppo si.

Aristotelis cum suis peripateticis astruit. Ex prauo studiosum possibile est fieri. Prauus enim ad meliores exercitationes deductus & ad doctrinam & si admodicuum proficiet in melius erit si uero semel modicum crementum sumpserit palam est, quòd autem perfecte mutabitur aut satis multum crementum sumet. Semper enim melius mobilis ad uirtutem fit si quodcunq; in crementum assumens sit ex principio, quare etiam uerisimile est amplius summere cre

mentum & hoc dum semper sit perfecte incontrarium ha-
bitum restituetur nisi forte suspensum sit. Qui uero eius se Cap.1
ctantur opinionem addiderunt ex septimo ethicorum, sicut
tres sunt species eorum quae circa mores sunt fugienda, ui- Franciscus
tium, incontinentia, feritas, ita his contrarij tres sunt gra- quolibe. 11
dus uirtutum quorum unum continentian, alterum tempe-
rantiam, tertiũ heroicam diuinamq; appellant uirtutem su
peraddunt & .primum gradum quem perseuerantiam nun 4. uirtutũ
cupant, unde hunc primum uocant in quo paßionibus sensi gradus a-
sitiui appetitus contra rationem irruentibus, pugna magna pud Ari-
duellumq; in homiue geritur uidelicet inter rationem, & stoti.
sensualem appetitum, quae nostri aptius denominant carnẽ
& spiritum, interiorem hominem uel exteriorem, animalẽ
aut rationalẽ hominem. Cum igitur non uincitur sed se tue
tur ratio primus hic gradus perseuerantia nuncupatur, ue-
lut in agonistis ei qui prouocatur sat erit seipsum defendis- Cõfutatio
se. Verum in hoc primo gradu peripatetici diminuti sunt prima
ignorantes diuinae fauorem gratiae de super illapso homini
dum pro ratione depugnat. Nempe uincit qui non succum-
bit in olimpiade animastica siue spirituali. Quoniam diui-
na gratia si permanet in hoc duello uictrix omnino cẽsetur
quam à loco tentatio carnis nequiuit eijcere, licet cum diffi
cultate magna, quoniam insueta nouaque est haec ciere bel-
la atq; superare, nam & meritoria haec pugna censetur in
Christi philosophia. Secundus gradus qui & continentia
nuncupatur tunc est, cũ irruentibus exterioris hominis sa-
tellitibus uanis uincitur eius cõcupiscentia, at cum molestia
& difficultate sicut in agonistis quicunque superat hostes
licet cum difficultate continens uictor solet appellari. Sed Cõfutatio
neq; recte explicant hunc secundum gradum qui aptior est

primus potius quam secundus. Quippe secundus is uerissimus est quo ratio superat cũ minori difficultate quam primo gradu, eo quod magis assueta prælia inire & superare

3, Gradus carnem. Tertius ipse gradus est, quem temperantiam dicunt, cũ facile delectabiliter atque intensioribus uiribus cõcultat sensum ratio, quem sine molestia captiuum obtinet, ac nexibus deuinctum, & in hoc gradu uera uirtus cognoscitur, quæ habitus iam efficitur difficilis mobilis a subiecto pluri quidem assuetudine partus, in hoc ergo gradu uirtus

Conclusio contraria uitio est, quod iam ab anima depulit, quare pur-

1. Aristo. gatam inquiunt animam reddit, ut Aristo. in post prædicamentis prædixit, unius quippe contrarij ingressus, alterius quidem est egressus corruptio atque abolitio. In duobus ue

2. cõclusio ro præuijs prioribusq; gradibus, dispositio ad uirtutẽ erat

Aristo. nunc proprior uel quidem longior, neque etiam uirtus, dignus erat. 2. nuncupari, minus autem primus, una enim in-

1. Ethico. quit irundo nõ facit uer. Sed neque hoc castigatione caret,

Cõfutatio quoniam, si gratia diuina, primum secuudum quoque fouet gradum, profecto simul cum ipsa uirtutes in habitu condonatæ sunt ut statim differemus, quanuis non negauerimus, sine habituali gratia, supposito tamẽ fauore diuino uel motione, posse homines, uel lege naturæ uel fidei lege uirtutes

In pfectas nancisci morales, de quo etiam infra maior erit sermo, neq; peripathetici diuinũ fauorem ad uirtutes promouẽtem inficiare possunt, quem stoici persuadent et ipse Aristo. non

4. Gradus nihil eius, in ethicis, attigisse uisus est. Quartus est denique gradus, qui & summus quem heroicam diuinamq; uocitãt

7. Ethico. uirtutem, quo ratio concupiscentiam ne dum subditam ob-

Versus homeri tinet. Sed eius ita contriuit uires, ne amplius ei bellum attentare audeat, quam. Aristo. fingit hectorem habuisse

priami regis filium, quem iocunde pater cõmendans cane= re assolebat. Non hominis sane mortalis, filius ille Esse ui= debatur, sed diuo semine cretus, quare, concludit, si ex ho= minibus ob uirtutis exuperantiam dij fiunt (ut aiunt) talis quidem is habitus fuerit, qui feritati uel bestialitati opponi tur, Atque ut raro fit, uirum esse diuum ut appellare la= cones consueuerunt, cum ualde aliquam admirantur (di= cunt enim uir diuus hic est) sic & ferus, atque imanis est inter homines raro. Maxime uero inter nationes barbaras est, fiunt autem quidem tales & ob morbos lesionesq; prin cipij, & eos etiam homines qui in uitijs exuperant (Sicut hodie sunt inter germanos Zuingliani Lutherani & pessi= mi anabaptistæ) hac infami consueuimus appellatione no= tare, Et in hoc quidem gradu si recte loquuntur. Sunt ta= men sicut cœci qui de coloribus multa effari sciũt etiam di sputare, sed eos nequaquam uident, Nẽpe hæc heroica uir= tus nostrorum tantũmodo est fidelium, uel quidem ueteris instrumenti uiros recenseas amicos dei quorum plures tes= serendo annumerabimus, uel satis plures & innumerabiles Christi dei nostri sectatores Apostolos uidelicet illustrissi= mos inclitos quoq; & triumphatores martyres, patres ana choritas, sicut quoque doctores sanctissimos charitate & scientiæ splendore clarissimos, denique omnes sanctos, Sed neque deuotum muliebrem sexum ab hoc separabimus nu= mero. Nempe Christi progenies, cuius est secũdum spiritũ pater & restaurator, uiragines in suo genere continet cui uis etiam heroum comparabiles, Itaque si heroica hæc uir tus datur, impossibile nanque est ut unica sit seiunctaq; cæ= teris. Immo is hæroicus solum est, qui omnibus uirtutibus insummo refertus est cuius nõ est, una unius generis supera

Homerus 7. Ethico.

Cõtra Lu theranos Cõfutatio

re paßiones, nam quo pacto is heros erit (uerbi gratia) intemperantiæ uincens tintillationes, nihilominus uictus erit auaritia aut quidem pußillaminitate, aut igitur per omnes uictor est paßiones qui heros est, aut quidem non est quisquis heroica uirtute celebratur illustris, quomodo suos celebrant Hercules, *Scipiones*, Thescos, Hectores, Iasones, Achilles, Octauianos, Antoninos, Traianos, Tytos, *& id genus pleraque, gentiles, nanque & si non sine magni dei fauore, hi aliqua floruere uirtute, uitijs tamen infecti erant pluribus, uel denique plurima idolatria ideoque sine uera religione insipientes erant & nedum non heroici, sed neq; honesta uirtute induti, sicut enim nil miserũ magis esse potest quan se fœlicem credere quenquam beatumq; unde miser est et infœlix, quod prima consumataq; stultitia recte uocatur, ita quoque uitijs & idolatria aspersum, se semideum uel censere heroam propius accedit ad eximiam insipientiã est quæ animi magna infirmitas, se quenquam credi quod non sit, maiorq; inest morbus mẽtis illis, qui uel adulando, aut nescio quo sciendi inscipienti modo, de suis, philosophi, impijs hominibus hoc fatebantur.*

Quod secundum philosophos ad ethicam uel politicam scientiam de animi purgatione agere spectat & expugnatur Auerrois *positio.* Cap. 5.

Plato omnem philosophiam in tres partes, phisicam, ethicã, logicamq; partitus est, ethica ipsa est moralis, Qui uero phisicam diuidunt in intellectualium, uel sensibilium rerum notionem, habent continuam cum Aristo. mentem, nã phisica sic erit de corporibus naturalibus, aut quãtitate, aut abstractis quidem substantijs apud platonicos. licet sub logica comprehẽdant Platonicorum *aliqui mathe*

maticas scientias. Moralem uero philosophiam peripathetici in. 3. diuidentes portiones, quandam politicam nomināt aliam ocumenicam. 3. uero monasticam, at de uirtutibus in generali earundem nanciscentia, opera, atq; fine, simulq; diuisione tranctans generaliter, ethica nuncupatur moralisq; philosophia, de hac igitur. Aristo. inquit ciuilem magnificans moralemq; scientiam. Si igitur quispiam rerum agendarum est finis, quem nos propter seipsum, cætera autem propter hunc uolumus, neq; fit ut omnia propter aliud expectamus (esset enim hoc modo sine ullo fine semper ambitio, atq; hinc noster appetitus inanis uanusq; resultaret) cō stat hūc talem finem, summū bonum, ipsumq; optimū esse. Et ad humanam igitur uitam magna huiusce cognitio opē affert. Nam ut sagittarij signum habentes, magis id quod oportet attingere possumus. Quod si ita sit, enitendum est hunc ipsum figura quidnam sit comprehendere, et cuius sit scientiæ uel facultatis percipere. Videbitur aūt eius esse, quæ maxime dominatur maximeq; rationem subit architectturæ. Talem autē sese affert ipsa ciuilis facultas, hæc enim & quas scientias in ciuitatibus esse, & qualis quemque discere & quousque oportet, instituere solet. Eas prætcrea facultates quæ summis afficiuntur honoribus, ut rei militaris reiq; familiaris facultatem, ac oratoriam artē, huic sub esse facultati uidemus. Cum igitur cæteris actiuis scientijs hæc utatur et leges ferat, atq; instituat quid quisque agere, et a quibus abstinere debeat, huius finis, cæterarum omniū facultatum, cōtinet fines. Quo fit ut hic finis bonū ipsum humanum. Quanquam enim unius hominis idem & ciuitatis est bonum, ciuitatis tamen comparare cōseruareq; bonum, maius atque perfectius esse uidetur. Nam amabile est,

1. Ethi. c. 2

& si uni soli, maius autem atq; diuinius & si genti ciuitatibus ue sit acquisitum partumq; conseruetur. hæc igitur appetit hæc doctrina, cum sit facultas quædã ciuilis. Hanc igitur illi sectantes philosophiam, quam extollunt præ cæteris scientiarum partibus, propius accedentes & de uirtute animi purgatoria Platonici primo simul & stoici, deinde Aristo. sic præscripserunt, ut iam prædictum est. itaq; ex dictis hanc statuunt diffinitionem. Ad ethicam moralemq; philosophiam de animorum purgatione spectat inquirere modumq; determinare similiter et de iustificatione. Nam purgatorias uirtutes atque animi purgati, quas peripathetici, temperantiam & heroicam nuncupant hæc sciẽtia agit pro uidissime, Similiter de iustitia & omni eius gradu, atque emolumẽto, perfectioneq;, exaggerantes autem eorum sententiam, Cratonem introducunt philosophum disputantem de cõtẽptu mundi, etiam Ioanne præsente theologo in ephe so asiæ, tunc urbe clarissima. Vnde concludunt, partam uiribus naturæ, quisque ex hac arte si uelit, poterit iustitiam iustificationemq; obtinere. Quid enim est iustificari nisi fieri iustum, at qui iustitiam hac nobilissima arte etiam heroicam sibi quisque uendicare potest. Hæc a philosophorũ cu lina multi prædicant, quos pelagius ille suiq; auidissime prosecuti sunt. Nẽpe asserebant. Nos deus homines fecit, at nos ipsos, nosmet iustos facimus, lege tamen dei, tanquam gratia preducente. Addit Auerrois unus ex ipsius Aristotelis interpretibus quod finis hominis siue esse secundum ultimam perfectionem ipsius et substantia eius perfecta est ipsum esse perfectum per scientiam speculatiuam, et ista dispositio est felicitas ultima & sempiterna uita. Et in hac sciẽtia manifestum est quod prædicatio nominis hominis perfecti

Conclusio philosophorum

Conclusio

Pelagij error

Auerrois opinio

a scientia speculatiua, & non perfecti, siue non habentis aptitudinē quod perfici poßit, est æquiuoca sicut nomen hominis prædicatur de homine uiuo & de homine mortuo, siue prædicatio hominis de rationali et lapideo. Et quū hoc cōsequitur cognitionem scientiæ speculatiue de mortalitate uirtuosa, quoniam scientes istam scientiam quum erunt secundum ordinē oportet eos de neceßitate esse uirtuosos in omnibus speciebus uirtutum moralium, quæ sunt, iustitia, abstinentia, audacia, sublimitas, bonitas, ueritas, fiducia, & aliæ de uirtutibus hominum. Et declarauit Alexander prohemio huius libri quomodo sequitur scientia harum uirtutum ad scientiam speculatiuam, quia cum nouerit sapiens paruitatem uitæ suæ & perpetuitatem sempiternam et motum continuum, & quod proportio suæ uitæ ad tēpus sempiternum est sicut puncti ad lineam, uel sicut finiti ad infinitum, non procurabit propriam uitam, & tunc erit audax ex neceßitate. Et similiter cum nouit quod mors est ex neceßitate hyle siue materiæ, & proprie cum habet perfectionem humanam, & dubitat quod a perfectione ex spolietur. Tunc nō est mirum, si aliquando eligit mortem præ uita. Sicut fecit Socra. cum athenienfibus, quanuis opinetur de socrate quod non fuerunt ei declaratæ uiæ & disciplinæ cōmunes & propriæ, quia uoluit ambulare in uia propria populorum. Et similiter cum sciuerit quod perfectionē habere non potest, erit ei mors præeligenda super uitam & manifestum est quod cum sapiens dubitauerit non esse perfectus, qđ audacia eius nō erit nisi acquirēdo hanc pfectionē, iterum oportet sapientes esse iustos & abstinentes. iusti cū sciuerint naturam iustitiæ existentem in substantia rerum, Tūc amant similari illi naturæ et acquirere illam formam.

Alexāder

Abstinentes cum sciuerint indignitatem uoluptatum; quia non sunt de dispositionibus necessarijs in esse hominum ne dum de perfectionibus ipsorum, sed sunt cõsequentia ex necessitate materiæ de seipsis a eijcient uoluptates omnino, et erunt abstinentes, & manu tenebunt leges diuinas, et immitabuntur ordines naturales. Et manifestum est quod debent esse boni & liberi, quia uilipendunt pecuniam, cum sciant essentiæ pecuniæ uilitatem, et quod studiositas in ea est unũ de desiderijs præter naturam, similiter debent esse sublimes & amantes ueritatem in operationibus & dictionibus ipsorum cum alijs consequentibu eis ex ueritate humana. Ex

Corolla. Auerrois Cõfutatio

quibus infidus Aristotelis expositor Auerrois credidit nõ solum moralem scientiam pro his comparandis uirtutibus necessariam esse hominibus sed etiam naturalem philosophiam, quod quidem extraneum sapientibus cunctis nideatur esse. Cum nedum inanis philasophia uirtutes nõ doceat sed ad plurimas errorũ scaturignes eueheat, ex errore autem uirtus nequaquam queat progredi. Tũ etiam quia ualde tardum laboriosumq; esset per rerũ naturalium proprietates, uirtutes cõparare, quæ nõ à speculatione sed à practica prudentia exordiuntur, unde & ignorantiam maximam demonstrauit de speculatiua naturali philosophia practicam scientiam facere, Accedit ad hæc quia moribus et assuetudine uirtutes pariuntur, et non naturalium rerum perscrutatione. Quinimmo naturalis scientia sicut & mathematice aut impediunt, aut utique distraunt homines a moribus bonis, quod etiam insanus ipse Auerrois, negare non est ausus in eodem prohemio, contradicit etiam Aristoteli, ut prædictum est, qui ciuilem facultatem uirtutum artẽ nanciscendarum esse deducit Ethicorum. 1. Si uero medium uir

tutis ad tẽperamentũ & mediũ naturæ (quod iustitiã appel lat naturæ) uelit proportionari nũquã mediũ in quo.3. cõ sistit uirtus reperiet, aut nunquã stabile uirtutis mediũ inue niet, ex elemẽtorũ etiã ꝓprietatibus cæterorũq; naturaliũ uirtutũ opposita potius quã uirtutes cõperiet, Nẽpe oĩa en tia naturalia singulas ꝓprietates suas habẽt in sũmo, nõ.n. ꝓprio magis minusq; accidit, at paßiones circa quas uirtus exercetur nequaquã sunt in sũmo, uirtutes etiã à regula ra tionis prima primoq; fine consideratis exhauriuntur. Nam finis primũ est principium in agibilibus, quod si naturali sciẽtia uirtutes conquiri poßunt, etiam & demoſtratione à priori uel à posteriori illas easdem obtineremus, & id sanè ridiculum est apud sapientes & Aristotelem. Et si nos age remus res naturales forsan decens eßet per easdem facere uirtutes uel per illarum cognitionem, sed quoniam illas nõ facimus nec agere poßumus profecto neq; uirtutibus per illarum speculationem potiri poßumus, sunt enim & uirtu tes & operationes uirtutum atq; earundem scientia de his quæ sunt in potestate nostra, & nõ consequuntur rerum na turas proprietasq; naturalium. Forsan autẽ animastica sciẽ tia confert plurimum ad eam quæ est de moralibus scientia, Sed non omnis scientia naturalis, cum eadem habere queat cognationem, quo enim de anima scientia ut.3. inquit Ari sto. proficit ad eãdem quæ est de moribus sciẽtiam, ratio.n. & appetitus sunt in homine praxis uel recte operationis principium, & tamen huius litigiosus Auerrois non memi nit, cuius solius meminiße debuit, nam & Aristo.1. Ethico rum ab animæ intellectiue proprietatibus, finem ultimum hominis uenatur, a quo principium dicendorum transumit de uirtutibus pertractare, Amplius scientia speculatiua na

Cõfutatio Auerrois

Ratio

turalium quomodo utilis erit ad eam quæ est de moribus? uel quidem tanquam ratio recte consulens & prudentia, et hoc sane illi repugnat, esset enim pratica & non speculatiua, aut uelut exemplaris & imitabilis, & reddit in prius, sed neq; etiam est hoc uerum, oporteret nanque eam digniorem esse ciuili, sapientis enim consilium est, imitari digniorem se, quoque scientia ipsa imitationem non patitur, sed deniq; sciens imitabilis est, aut deniq; res scibiles, mõstruosum autem equidem apparebit cunctis lapidum naturam, uel uẽtorum, aut mineralium imitari uelle, ut homo rectus euadat fortisq; politicus. Quin potius non naturam imitari oportet istorum quæ aut materia aut forma illorum est, in

Ratio

differẽtibus, difforme licet naturale principium motus, sed potius architectorem naturæ, qui sollicitudine & prouidentia sua, naturam eam condidit rebus, cui media quoq; conciliauit, per quæ unaquæq;, opera & fines proprios facile nancisceretur, aut denique tanquam instrumentum & utendi ratio, quoniam uidelicet ea utitur ciuilis politicusq;. Si mores bonos finemq; politicum sibi uelit comparare, at si sic forsan Auerrois sapiat, iam non laudat naturalem sciẽtiam, sed eam omnino seruilem reddit, deniq; non præcipit ciuilis facultas, philosophari quosdam in phisicis propter mores, & animæ qualitates optimas per eam cõquirẽdas, sed propter corpora & humanorum corporum bonam ualetudinem seruandam aut resanandam, ea quippe est medicinalis scientiæ potior priorq; pars atq; superior illi. Accidit autem tunc naturali scientiæ, ut animæ moribus inseruiat, quoniam mens sana corpus sanum semper exoptat uel comitem uel seruum habere obsequentissimum. Item si ciuilis uelut architectonica principatur & præcipit omnibus sciẽ

tijs, profecto etiam speculatiua naturalis illi seruiet obsequiumq; parabit, quare non hanc uel ex hac imitatione exemplumq; politicus sumet, quoniam dominum seruilem imitari ancillam, ratio sapientis non excogitat. Cũ uero inquit sapientes cum sciuerint naturam iustitiæ existentem in substantia rerum, tunc amant similari, illi naturæ & acquirere illam formam, uidetur loqui ut ineptißimus moralis, querere enim ab illo licet, quæ est ista iustitia quam in rebus naturalibus perpendit sapiens, puta qualis est in lapide iustitia in capra & ariete & mercurio, est ne legalis aut sane methaphorica iustitia, quarum meminit in. 5. & . 6. Ari. ethicorum, irrisoria sunt hæc & hominis nescientis loqui iuxta rerum proprietates de singulis, quod philosophum non decet, Sapientißimus igitur magister et sapientiæ dator dominus Iesus sapienter docuit nos non lapides imitari aut metalla simplicia uel quæq; mixta pro uirtutum comparanda gratia, Sed præcepit estote dicens perfecti sicut et pater uester cœlestis perfectus est, quoniam ut sapide platonicus aiebat plotinus, sunt quidem in deo uirtutes exẽplares omniumq; uirtutum ideæ. Et iterum magnus morum magister docebat exemplum enim dedi uobis ut quemadmodum ego feci & uos quoq;. Atq; iterum, si uos manseritis in sermone meo, uere mei discipuli eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. i. sapientes eritis, & sancti, iustiq;, & alias non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum, sufficit discipulo ut sit sicut magister eius, et seruus sicut dominus eius, quoniam ut inquit Aristo. uirtus in mediocritate consistit ut determinabit sapiens, uerus autem sapiẽns profecto est nullus mortaliũ ex sese, sed Christus est ipse primus a quo cæteri & sapientiam hauserunt

Matth. 5
Ioan. 13
Ioan. 8
Lucæ. 6
3. Ethi.

ueri ſapientes,atq; uirtutes gratiamq; uirtutum docti ſunt,
ſed etiam illas ipſo ſatore omnũ bonorum donante ſuſcepe
runt.Eſt ergo is ſolus ſapiens dator ſapiẽtiæ doctorq; eius
atq; uirtutum cooperator ſimul & largitor. Quanuis autẽ
Cap.4 *ſapiens Salomon inter mortales præcipuus habeatur,ſapiẽ*
tiam tamen eum docuit deus,ut.3.regum,quam etiam humi
militer ab optimo ipſo deo exoptauit obſecrauit etiam obti
nere,Salomon quoq; ſepe ad formicas et lepuſculum aliaq;
minuta animalia,nunc pigrum aut deſidem remiſit hominẽ
Pro. 6.30 *ſpeculari,quoniam uidentur illa,prudẽtia methaphorica.i.*
naturali quodam impetu duci notioneq; , per ſimili ualde
noſtræ prudẽtiæ, Ariſto.eſt teſtis primo methaphiſicæ,ſed
non quidem ſapientes ad illa deduxit,ſed occioſum inſipien
Contradi- *tem. Auerrois uero uult ſapientem politicum, minuta hæc*
ctio in A= *conſiderare ut fiat ſapientior,planum autẽ eſt in dictis ſuis*
uer. *contraditionem claudere, inquit enim tunc amat aſsimilari*
illi naturæ & acquirere illam formam, deinde ſubdit ergo
ſecundum naturam ſcientiæ ſequuntur ſapientes omnes uir
tutes,& ſecundum accidens ſequũtur eos uitia,propter ſo
cietatem hominum ipſis eius,tunc hæc manifeſte cõtraditio
eſt,nam ſi ſecundum naturam ſcientiæ ſpeculatiue & natu=
ralis ſapientem ſequuntur omnes uirtutes morales,per ac=
cidens nullum uariabit eas,impoſsibile eſt per accidens ta=
le,uariare quod eſt ſecũdum naturam tale, inquit enim Ari
Cap.10 *ſto.Ethicorum.1. Etenim nullis inoperationibus humanis*
tanta eſt firmitas, quanta eſt inoperationibus ijſce, quæ a
uirtute proficiſcuntur,hæ nanq; ſtabiliores & ſcientijs ip=
ſis uidentur, harum autem ipſarum, æque cæteris ante=
cellunt,maxime ſtabiles ſunt, propterea q̃d in ipſis hi bea-
ti ſunt,& maxime & continuatiſsime uiuunt, hoc enim ſi=
mile &

mile et causæ ut ipsarum non fiat obliuio, sapiens etiam nō facile mutatur, hoc enim maximū insipiētiæ signum est. s. in constantia & mutatio a recto quidem ad peruersum morē, Comitas autem hominum societasq́;, sicut & aduersa et si premunt afferunt etiam dolores. Attamen & in ijs ipsis pellucet ipsa honestas, cum multas quispiam ac magnas aduersitates perferrt, non ob insensibilitatem, sed quia generosus atq; magnanimus est, hæc Aristo. ibidem, ignorauit autem Auerrois, fortitudinem cōmuniter sumptam, tum etiā specialiter captam, esse uirtutibus scutum, gladium, & bellū contra hominum societatem impiam, aduersam paupertatem & his quoq; similia, licet uera Christi sapientia hæc perferre & illa uitare doceat, diuina fauente & promouēte gratia, uolūtatem nostram inchoante mouēte coadiuuante & in perseuerantiam ipsam deducēte uirtutū. Sed Auerroi proprijßimum est sibi cōtradicere innatumq; sicut Aristo. & omni ueritati, nullus enim inter Philosophos a deo usq; incōstantior illo uisus uideur, neq; mirū quoniam aliorum tantum consarcinauit sententias, & de suo proprio tā tum falsas ingenio protulit contra deum, et christianam ueritatem, sicut contra ueram philosophiam. Stultum autem esset amplius sollicitum esse contra hunc hominem omnis recte sapientiæ corruptorem, quem tantum sectantur ij, qui moribus hominum sanctis & ueritatibus perfectis aduersantur ex corde. Concludentes igitur dicimus non præstare sapienti quicquam naturalem scientiam ad mores comparā dos, nisi forte animastica et ea pars quæ de rationali anima est, quā tñ, multi ex peripatheticis maluerunt mediam uocare inter naturalē & methaphisicā, quā appellare naturalē, sectantes ipsius. Ari. sentētiā de partibus animaliū lib. 1. Vltima Ratio Aristo.

Lactãtius *Melius igitur isto sapientum spurio. Diuinus lactantius fir mianus asseruit Logicam diuina eruditio nõ desiderat quia non in lingua sed in corde sapientia est. Nec interest quali utatur sermone. Res enim non uerba quæruntur & nos nõ de grammatico aut oratore quorum scientia est quomodo loqui deceat, sed de sapiente disserimus cuius doctrina est quomodo uiuere oporteat. Quod si neq; phisica illa ratio necessaria est neq; hæc logica quia beatos facere nõ possunt (nec sapientes) restat in sola ethica uis totius philosophiæ contineatur ad quam se abiectis omnis socrates contulisse*

Cicero *dicitur. Marcus Tulius Cicero non etiam culpa caret quia in Tusculanis disputationibus declamatorio quodam quasi dicendi genere, nimium & extra ueritatis aleam iactanter philosophiam cõmẽdaret, O uitæ philosophia dux inquit, o uirtutis indagatrix expultrixq; uitiorum, quid non modo nos sed omnino uita hominum sine te esse potuisset? tu inuentrix legum tu magistra morũ ac disciplinæ fuisti &c. Melius nanq; eo & cæteris philosophis omnibus, non philosophiam hominum inuentum, sed sapientiam ueram, inuẽtum fuisse diuinum, per cuius quoq; gratiam infusasq; uirtutes pellantur eminus uitia moresq; statuãtur recti; quã sã*

Iob *ctus philosophus & dux inclitus Iob loquitur. Cuius infra cõmendatione dignam sententiam producemus, quoniã ut*

Lucretius *inquit Lucretius, Nemo ut opinor erit mortali corpore cretus (sapientiæ scilicet inuentor,) Nam sicut ipsa petit maiestas cognita rerum, Dicẽdum est deus ille fuit deus inclyte memmi, sapientiæ dator atq; inuentor. Quomodo.n. dux uitæ, et inutenrix legum est philosophia Marce Tulie qui dicere ausus es, Mihi multi non modo ad sapientiam cæci uidemur, et dum ad filium composita præcepta doces*

philosophiæ quidem mones præcepta noscenda, uiuendum autem esse ciuiliter. Quid tam repugnans dici potest? Si.n. noscenda sunt philosophiæ præcepta hoc ideo ut recte sapienterq; uiuamus. Si uero non conferunt ad rectam uitam eius præcepta, quomodo dux uitæ uitiorũ expultrix et morum magistra ac disciplinæ est philosophia?

Quod probatur in homine peccatum originale connaturale contra philosophos. Cap. 6.

Disputationis contra philosophos primum erit principium, uires naturæ imbecilles ostendere, Tum ad noscenda quæ sint animarum nostrarum media, quibus purgationis eis pateat aditus, cum illa nanciscendi, atq; quibus et unde cõtagionibus sit maculata, si etiam sceleribus sit, apud diuinas leges præfixa mulcta, aqua, nullaq; humana uel altera quauis ope creata, se posit homo extricare, sed tantum fauore gratiaq; diuina. Sapientem enim de quacunq; re uerset optionem, oportet primas speculari origines, inde causas, & quæq; sunt illi accõmoda suo rimari ordine. Opinantur igitur philosophi ij præcipue qui inter cæteros, primas sibi uendicant, peripathetici alijsq; scientiores, nullum connaturale hominibus in esse peccatum, propter quod et ignorantia uiæ salutis propriæ sibi irrepsit ab intra, atq; remedium extricationis eius ab illo nequaquã humana sibi posset ope conquirere. Nam & si per scientiam ethicam credant scire uirtutum uias, ac tamen interioris & connaturalis illius infectionis, neutiquam extersionem habere potuerunt, neq; notionem. Similiter per nactas uirtutes, reatus scelerum diuina lege præfixi, nunquam tenuere deletionẽ, quoniam neq; huius obliterationis notionem requirebant, igitur de hac purgatione ut prædictũ est, uelut cœci de co- Ratio ad hæc

loribus effati sunt, probabimus igitur primum, quod cõna
Prima conclusio *naturali subiaceat uitio homo natus concubitu, quod uerũ licet fides prædicat & manifestat, at tamen ratio, fidem manifestando, omnibus persuadet, uos enim iudicatis in ho*
Prima ratio *mine si paßione trahatur.* Imputari, *atq; a ratione discede re tum quoq; medio uirtutis, in extremorum alterum uitiorum declinare, atq; hoc in brutis minime imputationi subiacet, neq; enim peccat, paßio igitur siue cõcupiscentia illa aut peccatum est aut origo quidem uitij.* Nequaquam *autẽ de se peccatum esse paßionem fateri oportet, uel origunem uitiorum ex sese, esset enim in brutis eadem peccati occasio, cum sit eadem paßio, ergo aliunde erit, & nõ de se peccatũ paßio exceßiua aut peccati prurigo.* Neq; *enim phas est deum uel naturam opinari paßiones has de se malorum causas effecisse. Sunt tamẽ paßiones dei naturæq; munia, generans enim formam dat omnia, illam consequentia.* Igitur *ab extra paßioni insit, ut malorum in homine sit propago, hoc aimus esse connaturale peccatum, quod nostri originale denominant uicium, quod secum affert homo dum orbis huius ingreditur limina, hoc iugum premit paßiones, easq; facit medias super egredi metas, atq; ad exorbitantia deducit extrema, paßiones enim de se & ex sese natura temperamento quodam prodire initiauit, quoniam natura*
Ratio *dei instrumentum non errat de se, neq; enim magni dei artificis repagula artesq; transilire potest, itaq; exterius quod*
Natura dei instrumentum *dam super inductum, intemperantiam hãc, in hominis perfecta mixtura, deuexit, philosophi igitur effectum hũc cõnaturalem uiderunt, ideo causam non aduertentes, fecerunt sibi in hoc duello in homine, uictrices uirtutes, sed quas nũquam homini potuerunt, perfectas largiri.* Ignorabant *quip*

pe radicem mali primam, atq; huius obliteratorem deum, palmeq; uirtutum doctorem uerum, tum quoq; beneficum authorem primum, pythagoras uisus uidetur, huic notioni præ cæteris propius accessisse, posuit.n. malorum quoq; malum primum principium, sed errauit, uniuersalem quippe causam malam opinabatur. Neq; distrinxit ut debebat inter malum uitij pœneq; malum. Sed tamē explicauit, huius in homine mali, malum primum fuisse orignem, at tamen malum illud primum non intellexit. Nempe malum uitij de quo nostra loquitur ars, nō est ens quoddam primum, primoq; coæuum aut coæquale bono, quod ipse credebat, sed est peccatum, boni & rectitudinis primæ uel magis connaturalis iustitiæ priuatio, obliteratio, atq; deuaricatio, quod a quadam primi hominis uoluntate obliqua, suæ posteritati indicitur connaturale. Non enim malum uitij est, nisi a uoluntate creata sit omnino deriuatum, quod pythagoras dissimulauit, potuit enim hæc nosse, dū apud egyptios nostros reuolueret libros, erant enim tunc pluribus peruij neq; obscuri, deniq; si paßiones sui natura exorbitantes essent, uiolentia uirtus esset, immo ratio aut sapientia; illas cohibens, uiolentia esset, quare nec diutius in homine ratio perduraret, neq; immoraretur uirtus, felicitas quoq; aut nulla esset perpetua, aut deniq; non esset felicitas, Sed neq; bonum delectabile uirtus, neq; honestum decorumq; esset, uiolentum enim neq; perpetuum neq; honestum aut laudabile percensetur, fuisset autem humanum temperamentū qnoq; ex uiolento & naturali omnino cōmistum, ratione uidelicet uiolenta, & paßione exuberanti naturali in homine positis, paßio quidem habuit non repugnantiam ut exiret indomita exorbitansq;, Sed de se non fuit exorbitanter cōsequens,

Pythagoras

Ratio

Ratio

Ratio

Ratio

Ratio

Ratio

et quoniam sibi hoc erat non repugnans, Iustitiæ naturalis aut deniq; supernaturalis superaddito freno cõtineri potuit facile ne exorbitaret, Sed incõtinentia uel ad extremũ exor

Ratio bitantia uenit a uoluntate obliquante, peccante, uel iustitiæ utrius infringente repagula. Nẽpe si paßiones ex se essent exuperãtes ad uitia, cũ regnabimus in cœlis perpetui, aut paßiones hæ non erunt, aut si quidem, uiolentia erit, quare neq; perpetuitas, uel non sine pena, erunt autem ibi quidem gaudium letitia paßiones, erunt utiq; & in supereminenti gradu, sed sub ratione nedum diuina sed feliciter bene dispo sita, paßiones erunt equidem hæ mentis & corporis, ut

Error Lutheranorũ manifestum est theologis, neque etiam cum Lutheranis insi pientibus hac in parte concordamus, qui ignoranter & fal sißime Paulo tribuunt concupiscentiam peccatum ex sese esse, Paulus quippe eam arbitratur concupiscentiam pecca

Cõfutatio tum esse quæ legẽ prohibita est, at illa non absolute prohibetur, sed lata quidem in indebitum obiectum, puta rem proximi, & uxorem proximi, atq; docti uiri ars est docilis authores eo quidem sensu intimoq; percipere quo ipsi lo

Roma.7 quuntur. Paulus enim sic inquit sed peccatum non cognoui nisi per legem (.s. naturalem siue decalogum) nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupisces, lex

Ratio autem Exodi.20. & Deute.5. explicat cõcupiscentiam pro hibitam. Circa rem proximi atq; proximi uxorem. Alioquin cum Christus hac nõ caruit, profecto peccauit secundum uestram mirabilem sapientiam. Ipse enim inquit desi

Ioan.10 derio desideraui hoc pasca &c. Et in cruce pendens, inqua

Matth.21 omnium peccata deleuit, inquit Sitio, dum autẽ pergit Hie rosolymam crucifigi, ipse esuriit, atq; in deserto post. 40.

Ratio Ieiunij dies esuriijt, de cæteris aũt paßionibus, non oportet


theologum catholicum ambigere, in Christo fuisse, tũ quia homo uiator nobiscũ erat, atq; tristis inquit est anima mea usque ad mortem, cœpitq; tædere, et pauere, contristari, et mestus esse, & factus in agonia prolixius orabat, ut suspiciens in cœlum ingemuit, & cum uidit eam plorantem & Iudæos qui uenerant cũ ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & lachrymatus est Iesus. Et uidens ciuitatem fleuit super eam, ut gaudium meum in uobis sit, Hæc omnia testimoniũ perhibent, fuisse in Christo humanas passiones, sicut uere nobiscum homo uiator erat. Sed heus tu cum hæc de Christo percipis legisq;, caue ne labaris, & ipsius has paßiones contra rationem fuisse intelligas? nequaquam hæc de illo cogites, qui non solum non peccauit sed omnium peccata substulit. Subdite ergo rationi & pro ratione erant in illo eedem, quia totum eius est nobis meritũ sicut est pro nobis deo sacrificium. Reuertentes igitur dicamus, peripatheticos recte sentire paßiones, dum sumus in uia nõ aboleri, sed sopiri uirtutibus posseque uinciri, Sicut heroyca uirtus hoc explet munus, quanuis, non negauerim in aliquibus fomitem fuisse sublatum contritumq;, puta in beata uirgine, aut baptista ideoq; cũ de Christo loquimur, paßiones non fuisse fomiti aliquando subditicias asseueramus, sed neq; fomitis relictum uestigum in illisq; impressum, quoniam non peccauit orignaliter, in cæteris est passio infecta orignali culpa, aut denique ipsius temerata uestigio linquitur paßio siue cõcupiscentia, quæ cum ita sint, manifestum est has non esse dese uitiumq; peccatum, aliũde autem oportet ipsas esse peccatum aut peccatorum occasionem uestigiumq;, hoc dicimus cõnaturale cuicunq; homini peccatum, a primorum parentum traduce in nobis proba-

Marci. 14
Matth. 26
Lucæ. 22
Ratio
Ioan. 11
Lucæ. 19
Ioan. 15
Ratio

Authorita tur deuexum. Huius, sacra scriptura fidesque dei primam
tibus in nobis notionem largitur. In qua scriptura, unus e gentili
bus uestris philosophis, sed tamen pius, deo Charus, deoq;
fidelis sic descripsit, dum amici sui alterius sapientis refert
Iob.26 cõmentarium, Nunquid iustificari potest homo compara=
tus deo, aut apparere mundus natus de muliere? uel alia li=
tera neq; infans unius diei, obquam etiam causam ipse ma=
Cap.3 ledicebat diei suæ conceptionis, quoniam ipse sicut & cæte
Psal.50 ri oẽs, in peccatis & in iniquitatibus conceptus erat. Sicut
alter sanctißimus ꝓpheta & rex prudẽtißimus dicere soli
Oseæ.6 tus erat, quibus subscripsit unus alterex prophetis, Ipsi au
tem. s. omnes filij hominum, sicut Adam transgreßi sunt pa
Zacha.13 ctum & præuaricati sunt in me. Et alius quoniam Adam
exemplum meum ab adolescentia mea, & alter sapiens ip=
se dei interpres, dominus faciet iudicium, donec reddat ho
Ecclesiasti minibus secundum actus suos, et secũdũ opera Adæ, atque
ci.35 iterum isdem ait Occupatio magna creata est hominibus,
40 & iugum graue super filios Adam, a die exitus de uentre
matris eorum, usque in diem sepulturæ & in matrem om=
1.Corin.15 niũ. Paulus uero super hos omnes illustratus adeo inquit,
sicut in Adam omnes moriuntur ita & in Christo omnes
uiuificantur, sicut enim unius delicto mors regnauit p unũ,
Roma.5 igitur sicut per unius delictum in omnes homines in condẽ
nationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in
iustificationem uitæ, sicut enim per inobediẽtiam unius ho
minis peccatores constituti sunt multi, Ita & per unius obe
ditionem, iusti constituentur multi, propterea sicut per unũ
hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per pec=
catũ mors, et ita in omnes homines mors ptransiit, in quo
Ephe.2 omnes peccauerunt, ad Ephesios autem. 2. plane demon

strat connaturale esse tale peccatum, inquit enim et eramus natura filij iræ sicut & cæteri, deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis cõuiuificauit nos christo & ideo Romanos.5. Nam iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem & .2. Corin.5. quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt & pro omnibus mortuus est Christus, atq; ad Romanos.3. omnes peccauerunt & egent gloriam dei, cui illa consonat eiusdem sententia, (conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promißio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, ad Romanos etiam.3. inquit, Causati enim sumus Iudæos & grecos omnes sub peccato esse. Nam ut inquit sapiens quis potest dicere mundum est cor meum, purus sum a peccato, & subscribit Paulus deponentes omnes pondus & circunstans nos peccatum. Ex his igitur & plerisq; alijs, satis liquidum est nobis connaturale esse peccatum, a quo & si renati per salutarem baptismum intime purgari possumus, uerum tamẽ remanet eius signũ in concupiscentia uel paßionibus, siue carne, eiusq; uestigium infectioq; quædam, quæ tamen non est peccatum sed peccati fomes reliquiæ quædam et uestigium peccati, quod facile crescit, si carni titillanti uoluutas assentiatur, a quo ut dictum est concupiscentia uel paßio, per accidens incitat ad alterum extremorũ inter quæ uirtus mediat. Neq; mihi quispiam calumniam ingerat, quod diuinæ scripturæ authoritate, contra philosophos prolem ueritatem, Tametsi, a rationibus contra eosdem sermonem orditus sum, Verumtamen si eos licuit a cõmuni sapientum consensu semper arguere, ut patet in eorum libris, subtilisq; minorita Ioannes

Roma.5
Roma.3
Ad Galatas.3
Roma.3
Proue. 20
Hebræ. 12
Conclusio
Alia ex dictis
Conclusio Alia
Cauilli remotio



Scotus ar= ti.primo diligenter explicat quolibeto.21.de Aristotele. Cur mihi nō licebit a cōmuni sanctorum sapientumq; consensu contra quoscunque, pro ueritate, loca uelut dignitates præsumere, quæ tanto efficatius pro ueritate concludunt, quanto ue= riores, et in nullo mendaces, illi uiri dei fuerunt, quā philo sophi cōmuniter loquentes, sibi aduersi, et sæpe ueritati op positi. Et magis quoniam in hac causa etiam præclarissi=

Iob.1 mum unum ex gentilibus, licet religiosum, philosophum ta men eruditissimum testem habuimus, Veritas autem diuinæ scripturæ satis omnibus stabilisq; ppetuaq; suo ordine esse

Scotus noscitur atq; sufficientia eius, ex his quæ subtilis Ioannis.2. q. prologi. 1. quam doctissime disputauit, patenter etiam enitet, tum a prænunciatione prophetica. scripturarum cō cordia. Authoritate scribentium, diligentia recipientium, Rationabilitate contentorum, inrationabilitate contenta in alijs sectis philosophorū, cū etiam aliorū gentiliū, hæretico rū, paganorū, uel iudæorū, ecclesiæ christianæ stabilitate. Atq; miraculorum claritate cōfirmata. Cū etiam nulla alia scriptura magis eneruet mendatiū uel persequatur, quam diuina hæc scriptura. Tandem quoniam deum habet autho

Confirmat rem suum, ut cap.2. prædictum est. Iurarunt etiam in huius

10 uerba scripturæ. Tot imperatores, Reges, consules, duces, præfectiq;, fortissimi uiri, philosophi doctissimi, urbes, pro uinciæ, regna, magistratus, deniq; urbs Roma orbis prin= ceps & mundi caput. Omnis iustus, sanctus, recteq; sapiēs uerasq; non fictas uirtutes complectens, Marium fœmina rumq; sexus inumerabilis, Pro cuius quoque ueritate, opti matum promiscuus infinitusq; numerus nō dubitauit, extre

Augusti. ma terribilia sponte ultroq;, etiam alacritate magna per=

de ciuita. ferre Augu.10.cap.18. Vt autem huius capitis calcem at=

tingamus tandem colligimus, paßiones hæ pluribus homi= nibus immo omnibus ferè, impulsum concitant ad exceßiua extrema, & non una per alteram, oportet ergo per id quod cõmune est omnibus aut quidem fiat pluribus, nõ est autem natura id principium quidem, cõmune. quoniam nõ est natura principium uitij uel peccati (nisi forsan per acci dens) illud ergo est commune per quod naturæ accidit esse principium tale, & a quo paßiones cõmouent ad excessum uitiosum, quod quidem connaturale peccatum orignaleq; est, carentia uidelicet connaturalis iustitiæ uel infuse quæ in esse debebat omnibus, & tamen non inest, primorum par= entum uoluntate deficiente & obliquabili, ab imperio præ cipientis dei in aliquod oppositum, quod uitium, uel cuius impreßio, pondus est, & fomes, ut concupiscentia aut cæte re quidem paßiones sæpe cõcitent hominẽ nostrum, in op positum legis recte, spiritus legis, et interioris hominis. Alia ratio fortißima primo po ste. Quid sit peccatum orignale

Ex his igitur pelagianorũ error et zuinglij Lutherani hæ= reticorum exploditur error, quos etiam alio libello confu= tauimus, illi negant in hominibus peccatum orignale peni tus, iste zuinglius.s.ponit orignalem quidem dissonantiam sed non peccatum esse fingit, uerum opinatur esse morbum hominis naturalem citra culpæ noxam criminisq; defectũ, utrique autem negant orignale peccatũ sed alia uia alioque nomine appellarunt unus et alter, illi negant esse, hic poni sed non peccatum esse astruit, Pelagiani concilio palestinot quodam inde carthagnensi atque mileuitano cõfutati sunt, & ephesino & aurasicano. 2. similiter ab innocentio. 1. bo nifacio zosimo, cœlestino, et Leone primo Ambrosius de uocatione gentium eos redarguit ultima ætate sua, Hierony mus, & Augustinus precipue, plurimis libris suis quorum Erro zuin glij Cõfutatio

Cõfutatio zuinglij Lutherani alibi retulimus rationes, At zuinglio etiam manet peculiaris cõtradictio in illo etiam opusculo, tunc unam illarũ uel alteram repetimus hoc modo, si infirmitas est originalis defectus aut sane animæ aut corporis, si primum iam erit crimen peccatum culpaq́; . si uero corporis iam tunc carnali medicina euacuabitur, aut si incurabilis est, profecto non erit nisi mortalitas siue hominis corruptio. Igitur mors peccatum originale erit, at cum hoc repugnet philosophiæ simul quoq; fidei repugnat, mori enim, inquit, cõcilium mileuitanum cap.1. de peccato in homine incumbit, ergo non est peccatũ sed peccati pœna, quod etiam Genesis.2. ample præfinitur, infirmitas quoq; non est mors, hæc ergo positio manifestissima cõtradictio est. Amplius omnis ĩfirmitas corporis humorum est dissonantia, Iterum infirmitas animæ aut ignorantia erit aut uitiũ, si originalis labes ignorantia est scientia ergo tolletur logica aut philosophia aut altera tali, neq;.n. diuisibilis est priuatiua ignorãtia, sed forsan priuatio diuidatur apud crassissimos Lutheranus, neq; etiã ignorantia praue dispositionis originalis nodus est, nõ.n. tũc cõnaturalis esset quoniã mala arte ignorãtia solet in hominibus ingenerari sicut sciã arte & demõstratione recta, infirmitas autẽ ubique apud Augustinũ lex carnis appellatur fomes uel tyrannus uidelicet impressio quedam a peccato relicta qua concupiscentia sæpe ad excessum prouocat, nisi ratio per gratiam dei cohibeat illam, quo etiã modo concupiscentia ipsa infirmitas solet ab Augustino cæterisque uocari. Sed non est originalis defectus ut Lutherus miser opinatur, neque originalis infirmitas ut zuinglius sola uoce ab illo differens, intelligens per morbum eum inquam, quem cæteri uocant peccatum quod zuinglius negat

Error Lutheri

esse peccatum, si etiam non est peccatum a quo iustificatur quis fide & baptismo, ut quid etiam pueri baptizantur, uel cur pœna damni de cedentibus in hoc nodo, perpetua in dicitur, Eius autem pœnæ Augustinus assertor est & cũ ipso ecclesia tota in concilio mileuitano cap. 2. & aurasica no. 2. cap. 13. atque de ecclesiasticis dogmatibus cap. 22. & 3 4. et enchiridion cap. 93. Est autem maior zuinglij error quam fuerit pelagianorum, illi enim tollentes originale peccatum abstulerunt & penam opinione sua, at hic infirmitatem ponit peccatum negat, Et tamen penam sua frenetica opinione firmauit, aut nosse nondißimulauit. Cõparatio

Confutationes philosophorum quod sapientia uera quæ docet uirtutes purgatorias, est a deo tantum. Cap. 7.

Catholici uero qui recte philosophantur. Et si purgatorias uirtutes, in recta philosophia quæ Christi est, facile sciant, nunquam tamen aliquam ex moralibus eam esse, arbitrari possunt, quare despicientes garrulas philosophorũ uoces, lumen fatentur altius ueriusq;, per quod hæc noscãt, atq; diuiniorem uirtutem purgatoriam ab eo qui solus eam præbere poßit efflagitant. s. charitatem. In philosophia deniq; Christi, audimus eum dicentem, Cum ab uno suorum discipulorũ atq; sitiente uiam purgationis uerißimã noscẽ: Domine nescimus quo uadis & quomodo possumus scire uiam? Respondit sapientiæ dator prima sapiẽtia, et inquit, Ego sum uia, & ueritas, & uita, & nemo uenit ad patrem nisi per me, & iterum ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris sed habebit lumen uitæ, hoc. 2. dixit cæteris, qui perfida cæcitate obcæcati, lumen quod ante se habebant, cernere non ualebant. Et ideo qui ante hos uaniloquentes philosophos gentiũ, fuere homines sancti ami- Ioan. 14 Ioan. 8

ci huius dei nostri, uno ore confitebantur ei, quoniam apud
te est fons uitæ & in lumine tuo uidebimus lumen, atq; pro
Psal. 35 omnibus alijs, solum hoc lumen opportunū esse per quod
hanc perspicuam intueri uiam possent, enunciantes confi-
Psal. 83 tebantur, beatus populus qui scit iubilationem, domine in
lumine uultus tui ambulabunt & in nomine tuo exultabūt
tota die, et in iustitia tua exaltabuntur. Ipse etiam dominus
noster, perpendens hominum desiderium magnum proprie
captandæ salutis, atque per philosophorum illecebras ua-
nas, longe lateq; in uarijs errorum ambagibus in mersorū,
Ioan. 7 plena totiq; orbi notissima uoce intonuit, Siquis sitit ueniat
ad me & bibat, qui enim credit in me sicut dicit scriptura,
flumina de uentre eius fluent aque uiue, premittēs uero ser-
Esaiæ. 55 uos suos prophetas omnibus notificabat, omnes sitien-
tes uenite ad aquas uenite emite absq; argento & absque
ulla cōmutatione, quoniam ut per alterū ex seruis suis pro
phetis, noster īcrepabat deus hominū genus, turbidam phi
losophorum aquam bibere querens, quæ sitim extinguere
Here. 2 nequeat, inquit, Obstupescite cœli super hoc & porte eius
desolamini uehementer dicit dominus. Duo enim mala fecit
populus meus (genus humanum .s.) me dereliquerunt
fontem aque uiue, & foderunt sibi cisternas dissipatas quæ
continere non ualent aquas, filij quoq; mempheos & taph
neos constuprauerunt te usque ad uerticem, & nunc quid
tibi uis cum uia ægypti ut bibas aquam turbidam, nempe
Pytagoras Pythagoras Plato & plerique usque in memphim solis ci-
Plato uitatem in ægypto nauigarunt, ut mallent aliena discere per
mercurius quæ possent instructiores sua discipulis ingerere, Mercu-
rius quoque ægyptius rex sacerdos & philosophus, pri-
mus uidetur philosophiæ græcis ut dicunt adaperuisse se-

mitam, quē Orpheus linus et hesiodus imitari uoluerūt, ab istis ergo humanum genus apud græcos ægyptiosq; aquā turbidam bibere didicit, Sicut chaldei populi per zoroastrem regem & magum quoque dementati sunt, non solum inani philosophia, sed etiam ad idololatriam impijßimam, post Neæmbroth & Ninum initiati. Ideoque Paulus eiusdem dei nostri fidelis interpres illos magna confusione redarguit. Reuelatur inquit, ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui ueritatem dei in iniustitia detinēt, quia quod notum est dei manifestum est in illis. Deus.n. illis manifestauit. Inuisibilia.n. ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus, & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quia, cum cognouissent deum, non sicut deū glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et mutauerūt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imagnis corruptibilis hominis & uolucrum, & quadrupedum, & serpētium. Propter quod, tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut cōtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, qui cōmutauerunt ueritatem dei in mendaciū et coluerunt & seruierunt creaturæ, potiusquam creatori, qui est benedictus in secula. Amen. Paulus Roma. 1

Taphnas enim interpretatur os serpentis uel os serpentium insanum, Memphon autem os mœroris uel iniquitatis, quoniam a uanis philosophis insana doctrina, sicut ab hæreticis illorum progenitis iniqua, atque ab utrisque serpentina & mœroris, usque ad mesticiam penasque inferni, erronea doctrina deducit, Vana est ergo philosophorū de

uirtutibus purgatorijs ſapientia, quæ ſui nominis aduerſam imbuit ſignificantiam, exercet penas & ad impia tartara mittit. Eſt *enim non dextera, quæ ducit ad ipſam mundi arcem, ſed ſiniſtra uia, quippe licet aliquibus ſit tecta ueris, tamen eſt criminatoris illius (qui prauis religionibus inſtitutis, auertit homines ab itinere cœleſti, & in uiam perditionis inducit) tot tantisque obtuſa erroribus, ut cum ijs pariter impietatem dei ueriusq; omnem aſciſcit contemptum, legite philoſophorum quecunque monumēta, aut enim inter eorū fallacias unius dei religionem excutiunt, aut ſi ponant, nunquam tamen pati uoluerunt eius ſolius cultum pietatemq; ſectari, ſed uero deo optimoque, deos falſos etiam in cultu & religione copularunt. hoc* Mercurius, Plato, Pythagoras. *7. ſapientes & quotquot genuit græcia philoſophos. Sed & magnus* Ariſtoteles *deorum cultum non cō-*
7. Politicorum *tempſit, in ethica, & politica ſua,* Itaque *ad ſapientiæ fontem Chriſtum oportet accedere qui recta incedere uolunt quique ſapere cupiunt ueriora ſalubrioraque.* Vnus *enim & ipſe ſapientißimus inter gentes hoc agnouit, ſanctißi-*
Iob. 28 *mus ex ſanctißimo proauo pronepos* Iob. *Dū in ſua probata fortißimaque ſapientia, inquit,* Sapientia *uero ubi inuenitur, & quis eſt locus intelligentiæ, neſcit homo preciū eius, nec inuenitur in terra ſuauiter uiuentium.* Abyſſus *dicit non eſt in me, & amare loquitur, non eſt mecum.* Id *eſt,*
Ex Gregorio *anima quæ corām deo eſt terra ſine aqua plena ſciētia creatarum rerum ſed carens dei ſapientia uera* Abyſſus *etiam hæc eadem eſt anima ſuper quam incūbūt tenebræ ſcientiæ dei de quibus utriſque legimus in principio terra autē erat inanis & uacua et tenebræ erāt ſuper faciem abyßi.* Mare *uero ſecularium mentium ſuperba inquietitudo eſt.* A *quibus*

bus omnibus abest sapientia dei, dicente propheta, initium
sapientiæ timor domini, et sancto Esaia super quem requie Esaiæ. 66
scit spiritus meus nisi super humilem & quietum & tre=
mentem sermones meos. Qui ergo ad deum sapientiæ fon=
tem accedunt humiliter exoneratur quidem a laboribus ua
nitatum philosophorum, atq; à peccatorum grauioribus fa
sibus, refectiq; ab illo, iugum suaue discunt sapientiæ, et in=
uenient requiem animabus eorum. Econtra in uijs philo- Matth. 11
sophorum contritio & infelicitas reperitur. (Non dabitur
aurum ob risum pro ea, nec appendetur argentum in cõmu
tatione eius) id est nec à spiritibus angelicis uel ab hoïbus
sanctis donari potest, donum quippe dei fides est, quæ uera
est dei sapientia. (Non conferetur tinctis indie coloribus) Iob.
quoniam tincti colores indie sunt huius mundi sapientes,
qui quanuis per infidelitatem & plerunq; per actionem fœ
di sunt, ante humanos tamen oculos super inductæ honesta
tis colore fucantur. Sed donum dei sapiẽtia tinctis indiæ co Iob.
loribus non confertur, quia quisquis hanc ueraciter intelli=
git, ab his hominibus quos mundus sapientes coluit, quam
lõge distet, agnoscit, ipsaq; eius mandatorũ uerba ab huius
mundi sapientibus, differunt, qui dum intendunt eloquentiæ
eorum dicta quasi pulchra apparent specie & fucatione
tincturæ, & cum uirtute rerum careant, Aliud esse quam
sunt, uerborum compositionibus quasi super ductis colori
ribus mentiuntur, quæ recte despexerat Paulus inquiẽs ser 1. Corin. 2
mo meus et prædicatio mea nõ in psuasibilibus humane sa
pientiæ uerbis sed in ostensione spiritus & uirtutis. Nos. n.
non spiritum huius mundi accepimus sed spirttum qui ex
deo est ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis, quæ & lo=
quimur non in doctis sapientiæ humane uerbis, sed in do=

ctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Et de
Paulus *philoſophorum inani hac doctrina ſubiungit. Animalis au*
1. Corin. 7 *tem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei, ſtultitia.n. eſt illi & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia & ipſe a nenimæ iudicatur.* Igitur *doctrina ſapientiæ, & prædicatione pulchra eſt pura ueritate conſpicua, nec aliud ſe per fallaciam prætendit exterius & aliud reſeruat interius, nec in dictis ſuis pulchra uideri appetit nitore ſermonis, ſed integritate ueritatis. ſequitur ſanctus* Iob, (*nec lapide ſardonico pretioſiſſimo uel ſaphiro*) *Adam rubra terra formatus ſardonico intelligitur, a quo etiam hoc donum non ſuſcipimus.* Ipſe *quippe eſt ſi magiſter erat ſuis filijs, ſapientiam tamen altiſſimus qui condidit eam illis inſpirabat.* Inſtrumentum *uox erat patris, ſed actio princeps ſolius erat altiſsimi. uel denique patres ueteris teſtamenti, per hos pretioſos lapides intelligere poſſumus prophetas uidelicet & ſanctos patriarchas, quos in montibus hac præditos ſapientiæ luce perpendimus.* (Non *adæquabitur ei aurum uel uitrum*) *equidē ni fallor in auro regum potentiam intelligimus, qui etiam hanc lucem mortalibus quamuis eorum potenti promitterent brachio, uerum tamen pro illa tenebras inuolucrumq; dederunt.* Inuentionum *falſarum.* Vtrum *uero fragile miſtum & arte elaboratum, eloquentiam nobis figurat, duobus nanq;, ut ait* Cirero, *humanum genus conciliatum eſſe creditur, eloquentia uidelicet & fide. at neq; his nobis uera eſt ſapientia præſtita, fides quippe nunquam ſine* Chriſto *fuit mortalibus tuta, at eloquentia tantum ſapientiæ folia forſan nobis ſed arida ueritate monſtrabat, fructus uero et fortiſsimos eius ramos a uiua* Chriſto *radice pullulantes ne*

Marginal notes: Iob. (beside "tatis. ſequitur ſanctus Iob"); Iob. (beside "pendimus. (Non adæquabitur"); Cicero (beside "bus nanq; ut ait Cirero")

quaquam persuadere potuit. Ideo sanctissimus cõcludit propheta (Trahitur autem sapientia de ocultis) quia cum sit inuisibilis non nisi inuisibiliter ad nos deducitur, quæ recte quoq; tradi dicitur, quia sicut flatum trahimus, sic ab intimis sapientiæ spiritus ducitur, uti ad uitam anima subsistat, ideo psal. inquit, os meum aperui & attraxi spiritum (Vnde ergo sapientia uenit & quis est locus intelligentiæ) Magnus, inquit Gregorius, quia ergo inuisibilis est de quo ꝑdijt, & incertum nobis est in cuius mente intellecta requiescat, recte nunc dicitur, unde ergo sapientia uenit &c. Locus uero intelligentiæ eius est mens humana quam hæc dei sapientia repletus sanctam facit, (Abscondita est ab oculis omnium uiuentium) qui enim suis eam uiribus, neq; per dei gratiam murereq; diuino, nancisci uoluerunt, protinus ab eis absconditam, separatamq; nouimus, uel ut Gregorius, inquit, per quasdam hic imagines uideri potest, sed non per incircumscriptum lumen æternitatis, nempe fides nõ est lumẽ clarum diuinorum, sed in ænigmate & obscuritate, diuina quidem, uere tamen certoq; insinuat, & posuit, inquit propheta tenebras latibulum suum (uolucres quoq; cœli latet) rapaces uolucres dæmonas intelligit qui libenter et uerbum dei rapiunt de hominum cordibus, atq; ab hominibus diuinum fraudari intentarunt cultum, a quibus poetæ philosophiq; gentiles quam maxime decepti sunt, (perditio & mors dixerunt auribus nostris audiuimus famã eius) apud gentes igitur idololatras fama tantum peruenit eius, nam dum Israel & Iuda transmigrant de terra promissionis ad populos nationũ, Daniel & cæteri domini nostri ueriusq; dei, amici & serui prophetæ, regibus & prncipibus populisq; gentium sapientiæ huius diuinæ famam celebrio-

Iob. Iob. Libro.18 cap.36 Moralium Iob. Cap.37 Psal.17 Iob. Matth.13 Iob.

remq́; eius significauerũt uenustatem, dum uero ante istos,
3. regũ. 10 regina Sabba, a Solomone hac a deo præditum præcæteris sapientia, eam auidißime nossere cupit, mors nanque, et perditio, idololatre sunt gentes. Cuius cõmoti fama ut prædiximus
Pythagoras Pythagoras & Plato ægyptum uel iudæam petentes, tantummodo hystoricam hauserunt eius notionem, ipsam uero a patre luminum nequaquam obtinuerunt, Scripture quippe eius legerunt ordinem. Sed spiritus intelligentia penitus caruerunt.
Paulus Nõ omnium quippe fides est aut do
2. Theß. 3 num dei sapientia (Deus intelligit uiam eius, & ipse nouit
Iob locũ illius) hoc sanctus Iob cõcludit de ea ut quilibet sciat, ab ipso nostro deo hanc impetrare debere, Sed etiam locũ eius solus deus nouit, quoniam non omni eam tribuit animæ, nisi sue sit tantum religioni initiata de qua statim, hæc sanctus propheta Iob, qui ut prædictum unus de gentium primusq́; fuit domini propheta, diuina sapientia ea illustratus a domino, de qua locutus est, neq; his dißimilia sparsit
Iob priori quodam capitulo. 12. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, & de principibus philosophisq́; gentilium inquit, palpabunt quasi in tenebris & non in Lucæ, & errare faciet eos quasi ebrios, abscondens ab eis uidelicet sapiẽtiæ & ueritatis radios. Hunc sanctum prophetam a deo il
Laus Iob lustrem, libẽter sacræ uenerantuur scripturæ, per quem ex gentibus philosophum, magnum ducem, omni uirtute præditum. fortitudine tamen & patientia, homines superans omnes (præter unum dominum Iesum Christum) a domino nihilominus innocentia, & hac donatus sapientia super omnes orientales (ut sanctum Iacob suosque filios domini seruos, & inter eos castißimum sanctißimũq́; Ioseph excipiam) omnes philosophi confundantur seculi huius, seip-

sos uel ex hoc uno, uaniloquos inanesq; fuisse, dum de uirtutibus sine uirtute & uera sapientia, nescio quam, animabus purgationem promitterent, quam illis præbere nunquam potuerunt.

Probans idem quod prius. Cap. 8

Post ipsum sapientem Iob *sanctißimumq;, sapientißimus alter deoq; amabilis Salomõ ea repletus sapiẽtia quasi arena maris, inquit, quoniam ipse deus sapientiæ dux est et sapientium emendator, in quo etiam cap.7. pleraq; mirabilia, de diuina hac eructat sapientia. Cuius consilia præcepta eruditionesq; toto prouerbiorum.1. moralium enũciat lib. Cui alter sapiens suo ecclesiastico testimonium perhibet omnis sapientia a domino deo est, cap.1.* Interpres *uero uirginei & inutero sanctificati* Hieremiæ, *& ipse propheta, philosophos eadem caruisse sapientia uera, solumq; a deo dilectis suis donum collatum esse, diuino.* Sic *ore fatur,* Di*sce, inquit, ubi sit prudentia, ubi sit uirtus, ubi sit intellectus, ut scias simul. Vbi sit longiturnitas uitæ & uictus, ubi sit lumen oculorum & pax. Quis inueniet locum eius? Et quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium & qui dominantur super bestias quæ sunt super terram. Qui in auibus cœli ludunt. Qui argentum thesaurizant & aurum, in quo confidunt homines & non est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricant & solliciti sunt nec inuẽtio est operum illorũ.* Exterminati *sunt et ad inferos descenderunt, & alij loco eorũ exurrexerunt. iuuenes uiderunt lumen, & habitauerũt super terram. Viam autem disciplinæ ignorauerunt neq; intellexerunt semitas eius, neq; filij eorum susceperunt eam, à facie ipsorum lõge*

Sapien.7

Liber prouerbiorũ est liber moralium

Baruth.3

facta est. Non est audita in terra Chanaam neq; uisa est in Themã. Filij quoq; Agar qui exquisierunt prudẽtiam quæ de terra est negotiatores terræ, & Themã, & fabulatores & exquisitiores prudentiæ & intelligentiæ, uiam autem sapientiæ nescierunt, neq; cõmemorati sunt semitas eius. O Israel quam magna est domus dei, & ingens locus possessio-

Gigantes

nis eius. Magnus est & non habet finem, excelsus & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati, illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus, neq; uiam disciplinæ inuenerunt, propterea perierũt. Et quoniam non habuerunt sapientiam. Interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in cœlum & accepit eam & eduxit eam de nubibus? Quis trãsfretauit mare & inuenit illam & attulit illam super aurum electum? Nõ est qui poßit scire uias eius, neq; qui exquirat semitas eius.

Vera sapientia est a Deo

Sed qui scit uniuersa nouit eam & adinuenit eam sua prudentia. Qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam bipedibus & quadrupedibus. Qui emittit lumẽ & uadit & uocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt. Vocatæ sunt & dixerunt. Assumus. Et luxerunt ei cum iocunditate, qui fecit illas. Hic est deus noster, et non æstimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnẽ uiam disciplinæ, et tradidit illam Iacob puero suo, & Israel delecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

Expositio

Principes, iuuenes, terra Chanaam, Themam, filij Agar exquisitores prudentiæ, gigantes. s. sunt hominum genera, qui uiam sapientiæ nescierunt, neq; cõmemorati sunt semitas eius, similia his. s. alia cõmemorat Salomon sapientißimus, in quibus nequaquam sapientiæ, neq; sapientiæ author deus

inueniri poßit, lectulus est, ciuitas, plateæ, uici, atque uigi- Cantico. 3
les qui custodire solent ciuitates, in his inquit sponsa quæsi
ui illum & non inueni, quorum postremos interrogans nũ
quem diligit anima mea uidistis? Responsum non præbue-
re, quoniã neq; illũ & sua nouissent, hæc sunt. s. hominũ ge
nera q̃ se fœlices sine fœlicitate putãt, et sine sapiẽtia fœlices se
sapiẽtes opinãtur, potẽtes dñatu, delicijs dediti, iuuenes ua
ni aut quiq; epicureã ducẽtes uitã, Diuites negotiatores the
sauris ĩhiãtes opibusq; mũdanis, Milites uel militia, quorũ
finis triũphus, honor, et mũdi huius gloria uana, torq; lau
ro, aut quercu, tẽporibus uel pectore cingi, uelut palmaq;
corona ĩcapitolio, et uico ariopagũ inhabitãs philosophia.
Nẽpe oẽs q de sũmo bono uaria arbitrati sũt, aut in bonis
corporis uel aĩæ siue internis uel extimis illud ipsũ suspica
bantur esse, quorum notio aut possesio, ueram sapientiam
aut philosophiã, uulgus, docti, domini, fortes omnis sexus
& ætas, uel fœlicitatem esse crediderunt. Hi igitur omnes et
finem ultimum ueramq; philosophiam uel sapiẽtiam inqui-
rentes, neutrum scire, neque adipisci potuerunt, sed erra-
uerunt ab utero locuti sunt ut plurimum falsa. placeat Au- Augusti.
gustinum legere libro soliloquiorum, cap. 31. siquis plura
cupit scire de intelligentia prædictæ Salomonis sententiæ.

Rationibus atque testimonijs pluribus probans ue-
ram sapientiam uiribus naturæ non posse inueniri. Cap. 9.

Philosophi igitur magnificantes inanes uires solas natu
turæ tum ad optimarum uirtutum cõquisitionẽ, cum ad ue-
rum necessarium percipiendum pro salute. i. fœlicitate ca-
ptanda, cum ad animæ purgationem, Sapiẽtes Theologos
speculari & expendere coegerunt, tum pro ueritate in cu-
ius uerba iurarunt statim cum Christum induerunt, cũ etiã

speculatores ueritatum iniciati sunt in Christi philosophia. Ipsi igitur post scripturam sacram quam præposuimus, ca
Scotus. 1. quidem. q. prologi pi. 1. & inter eos Ioannes minorita subtilißimus doctor uelut cæteris iunior, sed perspicacißime mentis, uolens probare necessariam esse sapientiam a deo super infusam pro fine consequendo homini proprio, atque medijs ad finem, cum etiam uera per infusas uirtutes iustificatione salutariq;, sic faustißime auspicatur. Omni agenti per cognitionem necessaria est cognitio distincta determinati sui finis et proprietatis eius, atq; cõditionis eius qui agit perfectioris, notio reqritur sine qua neqt sine frui poßit, ꝓpter quas appetibilior finis illi uideatur, atque eundem consequi prouocetur moueaturq;, quã si naturaliter nãcisci nequit, ne frustretur illo, oportet eã petere uel expectare ab illo qui notionẽ illam sibi largiri potest. Nẽpe quorũ p nos ipsos desiderabilem profectiuamq; notionem habere non possumus necessariam tamẽ nobis, ab eo mutuamus a quo eam nancisci possumus, non enim cessat appetitus, nisi cõsequatur qđ cupit tum sibi necessarium, cum eius maxime perfectiuum desiderabileq; plurimum. primo poste. primo metha, pri-
Ar sto. mo & decimo ethi. ut inquit, Aristo. Non est autem naturalibus uiribus peruium, deum trinum & unum intuitiue uisum contingenter perpetuoq; & gratiose, nobis esse ultimũ finem perpetuumq;, itaque ad hanc, natura non sufficiens exigit ab illo illustrari, qui hoc nouit et potest, is autem est solus deus. Vnde inquit, dominus huius ueritatis primus.
Ioan. 17 Magister hæc est uita æterna ut cognoscant te solum deum uerum & quem misisti Iesum Christum, ergo & spiritum sanctum qui necessario cõsubstantialiter procedit isdẽ deus a patre & filio, & Ioan. 10. & ego uitam æternam do eis,

unde & sapien= quidam satis philosophis dictis uetustior Psal. 83
inquiebat gratiam & gloriam dabit dominus, & alter phi Roma. 6
losophus doctißimus in Christi philosophia sapientißimus Confirma
ait gratia autem dei uita æterna. Confirmatur ratio, quoniã tio
philosophi gentiles uiam naturæ sequentes ad ultimi finis Cicero
nostri notionem etiam uulgarem, uniformemq; peruenire Augusti.
non potuerunt. quinimmo & in obiecto & modo siue uia
uarij uaria persenserunt, testatur Aristo. ethicorum. 1. Cice
roq; in lib. de finibus bonorũ. Magnus quoq; Aug. philo=
sophorũ discordias ample prosequitur lib. 18. de ciuitate ca
pi. 41. & lib. 19. per totum. At in superna et reuelata sapiẽ
tia à deo uno ueroq;, nulla perplexitas sed neque dissensio
comperiri potest. Est. n. a datore deo pacis & certitudinis
resolutæ, quæ quidem superior sapiẽtia libris canonicis scri
pturæ sacræ maxime explicatur, in quibus omnis est cõcor
dia, quia ab eodem spiritu deo sancto qui est spiritus unita=
tis demanarunt. Augustinus denique, inquit, ipsi philoso= Augusti.
phi a quibus ad ista digreßi sumus, quinimmo uidentur la= 18. de ciui=
borasse in studijs suis, nisi ut inuenirent quomodo uiuendũ ta. 41
esset accõmodate ad beatitudinem capessendam, cur dissen
serunt & à magistris discipuli & inter se condiscipuli, nisi
quia ut homines humanis sensibus & humanis ratiocina=
tionibus ista quesirunt. Vbi quanuis esse potuerit et studiũ
gloriãdi, quo quisque alio sapientior & acutior uideri cu=
pit, nec sententiæ quodammodo addictus alienæ, sed sui dog
matis & opinionis inuentor tamen ut non nullos uel etiam
eorum plurimos fuisse concedam, quos à suis doctoribus
uel discendi socijs amor ueritatis abruperit, ut pro ea certa
rent quam ueritatem putarent. Siue illa esset siue non esset,
cum aiunt quo uel qua ad beatitudinem perueniatur. huma

Authores sacræ scripturæ quales

na se porrigit infœlicitas, si diuina non ducit authoritas. Denique authores nostri in quibus non frustra sacrarum literarum figitur & terminatur canon, absit ut inter se aliqua ratione dissentiant. Vnde nõ immerito cum illa scripserint, eis deum uel per eos locutum, non pauci in scholis, atque gymnasijs, litigiosis disputationibus garruli, sed in agris at

Quare pauci

que in urbibus cum doctis atque indoctis, tot tantique populi crediderunt. Ipsi sane pauci esse debuerunt ne multitudine uilesceret, quod earum religione esse oporteret, nec tamen ita pauci, ut eorum non sit miranda consensio. Neque

Inter philosophos non est cõsentit

enim in multitudine philosophorum, qui labore etiam literario monimenta suorũ dogmatum reliquerunt, facile quis inueneritinter quos cuncta quæ sensere conueniant, quod ostendere hoc opere lõgũ est, infra. At uero populus, gens illa, illa ciuitas, illa respub. illi israelitæ quibus credita sunt

Authores sacræ sacri pturæ concordes.

eloquia dei, nullo modo pseudo prophetas cum ueris prophetis pari licentia confuderunt, sed concordes inter se atque in nullo dissentientes sacrarum literarũ ueraces ab eis agnoscebantur, & tenebantur authores, ipsi erant eis philosophi, hoc est amatores sapientiæ, ipsi sapiẽtes, ipsi theologi, ipsi prophetæ, ipsi doctores probitatis atque pietatis. Quicunque secundum illos sapuit & uixit non secundum homines, sed secũdum deum qui per illos locutus est sapuit & uixit. Quicquid philosophi quidam inter falsa quæ opinati sunt uerum uidere potuerunt & laboriosis disputationibus persuadere moliti sunt, quod mundum istum deus fecerit, eumq; ipse prouidentissimus amministret, de honestate uirtutum, de amore patriæ, de fide amicitiæ, de bonis operibus, atque omnibus ad mores probos pertinentibus rebus, quanuis nescientes ad quem finem & quonammodo

essent ista omnia referenda, propheticis hoc est diuinis uocibus, quanuis per homines in argumentationum cõcertationibus inculcata ut non hominis ingenium sed dei eloquium contemnere formidaret, qui illa cognosceret. hæc ille.

Summa igitur rationis est, Cupiens homo naturali desiderio felicem esse, supremam felicitatem scire oportet sibiq; summum bonum, atque eius nobilißimam proprietatẽ qua nota ardentius illud concupiscat & quærat, simul quoque scire eũ oportet natura perfecta integraq; humana sua non autem parte tantum eius nobiliori, se illud posse nancisci perpetuoq; eodem frui, quæ uel si ignoraret, aut non quæreret, aut quærendo desieret, uel quidem tepidius cõquirendo, floccipenderet. Hæc autem uia naturali nequaquam possunt attingi ab homine, sed neq; a mente angelica ut alias ab alijs est creditum. Igitur superius diuinumq; lumen est omnino homini necessarium, atq; humana philosophia quanuis elaboratißima ad hæc omnia euanescit, consequi uero finem eundem in natura perfecta. i. toto composito, dubium ualde fuit apud philosophos, uiam naturæ sequentes, tum animæ mortalitatem uel immortalitatem ambiguam opinantes, cum totius futuram resurrectionem abnegantes, cuius tamen mortem ad sensum uidemus, Impoßibile inquit unus ex eis præclarißimus Aristot. a priuatione ad habitum esse regressum, in idem numero. Cuius tamẽ immortalitatis animæ, primus ueritatis magister præscripsit manifestißimã ueritatem, nolite, inquit, timere eos qui corpus occidunt, animam uero non possunt occidere, & de resurrectione totius hominis reuelatam addidit ueritatem, et ego inquit resuscitabo eum in nouißimo die, atqui procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, qui uero ma

Summa rationis

Anima immortalis

Matth. 10

Ioan. 6

Ioan. 5 *la in resurrectionem iudicij. quam mirabiliter Matthæi. 25. prosequitur. Ipse quoque fuit primus qui uias huius uitæ*
2. Ratio *immortalis ingressus fuit, qui etiam alijs demonstrauit. Se-*
Scoti *cunda quoque amplificauit rationē & arguit, Omni agen- ti per cognitionem est necessaria non solum finis cognitio prædicta, sed etiam notio uiæ perueniendi finem summe est necessaria, atq; si uia illa uere ad finē deducat sufficiēterq;, tum quoq; fit illa uia necessaria ad hæc, nō occiosa inquā, neque manca, aut superflua uia fælicitatis debet esse, quoniā uero hominis ultimus finis gratia & contingentia illi adeo largitur, media quidem uia merita erūt et meritorum prin cipia infuse uirtutes, at hæc naturaliter homo nūquam per cipiet. Naturalis enim hominis per scrutatio nequaquam dei uoluntatem sciscitari potest, quæ tamen fide sola nosci queat, unde inquit dominus uenite ad me omnes qui labora tis & onerati estis, & ego reficiā uos. Tollite iugum meū*
Matth. 11 *super uos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde iugum enim suaue est & onus meum leue. Nempe quia in uia philosophorum uanus labor at in lege onus etiam im- portabile & imbecille. Isdem quoq; magister, inquit, si uis ad uitam ingredi serua mandata, sed non quecunque, uerū*
Matth. 19 *dilectionis mandata & charitatis. Mandatum enim maxi- mum & primum est diliges dominum deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, secū dum autem est simile huic, diliges proximum tuum sicut te*
Paulus *ipsum, quoniam ut alter eius discipulus, inquit, finis legis*
1. Timo. 1 *est dilectio. i. principalis causa meritoria legis est charitas, quæ sicut principium operandi ita quoque finis. i. ultima fæ*
Ioan. 13 *licitas, fruitio enim dilectio est actualis, propterea alibi do minus dixit si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea, dona ue-*

ro infusa, sunt uia, quia uiarum principia fides spes chari= tas, & quoq; istis anexa in opus hoc diuinũ necessaria, nã Ioan. 17
præcatur patrem ut in suis beatificandis discipulis insit ab illo dilectio, Et *de fide inquit omnis qui audiuit a patre &* Ioan. 6
didicit uenit ad me. Et *qui credit in me habent uitam æter= nam, et supra hoc est opus dei ut credatis in eum, qui misit me, de spe uero inquit confidite ego enim uici mundum, &* Lucæ. 12
iterum nolite timere pusillus grex quia cõplacuit patri ue= stro dare uobis regnum, ubi enim thesaurus uestr ibi et cor Matth. 5
uestrum erit. cor enim ardens desiderium intelligitur et cõ cupiscentia, quam Christi sectator habere debet ibi ubi, de his Paulus inquit, nunc autem manet fides, spes, charitas, 1. Corĩ. 13
maior istorum charitas, fœlicitatem uero nobis gratiose & contingenter collatam priori ratione probauimus. At nunc iterum explicamus, Magister ueritatis, inquit, Sedere autẽ Matth. 20
a dextris uel a sinistris, non est meum dare uobis sed quibus paratum est a patre meo. Eius uero interpres exponit. Nõ Paulus
est currentis neque uolentis, sed miserentis est dei. Quoniã Roma. 9
isdem loquitur in exodo deus. Miserebor cui misereor & Exodi. 33
misericordiam præstabo cui miserebor, unde Paulus iterũ scribit, nam quos presciuit & prædestinauit conformes fie Roma. 8
ri, magni filij sui, quos aũt prædestinauit hos et uocauit, & quos uocauit hos et iustificauit, quos autẽ iustificauit, istos & glorificauit, prædestinatio autem cõtingentiæ actus est, diuina autem uoluntas hæc media uel illa ad hunc præordi nans finem ualere, equidem uiribus naturalibus sciri nõ po test, aut cur illum uel hunc præelegit esse beatum, non autẽ alium mens humana ex sese capescere nequit, quoniam sa= Roma. 11
pientißimo Paulo teste altitudo diuinæ sapientiæ et scientiæ Psal. 137
incomprehensibilis est, & alter sanctus propheta prior

Psal.75 scripsit. Mirabilis facta est scientia tua ex me, cõfortata est & non potero ad eam, & tantundem de his medijs cognitum est, quantum deus illuminare & reuelare dignatus est
Psal.33 a montibus æternis. Accedite inquit, ad eum & illuminami
Augusti. ni. Augustinus autem ait in horum confirmatione dictorũ
Cap.2 superaddit etiam. 11. de ciui. dei Christum esse uiam perueniendi ad finem ultimum. Cum enim homo rectißime intelligatur, inquit Augusti. uel si hoc non potest, saltim credatur factus ad imagnem dei, profecto ea sui parte est superiori propinquior deo, qua superat infriores partes suas, quas etiam cum pecoribus cõmunes habet. Sed quia ipsa mens cui ratio & intelligentia naturaliter inest uitijs quibusdam tenebrosis & ueteribus inualida est non solum ad inhærendum fruendo, uerum etiam ad perfruendum merendo incõmutabile lumen, donec de die in diem renouata atq; sanata fiat tantæ fœlicitatis capax, fide primum fuerat imbuenda atq; purganda, In qua ut fidentius ambularet ad ueritatẽ, ipsa ueritas deus dei filius homine aßumpto nõ deo consumpto eandem cõstituit atq; fundauit fidem, ut ad deũ
Christus quomodo est uia hominis interesset homini per hominem deum. Hic est.n. mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Christus per id quod est mediator, est homo & uia perueniendi ad Deum. Per hoc enim mediator per quod et homo, per hoc & uia. Quia si inter eum qui tendit & illud quo tendit uia media est, spes est perueniendi. Si autem desit aut ignoretur qua eundum sit, quid prodest nosse quò eundum sit? Sola est autem aduersus omnes errores uia munitißima, ut idẽ ipse sit deus & homo, quo itur deus, qua itur homo. Hic prius per prophetas, deinde per seipsum, postea per apostolos, quantum satis esse iudicauit locutus, etiam scripturan con

didit quæ canonica nominutur eminētißimæ authoritatis, cui fidem habemus de his rebus quas ignorare nō expedit nec p nos ipsos nosse idonei sumus. Nā *si ipsa sciri possunt testibus nobis, q̄ remota sunt a sensibus nostris, siue interioribus, siue exterioribus, unde & præsentia nūcupātur, qđ ita ea dicimus eē præsentibus, sicut præ oculis, q̄ præsto sūt oculis.* Profecto *ea quæ remota sunt à sensibus nostris, quoniam nostro testimonio scire non possumus, de his alios testes requirimus, eisq; credimus à quorum sensibus remota esse uel fuisse non credimus.* Sicut *ergo de uisibilibus quæ non uidimus eis credimus quod uiderunt, atq; ita de cæteris quæ ad suum quenq; sensum corporis pertinent, ita de his quæ animæ ac mente sentiuntur, quia & ipse rectißime dicitur sensus unde & sententia uocabulum accepit, hoc est de inuisibilibus quæ à nostro sensu interiore remota sunt, his non oportet credere, qui hæc in illo incorporeo lumine disposita didicerunt, uel manentia contuentur.*

Tertia ratio Ioannis minoritæ *est, Substantiarum separatarum, et inter eas præcipuæ primæ, necessaria est cognitio et nobilißima præ cæteris noscibilibus.* Tum *quia oēs homines natura scire desiderant, ergo maximi entis maximam scientiam homines omnes maxime desiderant.* Itaque *hæc scientia est necessaria præ omnibus, quoniā etiam apud philosophos perfectiua felicitas hæc est, aut nō sine hac, inter omnia enim quæ hominem ut hominem perficere possunt, id maximū est, quod est intellectiuæ partis perfectiuū & optimum, hæc omnia ipsæ admittere solent, quoniam ratio eos cogit omnino concedere.* Maxima *autem cognitio per uires naturæ & perfectior necessariaq; percipi non potest.* Nempe *quæcunq; norunt philosophi de prima intel* 3.Ratio Scoti

ligentia per sensibilia cognoscentes tantum similitudinaria sunt rebus quoq; creatis, quare ex cōmunibus illi creatis q; aucupatur ea noster intellectus, sed prorfecto propria quædam habet deus nobis autem nullo modo in partita, & hæc sunt optima eius & magis nosse digna nobisq; necessaria perfectiua autem, quæ non habet natura uires percipere. Omnis enim cognitio nostra per similia procedit ut Arist. & Plato & omnis philosophorum cathalogus affirmat, unde ex hoc multi ex similibus omnium eam conditam affirmabant, Aristo. uero quia omnium est capax similitudinem. Aut forsan cognitione relatiua noscetur prima causa ex altero correlatiuo, sed neq; est hæc perfectior notio eius, magis nobis necessaria neq; hæc est, aut neq; prima esto quod propria esset, excommunibus autem fingere proprium dei conceptum quiditatiuum ut Auerrois & subtilis Ioannes imaginantur aut nō uerum est, quia quidditas propriam essentiam non excōmunibus sane essentiatam (ut ita dicam) sed omnibus uel altero proprijssimo eius quidditatiuo, aut si quidem est, non est hoc maxime scire concupitum nobisq; necessarium. Sed prime magis proprium perfectiusq; mēs nostra nosse desiderat, quo ad illam Cupidissime per trahatur. Methaphisicus etiam qui præcæteris abstractorum sibi nempe dicat scientia per cōmunia quædam primi entis parit noscentiam, deficit uero in pluribus quæ maxime de illo scire cupimus. Minima .n. pars est ea quæ de illo scimus eorum quæ ignoramus, abstracte enim cæteræ mentes meliora & plura de deo sciunt quas mouet ut amabilis & desideratus, & hæc nos eadem auidissime nosse desideramus. Magnus sanctus Paulus edocet nos, p creaturas naturaliter nobis in notescere deum, & quædam dei

uelut

Plato
Aristo.
Auerrois
Scotus
Methaphisicus
Roma.1

uelut inquam per uestigium eius & quandam suæ perfectionis partem in creaturis inditam unde inquit. Deus enim illis manifestauit, inuisibilia enim ipsius à creatura mūdi, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus. et diuinitas, ita ut sint inexcusabiles. Sed certe plura his nosse auemus nobisq; magis necessaria, quorū reuelata sapientia a deo ipso nobis peritiam ingerit. Sunt autem multa necessaria scire præter ea quæ philosophi de deo disputant, quorum uideri potest maior quidam numerus, cap. 28. meditationum apud Augusti. Sed eum esse hominis redemptorem, Iustificatorem, a uitijs liberatorem, mētis nostræ impletorem, beatitudinem nostram perpetuā, atq; illuminatorem in uia, & in patria uisione intuitiua beatificatorem. Hæc sane sunt multum nobis necessaria, relatiua tamen de deo cognita, concupiscimus & absolutiora scire, horum relatiuorum fundamentales perfectiones uidelicet intimioraq; dei quædam, ad quæ eadem luce puenimus qua hæc relatiua dicta de deo cognoscimus.

Paulus Roma. 1

Augusti.

De alijs rationibus ad idem contra philosophos. Cap. 10.

Ex his igitur. 4. ratio contra philosophos ea explicatur. Natura omnis cognitiua perfectiua ultimo fine quem solum purgata mens capere queat. Non solum ipsius finis indiget notitia, sed etiam purgatione (si infecta est atq; uitijs sordibusq; deturpata) eget & purificatore deo si ex se ipsa semet, aut altero homine purgare nequit. Humana autem natura sordibus connaturalibus atq; arte mala super impositis satis fœdata est, ut capitulo præscriptum est, ergo eget purificatore suo & eius notione. Nempe a se ipsa nequit se extricare. Si enim posset, profecto non contraheret nascendo maculam, sed repelleret. Si etiam actuali uitio se-

4. Ratio

met expurgare posset, cum subintrat statim expelleret. Sed potius ex illo in deteriora præceps ruit, nisi deus subueniret, & si ex sese ualeret ad illa pellenda. Cur etiam philosophi peritiores post hanc uitam penas luere peccatrices animas arbitrati sunt? nanq; lotas, descendentes eas ad orcum Radamantus (ut fingunt) uidens, nequaquam iuste puniret, ferunt etiam flauum Constantinum pijssimumq; imperatorem, post cædem fratris, nocturnis agitatum furijs, qui Romam ueniens interrogabat Capitolinos flamines, si purgandarum a facinoribus animarum callerent artem, aut siqui dij eorum hac facultate pollerent. quos se solum placandorum deorum nosce mysteria profitentes præterij, tandē intellexit de christianorum eiusq; sacramentorum uirtutem hanc celebriorem fore, qua propter & hanc ob unā (inter cæteras) causam beatissimum adijt Syluestrum, a quo purificari corde, corporeq; sanari promeritus est Christi dei clarificata uirtute. Inquit enim dñs in Osæe propheta perditio tua Israel, tantummodo a me auxilium tuū. Homo enim qui ex se ipso peccare solet, aut non peccaret euitans malū, aut statim peccādo illud pelleret, ne inordinatus maneret si ex seipso posset. Ideo cōsiliū peccatoribus sāctus præbet propheta. Tollite inquiēs uerba & cōuertimini ad deū & dicite ei. Omnē aufer iniquitatem, & accipite bonum & reddemus uitulos labiorum nostrorum. i. laudes deo altissimo. In Esaia autem ipse loquitur. Ego sum ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas, ppter me, & peccatorum tuorum nō recordabor. Habemus autem in archiuis regum Babyllon iæ testimonium celebre ab ipso Nabuchodonosore rege. Cui sapientissimus Daniel (qui & Balthasar) consilium præbens inquit. Quamobrem rex consi

Magni Cō stantini historia

Osæe.13

Osæe.14

Esaiæ.43

Danielis 4

lium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redi=me, & iniquitates tuas misericordijs pauperum, forsitan ignoscet deus delictis tuis, Deus *ergo est mentis purifica-tor,* Deus *inquam Christus noster.* Magnus *propterea* Confirmatio *inquit* Augustinus *de ciuitate dei caput. 24. libro. 10.* *Subditus* Porphyrius *inuidis potestatibus de quibus &* August. *erubescebat & eos libere redarguere formidabat, no=luit intelligere dominum* Iesum *Christum esse principium, cuius incarnatione purgamur.* Eum *quippe in ipsa car=ne contempsit quam propter sacrificium nostræ purga-tionis assumpsit, magnum. s. sacramentum ea superbia non intelligens, quã sua ille humilitate deiecit, uerus benignusq; mediator in ea se ostendens mortalitate mortalibus, quam maligni fallacesq; mediatores nõ habẽdo se superbius extu lerũt, miseris q; hoĩbus adiutoriũ deceptoriũ uelut ĩmorta les mortalibus promiserunt.* Bonus *itaq; uerusq; mediator* Peccatum *ostendit peccatum esse malum, nõ carnis substantiam uel na* non est ma*turam, quæ cum anima hominis & suscipi sine peccato po* lum *tuit, & haberi, & morte deponi & in melius resurrectio=* Carnis sub*ne mutari, nec ipsam mortem quanuis esset pœna peccati,* stantia ne-*quam tamen pro nobis sine peccato ipse persoluit, peccan=* que natura *do esse uitandam, sed potius si facultas datur pro iustitia p ferendam.* Ideo *enim soluere potuit moriendo peccata, quia mortuus est & non pro suo peccato.* Hunc *ille* Platonicus *non cognouit esse principium, nam cognosceret purgato=torium.* Neq; *enim caro principium est, aut anima huma=* Caro non *na, sed uerbum per quod facta sunt omnia.* Non *ergo caro* per se mun*per se ipsam mundat, sed per uerbum à quo suscepta est.* Cũ dat sed ca*uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Nam *de car* ro uerbũ *ne sua manducanda mystice loquens.* Cum *hi qui non intel=*

Ioan. 6 *lexerunt offensi recederent dicentes. Durus est hic sermo, quis eum potest audire, respondit manentibus cæteris spiritus est qui uiuificat. Caro autem non prodest quicquam: principium ergo suscepta anima & carne, & animam credentium mundat & carnem. Ideo quærentibus iudæis quis*
Ioan. 8 *esset, respondit se esse principium. Quod utiq; carnales infirmi peccatis obnoxij et ignorantiæ tenebris obuoluti, nequaquam percipere possemus, nisi ab eo mundaremur & sanaremur, per hoc quod eramus & non eramus. Eramus enim homines sed iusti non eramus. In illius aũt incarnatione natura humana erat sed iusta nõ peccatrix erat. Hæc est mediatio qua manus lapsis iacẽtibusq; porrecta est. hoc est semen dispositum per angelos in quorum edictis & lex dabatur, qua & unus deus coli iubebatur, & hic mediator uẽ*
Augusti. ubi supra cap. 25. *turus promittebatur. Cuius sacramenti fide, etiam iusti antiqui mundari pie uiuendo potuerunt, non solum antequã lex populo hebræo daretur. Neq; enĩ eis prædicator deus uel angeli defuerũt, Sed ipsius quoq; legis temporibus quã uis in figuris rerum spiritualium habere uideretur promissa carnalia propter quod uetus dicitur testamentum. Nam & prophetæ. Tunc erant per quos sicut & per angelos eadem promissio prædicata est, & ex illorum numero erat cuius tam magnam diuinamq; sententiam de boni humani*
Psal. 72 *fine pauloante cõmemoraui. Mihi autem adhærere deo bonum est. In quo plane psalmo, duum testamentorum quæ dicuntur uetus & nouum, satis est cõmotos & effusos in lapsum propemodum gressus suos. Tanquam frustra deo ipse seruisset. (Cumq; ea filicitate quam de illo expectabat contemptores eius florere conspiceret, seq; in rei huius, inquisitione laborasse, uolentem cur ita esset apprehendere,*

donec intraret in sanctuarium dei, et intelligeret nouissima
eorum qui felices uidebantur, errare tunc eos intellexit in
eo quod se extulerunt, sicut dicit fuisse deiectos, & defecis=
sse ac perisse propter inquitates suas. Totumq; illud culmē
temporalis felicitatis ita eis factum tanquam somnium eui=
gilantis, qui se repente inuenit suis quæ somniabat fallaci=
bus gaudijs destitutum. Et quoniam in hac terra uel ciuita
te terrena magni sibi uidebantur. Domine, inquit, in ciuita
te tua imaginem illorum ad nihilum rediges. Quid huic ta Psal.72
men utile fuerit, etiam ipsa terrena nō nisi ab uno uero deo
querere, in cuius potestate sunt omnia, satis ostendit ubi ait.
Velut pecus factus sum apud te & ego semper tecum. Ve Psal.72
lut pecus dixit utiq; non intelligens. Ea quippe à te deside=
rare debui quæ mihi cum impijs non possunt esse cōmunia
quibus eos cum abūdare cernerem putaui me incassum tibi
seruisse, quando & illi hæc haberent qui tibi seruire noluis
sent. Tamen ego semper tecum qui etiam in talium rerū de
siderio deos alios non quæsiui. ac per hoc sequitur. Tenui Psal.72
sti manum dexteræ meæ, & in uoluntate tua deduxisti me,
& cum gloria assumpsisti me, tanquam ad sinistram cūcta
illa pertineant, quæ abundare apud impios cum uidisset pe
ne collapsus est. Quid enim mihi est, inquit, in cœlo? Et à te
quid uolui super terram? Reprehendit seipsum, iusteq; sibi
displicuit, quia cum tam magnum bonum haberet in cœlo
quod post intellexit rem transitoriam fragilem & quodam
modo luteam felicitatem à suo deo quæsiuit in terra. Defe= Psal.72
cit, inquit, cor meum et caro mea, Deus cordis mei, defe=
ctiq; bono ab inferioribus ad superna. Vnde in alio psalmo Psal.83
dicitur desiderat et deficit anima mea in atria domini. Item
in alio deficit in salutare tuum anima mea. Tamen cum de Psal.118

utroq; dixisset.i.de corde & carne deficiente,non subiecit deus cordis mei et carnis meæ,sed deus cordis mei.Per cor quippe caro mūdatur.Vñ dicit dñs,Mūdate q̄ intus sunt et quæ foris sunt mūda erūt. Psal.72 Matth.23 *Partē deīde suā dicit ipsum deū, non aliquid ab eo, sed ipsum.* Deus inquit cordis mei, & pars mea deus in æternum,quod inter multa quæ ab homi nibus eliguntur,ipse illi placuerit eligendus. Quia ecce inquit, qui se longe faciunt à te peribunt perdidisti omnem qui fornicatur abs te. hoc est qui multorum deorū uult esse prostibulum.Vnde sequitur illud propter quod & cætera de eodem psalmo dicenda uisa sunt. Psal.72 Mihi autem adherere deo bonum est, non longe ire, non per plurima fornicari. Adherere autem deo tunc perfectum erit,cum totum quod liberandum est fuerit libertatum. Nunc uero fit illud quod sequitur,ponere in deo spem meam. Roma.8 Spes enim quæ uidetur non est spes. Quod enim uidet quis,quid sperat ait apostolus?Si autem quod non uidemus speramus,per patientiā expectamus. Conclusio In hac autem spe nūc constituti agamus quod sequitur, & scimus nos quoq; pro modulo nostro angeli dei.i.Nuncij eius,annunciantes eius uoluntatem;& gloriā gratiamq; laudātes. Vnde cum dixisset ponere in deo spem meam, ut annunciem inquit omnes laudes tuas in portis filie Sion. Indiget ergo humanitas nostra nedum creatore deo & conseruatore, Sed etiam restauratore & purificatore, atque idcirco pro salute capescenda, cum uia naturæ nequaquam inducat nos ad restauratoris notionem,profecto superius illa lumen nobis est necessarium pro summo bono.

Cap. 11. Quo probatur ex imagine conclusio.

5.Ratio Quinta ratio ad eādem ueritatem, formatur eiusmodi,

Inter solos rationales homo dicitur aut maxime factus ad imaginem dei & similitudinem eius, unde satis superque satis naturam nostram indignificauit ille, quisquis ex philosophis fuerit, qui omnium esse similitudinem animam nostram finxit. Nō enim tantæ minoritatis est, quæ solius dei est expressata imago anima nostra. Eo autem imago quo capax eius est. Cum igitur sola diuina sapientia reuelauerit illam esse dei uerius imaginem similitudinēq; præ cæteris. idcirco finis eius capacitas quæ quisq; sit uiribus naturæ apprehendi nequit. Minor uero & si Augustini sapientissimi sit professio Ratio tamen illam cōuincit. Nempe non est corporeus deus, igitur imago, liniamentis corporis exprimi nequit, ad interiorem ergo animæ uidelicet rationē hominis pertinet quod homo sit imago dei. interior autē hæc hominis portio. 3. habet essentiam uidelicet potentiā, opus, aut igitur his tribus imago hæc tota præscribitur, aut altero, aut duobus, non quidem. 3. solo quoniam nec ipsum esse potest, aut igitur primum &. 2. aut duum alterum, aut simul trium, sed primo aut. 2. uel utroq; imago non est nisi, quia capax utroq; illo uel altero, sicut cera imago sigilli, quia capax eius, uel si tribus his simul, idem quoq; succedet. Capacitas uero hæc profecto per impletionem erit. Implet enim sigillum ceram aut alterum toto quod habet, implebit igitur animam deus suo toto quod habet, quod si implet, nihil igitur est aliud quo repleri possit aut saciari anima nostra, nihil deniq; quod amplius sitiat. At hæc nequaquam philosophia laica nosce neq; ad modicum audire potuit, ergo fides sola quæ lumen est diuinæ sapientiæ hæc manifestauit. Vnde illa uox est sapientis prophetæ, saciabor cū apparuerit gloria tua. Et dominus Moysen alloquens ait

Augu. 14 de trini. capi. 8

Psal. 16

Exodi.33 ego ostendam tibi omne bonum, petebat enim ille dei famu lus a deo sibi gloriã ostendi diuinam. Sed magnus magister ueritatis, inquit, Qui autem biberit ex aqua quam ego da=
Ioan.4 bo ei, non sitiet in æternum, sed fiet ei fons saliens in uitam
Psal.79 æternam, & iterum sanctus Dauid, inquit, Deus uirtutum
Augustin. conuerte nos, ostende faciem tuam & salui erimus. Augu= stinus quoq; libro de spiritu & animam cap.27. Solius. n. inquit trinitatis est intrare & implere naturam, siue sub= stantiam quam creauit.

Cap. 12. Quo eadem conclusio probatur ex simi= litudine et quid sit hominem esse ad dei similitudinem.

6.Ratio Sexta ratio est a similitudine dei. imago enim hominem facit dei capacem facie ad faciem. Similitudo autem disposi tio uidetur esse qua homo fit imago dei. Vnde etiam sapien tißimi theologi inquiunt similitudo gratuita respicit, sicut imago naturalia, ego autẽ intelligo. Naturalis essentia ani= mæ dei essentiam nude uisam obiectiue suscipit, eiusdemq; capax est, & quia facta est huiusmodi deitatis in tribus per sonis capax, ideo ipsa trinitatis naturalem habet ima= ginem sculptam. i. a deo inditam sibi cuius ipse naturam fa bricauit, deum trinum ergo suscipiet facie reuelata. Dica=
Matth.5 mus igitur de similitudine. Dixit magister ueritatis estote ergo perfecti, sicut & pater uester cœlestis perfectus est. Si militudo quidẽ qualitatẽ respicit, sicut imago naturam sub stantiamq; non per identitatem, sed quia substantia ani= mæ, dei substantiæ. i. essentiæ nude capax est et personarum diuinarum. Similitudo autem in qualitate, nostrum omniũ
Charitas est dei si= militudo ad deum enimuero, optima indiget esse, ea autem non nisi charitas est. In charitate ergo esse, est hominem ueram si= militudinem dei esse, & de illa præcipue ibi loquitur domi

nus.s.Matthæi.5.Vis nosse quomodo charitas est dei simili Cap.13
tudo,attēde Ioan.13.et.14.& 15.semp de dilectione sua ser
monem ingeminat,nam primo,inquit, Mādatū nouum do Cap.14
uobis ut diligatis inuicem,sicut dilexi uos,in hoc enim co=
gnoscent omnes,quia discipuli mei estis,si dilectionem ha=
bueritis ad inuicē,& .2.ait,qui autem diligit me, diligetur
a patre meo,et ego diligam eum & manifestabo me ipsum,
& ad eum ueniemus,& mansionem apud eum faciemus. Cap.15
Et.3.manebitis in dilectione mea si præcepta mea seruaue=
ritis & estis amici mei, & unus ex discipulis eius præcla= 1. Petri. 4
rißimus,inquit,charitas operit multitudinem peccatorum.
Igitur quia innocentiam parit & animæ purificationē cha Fructus
ritas,facit amicum deo hominem, uerumq; Christi discipu charitatis
lum.Deumq; trinum inhabitare in homine.Ita quidem ui=
detur esse similitudo dei,atq; dispositio præuia qua deo ple
nus in patria capaxq; homo reddatur. Sed hæc donum dei
est immediatum. sicut ergo naturaliter non potest acquiri, Forma ra
ita neq; naturalibus uiribus pcipi,itaq; si homo dei similitu tionis
do est charitate redimiri debet supernaturali. Nempe quid 1. Ioan. 4
charitas ex deo est,& omnis qui diligit ex deo natus est,et Paulus
charitas dei diffusa est in cordibus nostris,per spiritum san Roma.5
ctum qui datus est nobis.Et ueritatis magister eandem cla=
ritatē uel lucem appellat per quam eius discipuli unum effi Ioan.17.
ci solent cum deo & inter se. Et ego ait claritatem quā de
disti mihi dedi eis, ut sint unum, Sicut et nos unum sumus, Coloss. 3
ego in eis,& tu in me,quoniam uinculum perfectionis est
charitas,propterea Augustinus ait in manuali ca.19.Deus Augusti.
pater charitas est, deus filius dilectio est,spiritus sanctus
amor patris & filij est.Hæc charitas & hæc dilectio ali=
quid simile requirit in nobis.s.charitatem qua uelut quadā

affinitate consanguinitatis ei sociemur & coniungamur. Amor dignitatis nescius. Reuerentiam nescit. Qui amat ꝑ seipsum fiducialiter accedit ad deum familiariterq; loquitur ei, nihil timens nihil hæsitans. Perdit quod uiuit, qui non diligit. Qui autem diligit oculos suos semper habet ad deũ, quem diligit quem desiderat, in quo meditatur, in quo delectatur, in quo pascitur in quo impinguatur. Iste talis sic deuotus, ita cantat, ita legit, & in omnibus operibus suis sic est prouidus & circumspectus quasi deus adsit præsens ante oculos eius, sicut reuera adest. Ita orat quasi sit assumptus & præsentatus ante faciem maiestatis in excelso throno. Vbi millia millium ministrant ei, & decies centena millia aßistunt ei. Animam quã uisitat amor expergefacit dormientem. Monet & emollit eam, & uulnerat cor eius. Tenebrosa illuminat, clausa referat. Frigida inflãmat, mentem asperam & irascibilem & impatientem mitigat, uitia fugat, carnales affectus comprimit, mores emendat, reformat & innouat spiritũ lubricæ ætatis motus actusq; leues coercert. Hoc omnia facit amor cum præsens est, cum uero abscesserit, ita incipit anima iacere languida, ac si cacabo bullienti subtraxeris ignem.

Danielis 7

7. Ratio Thomas ri prima parte. q. 1. artic. 1

Septima ratio quæ potest ex diuinißimo Thoma forma ri prima parte. q. 1. Omni agenti propter finẽ ad quem de sui natura est indispositum. Ita ut sit super omnes naturæ uires, necessaria est dispositio proportionata fini illi & tamẽ naturæ non repugnans donari per quam illum finem attingere poßit & consequi, homo uero institutus est ad supernaturalem finem. i. dei uisionem intuitiuam deiq; tentionẽ siue per essentiam dei fruitionem, & non tantum ad finem politicum, qui sit uiuere recte secundum uirtutes, aut nõ ad

metaphysicam speculationem primi entis, quæ sunt figura felicitatis ueræ umbraq;, uel quasi pictura quædam. ergo oportet illum præpotentẽ habere supernaturalem dispositionem qua ad summum illud supernaturale bonum possidẽdum perducatur. Et sunt fides siue reuelata sapientia, spes, charitas, gratiaq; uirututum omnium. ut uero scias uirtutes has morales (si quæ sunt, tamen imperfectissimæ sine diuino lumine gratiaq;) non esse felicitatem ueram, sed picturã illius, similiter & metaphysicalem dei contemplationem, Attende ex his quæ dicã, labore parta sunt hæc omnia, atq; multiplici indigentia externorum bonorum comparata, tũ quoq; corporalium, testatur hoc Aristo. Ethicorum. 1. Sed etiam quotidiana docet. Vbi autem ista, non est perpetua felicitas, neq; suauis omnino aut multum delectabilis, labor enim tristitiam parit. Si etiam hæc desint externa bona, deerit illis tota felicitas. Idcirco dominus, cum seruũ suũ obsecrãtẽ, faciem uidere dei, Moysen docuisset, sibi ex illa omne bonum ostensurum. Addidit non uidebit me homo & uiuet. i. huius uitæ uiuentis hominis non est uidere faciẽ meã, in qua est hominis summa unicaq; felicitas. Sed posteriora mea uidebis. Ambrosius sacer lib. de bono mortis cap. 5. picturas dei uocat uirtutes ex illo Esaiæ. 49. Secundum aliã translationem. In manibus meis, inquit, pinxi muros tuos, & in cõspectu meo es semp, nostra habet in manibus meis descripsi te, muri tui corãm oculis meis semp. Ambrosius diuinus ergo, inqt, fugiamus ergo hoc mala. i. uitia, et exaltemus animam nostram ad illam imaginem dei & similitudinem, fuga malorum, similitudo dei est, & uirtutibus imago dei acquiritur. Ideo qui nos pinxit quasi author, pinxit uirtutũ coloribus. Ecce (inquit ad Hierusalem) ego pin

Aristo. capi. 8

Exodi. 33

Ambrosius

Esaiæ. 49

xi muros tuos tuos. Nō detergamus pœnicillo negligētiæ, de picta animæ nostræ firmamenta muralia &c.

Cap. 13. *Quo aliæ duæ rationes ad idem pronuntur uidelicet. 8. & 9.*

8. Ratio *Octaua ratio, Via naturæ dubia semper fuit de immortalitate animi hominisq; perpetuitate, quod patet ex opinantium diuersitate, & etiam de animæ substantia perplexitas ex naturalibus habetur nullaq; certitudo. At non est felicitas, quæ perpetua non est possessio. Ergo tristis omnino est quisquis hic se credit esse felicem, & tamen certißimus est illā deperdere moriens, aut etiā uiuens, uel obliuione, aut altera ægritudine, siue infortunio quolibet aut ruina. legimus enim sapientes, diuites, fortunatos, & in throno sedentes regnorum aut urbium, magno corruisse casu in horum quæq; opposita. Vnde Ecclesiastes Salomō, toto libro illo, hanc hominū mundi huius deplorat confutat, arguitq; stultißimam sapientiam infelicemq; felicitatem. Veluti qui in se* Ecclesiastes. 12 *ipso expertus sit unico inter homines omni quaq; felicißimo hac felicitate. Ideo concludit. Vanitas uanitatum & omnia uanitas.*

9. Ratio *Adhuc, Solus deus loquitur recta, & iustitiam donat sanantem hominibus, per eum quem elegit lucem & mundi salutem, dominum nostrum Iesum Christum, & ipsius est ars scientiaq; solius purificandi animas nostras. Ergo oportet hanc ab illo rogare artem scientiamq; puritatis habere. uires igitur naturæ ad hoc ipsum munus explendum inanes sunt, tum in arte cum in facultate uel potestate gerendi. Si ergo solus dominus est faciens et loquens iustitiam, & annuncians recta, igitur frustra philosophi curant animam rationalem. primum Audiamus a domino, in sancto loquē*

tem Esaia cap. 45. Hæc dicit dominus sanctus Israel plastes eius. Ventura interrogate me super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi, ego feci terram & hominem super eam creaui ego. Manus meæ tetenderunt cœlos & omni militiæ eorum mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes uias eius dirigam, ipse ædificauit ciuitatem meam & captiuitatem meam dimittet, nō in pretio nec in muneribus dicit dn̄s deus exercituū. Hæc dicit dominus deus, labor ægypti & negotiatio æthiopiæ sabaim uiri sublimes ad te transibunt & tui erunt, post te ambulabunt uincti manicis pergent et te adorabunt teq; deprecabuntur. Tantum in te est deus et non est absq; te deus, Vere tu es deus absconditus, deus Israel saluator. Confusi sunt & erubuerunt omnes simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. Israel saluatus est in domino salute æterna. Non confundemini & non erubescetis usq; in seculum seculi, quia hæc dicit dominus creans cœlos. Ipse deus formans terram & faciens eam Iese plastes eius. Non in uanum creauit eam, sed ut habitetur formauit eam. Ego dominus & non est alius. Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob frustra, quærite me. Ego dominus loquens iustitiam, annuncians recta. Cōgregamini & uenite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt qui leuant signum sculpturæ suæ, & rogant deum non saluantem, Annunciate & uenite & consiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio? Ex tunc prædixi illud. Nunquid non ego dominus, & non est ultra deus absq; me? Deus iustus & saluans non est præter me. Conuertimini ad me & salui eritis omnes fines terræ, quia ego deus & non est alius. In memetipso iuraui, egredietur

Esaias Cap. 45

De meßia loquitur

Christus deus abscō ditus

Dominus annunciat recta

de ore meo iustitiæ uerbum, & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit oĩs lingua. Ergo in domino dicet. Meæ sunt iustitiæ & imperium. Ad eum ueniẽt, & confundantur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel. Hæc quidem Esaias spiritu prophetico, de saluatore & iustificatore rege, deoq; iubẽte uaticinatur, de quo statim prædixerat Rorate cœli desuper & nubes pluant. Iustum, per quem non pretio aut muneribus, sed sola gratia salui facti sumus, per quem etiam, idololatria erroris fouea ægypti, & philosophorum mendacia abierũt simul in cõfusionem, quia est deus uerus & non alius deus præter eum, & ipse solus solidam Synceramq; ueritatem, de iustificatione nostra et purificatione animarum docuit, qui non in abscondito allocutus est apostolos & orbem terrarum, sicuti cum Moyse locutus est deus in caligne & latibulo nubis, qui fideliter adimpleuit omnia quæ loquens promisit semini Iacob in ipso uidelicet omnes tribus terræ esse benedicendas, atq; cœlorum regna donare credentibus, qui etiam primum uenit ad oues perditas domus Israel quærendas, ideo subdit ego dominus loquens iustitiam iustificantem, nam dicere dei facere est, atq; ideo facit iustos & iustificatos ipse solus deus Christus, & annuncians recta, facit quippe et docet omnẽ uirtutem gratiam iustitiamq; in nobis, ab ipso solo igitur iustificatio, & morum doctrina expectanda est, atq; ea ipse solus nobis elargitur perfectißime. Itaq; recte concludit, sicut ego dominus & meum est imperium ita quoq; meæ, sunt iustitiæ purificãtes atq; honestantes, rectosq; homines reddentes, et qui non credunt hæc confundentur. Solus ergo Israelis semen, hebræus uidelicet Iudas confitens ea, atq;

Expositio cum Hiẽronymo

Esaiæ.45

Exodi.14 16

Matth.15

transmigrans de philosophorum cõmentis iustificabitur in domino.i.uere & coràm domino & deum laudabit. Psal.10 Ad*huc de scientia iustificationis uel animarum purificationis testimonium isdem propheta adhibet cap.53. in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portauit, hæc est fides & sapientiæ diuinæ lumen, per quam scitur a nobis prædicante Christo & reuelante, modus & iustificationis acquisitio. docet enim fides per Christũ nos iustificari quia ipse dixit. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis, liberatio autem a peccatis nostra est iustificatio. Cui alter propheta subscribẽs prophetauit. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remißionem peccatorum eorum Lucæ. 1.* Ioan. 8 Quid iustificatio

Cap. 14. *Quo probatur.10.ratione, omni uitio uel peccato originali siue actuali, lege diuina æternam pœnam debitam, non remißibilem per moralem scientiam neq; uirtutes, sed tantum dei gratia.*

Decima ratio est, *non sufficit moralis philosophia, neq; per eam qualescunq; sint demonstrate uirtutes, ad animæ purgationẽ. Nempe omni peccato uitioq; connaturali, uel aduenticio quod uoluntarium appellamus actuale, lege diuina censuraq;, reatus æternæ pœnæ colligatus est, pœnaq; illi uel illis debetur æterna, in hãc ueritatem philosophi pariter & hæretici multi cõiurarunt, refert beatus pater* Au*gusti.21.de ciui.dei ab.11.cap. usq; ad.15.& inde. Cũ ergo a philosophia morali neq; altera uia naturæ, hoc perspici queat uerum, idcirco inanis est conatus philosophorum uelle animas expurgare a delictis.* Oportet enim *scire eos, quo modo ab eiusmodi nodo misera anima extricetur prius.* Is *uero, nodus ira dei, inimicitiæq; dei, odiumq; dei solet nun-*

10. Ratio

Veritas fi dei notabilis

cupari. Onus graue, manusq; dei grauans. A quo nisi peccator extricetur nunquam iustificatus est coràm domino, qui quotiescunq; hac lege reus est in peccatis semper est, iniustus est, numque beari potest, miserrimus est, & infelicissimus, utpote iræ dei beatoris & iusticatoris sui subditus, neminem uero iustificat iratus deus, multo minus neminem beat irascens deus, gratia sua saluat, sua benignitate iustificat, amore & beneficentia siue magnificentia sua quosque felicitat coronatq;, ingratum, his nunquam donat muneribus, ijs beneficijs inimicum suum, uel sui hostis arrepticium seruum nunquam honestat, qui & si pluat super bonos & malos, solemq; suum corporei huius mundi super iustos iniustosq; exoriri faciat. nihilominus incorporea illa bona diuinioraq; nō nisi amicis suis impartijt deus. Aut

Prima probatio *siquos de inimicis amicos bñuolosq; sua pietate sibi prius effecerit, igitur diuina gratia, amor quoq; requiritur diuinus, pariter & diuina reuelatio, quæ doceat nos, prohibeatq; hanc a nobis maledictionem. Sunt autem manifesta quæ sumpsimus uidelicet uitio peccatisq;, diuina lege, æterna mulcta deberi, atq; irascentem deum aduersus oēm esse peccatorem, uitijs ascriptum, neque ille reatus deleri possit, nisi luce uirtuteq; diuina, primū nanq; eo patet quia nō est quid uitium, non est peccatum, nisi diuinæ legis sit transgreßio, at trāsgressori legis, omnis prouide sancita lex, pœ*

2. Ratio *nam irrogat. Siuero lex æterna est: pœnam quoq; infligit æternam, quia etiam seruantibus eam, æternus legislator*

3. Ratio *æternam rependit mercedem, iustus autem deus, nec nisi iustus, quippe nunquā iniustus, sed non tantum iustus, sed etiā fortis sicut præmia largitur æterna sua seruantibus pacta, ita quoq; iniqua gerentibus, æterna iuste præparat suplicia.*

cia. Qui etiam semel in iustitia decidit, æterno mortis occa 4. Ratio
sui semp reperitur subiectus, siue peccato iniustitiæq; sem-
per additus, pœna autem sequitur crimen, quare cum semp
crimen adest in illo cadenti, pœna illum continuo subsequi 5. Ratio
tur. Vbicunq; ceciderit lignum ibi erit, inquit sapiens, siue Ecclesia-
ad Austrum, siue ad Aquilonē. Quantum etiam fuit in de stes. 11
litijs & glorificauit se, tantum date illi tormentum & lu- Apoc. 18
ctum. Nempe cuicūq; post occasum nulla culpa remitti po- 6. Ratio
potest. Sic Statuente deo ut præscriptū est. Et sapiens eccle 7. Ratio
siasticus præcipit, nō demoreris in errore impiorū, añ mor Ecclesiasti
tem confiteri. A mortuo quasi nihil perit confeßio, Confi- ci. 17
teberis uiuens, & sanus confiteberis & laudabis deum & 8. Ratio
glorificaberis in miserationibus illius. sanctus autē Iob, in- Iob. 26
quit, nudus est infernus coràm eo & nullum est operimen
tum perditioni. Magnus autem Augustinus in libro de fide Augusti.
ad Petrum. Tempus uero acquirendi uitam æternā, in ista cap. 3
tantum uita deus hominibus dedit, ubi uoluit esse etiam pœ 9. Ratio
nitentiam fructuosam. Ideoq; hic autem pœnitentia fru- Hic status
ctuosa est, quia potest hic homo deposita malitia bene ui- merendi
uere, & mutata uoluntate iniusta, merita simul operaq; mu
tare, & in timore dei ea gerere quæ placeant deo. Quod
qui in hac uita non fecerit, habebit quidem pœnitētiam in
futuro seculo de malis suis. Sed indulgentiam in conspectu
dei nō inueniet, qa et si ibi erit stimulus pœnitudinis, nulla
tamen ibi erit correctio uoluntatis. A talibus enim iniqui-
tas sua ita culpabitur, ut nullatenus poßit ab eis uel diligi,
uel desiderari iustitia. Voluntas enim eorū talis erit, ut ha-
beant in se semper malignitatis suæ supplicium, nūquam ta
men percipere poßint bonitatis affectum. Quia sicut illi
qui cum Christo regnabunt, nullas in se male uoluntatis re

liquias habebunt, ita illi qui erunt in supplicio ignis æterni cum diabolo & angelis eius deputati. Sicut nullam ulterius habebunt requiem, sic nullatenus bonam habere poterunt uoluntatem. Et sicut cohæredibus Christi dabitur per fectio gratiæ ad æternam gloriam, sic consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabitur interiori lumine ueritatis, proinde in hac uita omni homini potest esse utilis pœnitentia &c. Amplius *superbia eorum qui te oderunt ascē*

10. Ratio *dit semper, inquit psaltes, & ideo rogat ne obliuiscaris uo*

Psal. 73 *ces inimicorum tuorum, quandiu ergo regnat inimicorum dei superbia, tandiu non obliuiscitur deus, eis pœnam inferre. quorum igitur superbia semper ascendit. i. deo inimica repugnat aduersatur permanetq;, ideo pœnam eis sempiternam irrogat deus.* Ascensus *autem iste non intensiue sed*

Scotus. 2. dist. 7 *extensiue audiendus est, ut* Ioannes *minorita subtilissimus*

11. Ratio *ait doctor, item ut magnus Gregorius, interroganti Petro,*

Gregorius *quomodo iustum sit, culpam cum fine hic perpetratam, ibi sine fine puniendā?* Respondit. Hoc *recte diceretur, si districtus iudex non corda hominum sed facta pensaret.* Iniqui *enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine uixerūt,* Nam *uoluissent utiq; si potuissent sine fine uiuere ut potuissent sine fine peccare.* Ostendūt *enim quia in peccato semp uiuere cupiunt, qui nūquam deficiūt peccare dū uiuūt.* Ad *magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careant supplicio, qui nunquam in hac uita uoluerunt carere*

Ioannes. 1 *peccato. hæc ille dialogorū. 4. cap. 44. ideoq;* Ioānes *theo*

cap. 5 *logus præfiniebat.* Est *peccatum ad mortem, nō pro illo dico ut roget quis, omnis iniquitas, peccatum est, & est peccatum ad mortē.* Magister *autem ueritatis primus domi-*

nus Iesus hunc dilectum discipulum suum cæterosq; prædo- 12. Ratio
cuerat inquiens, illi autē qui in spiritum sanctum blasphe-
mauerit, non remittetur, neq; in hoc seculo, neq; in futu- 13. Ratio
ro. itaq; cum Ioanne minorita cōcludimus. Secundum re- Matth. 12
gulas prædeterminatas a diuina sapientia uel uoluntate di- Lucæ. 12
uina, manifestum est puniendum æterna pœna quēlibet pec- Scotus. 7.
catorē, quæ leges, & ecclesiastes. 11. ut prædictum est, atq; distin. 2
Esaiæ. 66. ignis eorum non extinguetur, & uermis eorum Lex diui-
non morietur, atq; Matthæi. 25. ibunt hi in suppliciū æter- na
num, Iusti autem in uitam æternam, positæ sunt. Ideo Moy- Esaiæ. 66
ses in suo Deutero. 25. deo iubente legem publicauit eandē, Matth. 25
pro mensura peccati, erit & plagarum modus. Siquis uero Deuter. 25
obijciat, has leges uerissimas esse, de his quidem peccatori- Obiectio
bus qui in termino uitæ, obstinatissimi uel in pœnitentes ab-
scedunt de hac mortalitate, at de eo uel etiam multis, qui nō
obstinata mente peccant in uia, non uidetur conueniens ra-
tio, uel lex, reatu pœnæ æternæ eos obnoxios esse debere,
quoniam uolunt pœnitentia se ab illis expurgare. Respon- Responsio
deo, hæc fuit. 2. antiqua iudæorum querela contra domi-
num, ut Ezechielis. 18. refertur. Post primam enim quære-
lam qua contra dominum prouerbiando querebantur. Pa-
tres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstu-
pescunt, diceretq; illis dominus. Anima quæ peccauit ipsa
morietur, atq; subiungeret in præuaricatione qua præuari-
catus est, & in peccato suo quod peccauit in ipsis morie-
tur. Superinduxerunt. 2. querelam dicentes, non est æqua
uia domini, quam deinde sectati sunt Philosophi, atq; hære-
ticorum pleriq;, astruentes peccato temporali indebitā esse
æternam perpetuamq; pœnam, arguentes, uiam domini le-
gemq;, qua statuat, in quacunq; die comederis ex ligno scien- Genesis. 2

tiæ boni et mali, morte morieris, Morte enī mori est mor
Hieremiæ te perpetua siue pœna puniri. Sed dominus in Hieremia ad
2 uersus hos omnes, inquit, se contendere uelle iudicio, & di
Osæe. 4 sceptare, atq; in Osæe dicitur. Quia iudicium domino sup
habitatores terræ. Non est enim ueritas, non est misericor
dia, nō est scientia dei in terra. Reuera qui abnegant pecca
to, lege dei, debitam æternam pœnam dei ueritatem abne-
gant, misericordiam dei, simul quoq; dei scientiam. Veritas
enim aufertur dei, quoniam ipse eam statuit legē, Ergo mē
dacem iniustumq; redarguunt deum, qui sic hæreticantur,
misericordiam autem dei non est minimæ conditionis pro-
Misericordia quid sit prietas, Nempe amor eius est infinitaq; perfectio, qua
hominem longanimiter expectat ad pœnitentiam, est eius
uoluntas quoq; laude digna, qua miserans liberat à perpe-
tua indignitate & seruitute, miserum hominem, tum pecca
torum, cum pœnarū, atq; immitis tortoris sathanæ, a qui-
bus solus deus potest hominem eripere, nempe perpetuus
est hic tyrannus, perpetuos quoq; habet pœnarum abyssus
princeps tyrannus tamen mundi erat. Cuius potestati miser
Iob. 41 homo resistere nequit. inquit enim sapientißimus Iob. Non
est potestas super terram quæ comparetur ei, qui factus est
ut nullū timeat. Omne sublime uidet, ipse est rex super uni-
uersos filios superbiæ. si igitur ad placitum philosophiæ,
aut uirtutis moralis pœna tollenda creditur, aut macula ui
tij uel peccati, habent philosophi tortorem perpetuum, cui
non ualent resistere, exequentem dei legem reatus æternæ
pœnæ debitæ peccatis. Atque miserationem diuinam
perfectißimam dei perfectionem, humano quoq; generi p-
necessariam, auferunt impudentißimi, qua solet additū pec
caminibus, pœnisq; eorum libenter eripere. Scientiam ue-

ro excutiūt diuinā delectabilē, proficuā, necessariam, q̄ est hoīs uiatoris infallibilis, solaq; stabilis, nedū illum perficiēs ordinansq;, sed ad deum ipsum, usq; perducens, dum suam fallacem uanamq; constituunt philosophiam, non necessariam arbitrantes esse homini uiatori. Quis enim melius nouit se, aut hominem & quæq; cætera, quam ille qui cōdidit omnia? Nempe inquiebat ille optime, nouimus causas eorū quæ facimus. Deus autem omnium est conditor. Ideo ipse, finem se omnium causam optime nouit, ab ipso igitur scientia salutis hominis salusq; expetenda est. lex ergo diuina statuit reatum perpetuū esse peccati actualis & cōnaturalis. Aristo. 2. phi. circa finem Ratio

Deinde dicimus q̄d peccatori uiatori citra terminum consistenti dum peccat, dum peccatis seruit in illisq; per ambulat lex æternæ pœnæ reatusq; æterni dupliciter etiā sup īcū bit. Hæc tamen lex duplicem solet in homine obligationem superinducere, mobilem uel immobilem ad reatum æternum, siue, ut alij asserunt, conditionalem uel absolutam, ut dupliciter homo peccator cōsiderari debet, aut quidē in termino, quo si peccatis obnoxius comperitur, lex īmobilis absolutaq; illum uincit pœna ꝑpetua statim, sine appellatione, quia iam iudicatus est æterna reprobatione, temporali executione, uel citra terminū peccator inspicitur, in uia quidem, & ante terminū, quo modo lex eadem reatus æternæ pœnæ illum uincit, sed mobiliter uel conditionaliter. i. dum manet in peccato, dum tyranno mauult seruire impio perpetuoq; tortori, quam parenti pijssimoq; uero deo. igitur subditus est legi æternæ peccator, quacunq; hora in iniustitia sua demoratur eamq; cōmittit, at dei misericordia tempus ei cōuersionis atq; iustificationis ab illo usq; ad terminum præfixum est. lex igetur eadem est, sed executio in 2. propositio Lex æterni reatus 2. homo est

termino, In uia uero, induciæ dantur et optio ad resipiscẽ
Duplex prædesti-natio *dũ. Sicut ĩ simili, præmij duplex est lex, una termini, altera uiæ. Duplex quoq; est prædestinatio, altera æterna quæ terminum hominis inspicit, altera tẽporalis quæ sequitur opera temporanea hominis uiatoris citra terminum, in quibus operans degensq́;, temporali calamo inscribitur uitæ libro*
Lucæ.13 *temporaneo, hæc mobilis, illa immobilis, ita quoq; duplex est reprobatio. de lege igitur illa mobili conditionaliq́; dicitur peccatori, Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis, quoniam ab alijs sic solet res hæc deduci, lex pecca-*
Lex peccatoris.2 *tori superindita, altera est pœnitentia euacuabilis & reuocabilis, altera est inreuocabilis etiam intensissima inflicta pœnitentia, prima eius est dum in uia, altera in termino, ut*
Augu. *magnus Augustinus supra præfatus est, quod si in homine peccãte nulla est, ab ĩminẽte reatus æterni lege, non curans subleuari, profecto in terminũ usq; pseuerans, Redditur immobilis. Iterum confirmãtur prædicta, nam si homo subditus peccato declinet ab illo patrando timore pœnæ facitq́; bonũ, Iam non liber est a sceleris reatu quod cõmisit. Si enĩ liber esset amore iustitiæ bonum faceret a malo quoq; declinasset, & omnium philosorum uirtutes ab hoc timore seruili exordiri uisæ sunt, nequaquam autem ab amore primæ iustitiæ. Nam cum ea sit deus, amore dei bona et docuissent & didicissẽt atq; statuissent philosophi. Sed ab huius scopo quam longissime aberrantes deuiarunt ut statim infra dicemus, Timore igitur pœnæ bonum facere, innuit omnino displicere superis scelera ab hominibus perpetrata, hic timor deriuatur naturali horrore a reatu & onere legis æternæ grauantisq; manus dei super omnem peccatorẽ, quo usque ad tartara præmitur æterna miser peccator, & ideo san-*

ctus propheta legem reatus æterni cui per peccata subijcie batur uocabat onus, inquiens, quoniam confirmasti super Psal.37
me manum tuam,& iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum,& sicut onus graue grauatæ sunt super me. Et
ualde mirum est,philosophos iactantes se etiam naturæ intima & uscera terræ rimari,& tamen onus grauantis manus dei super peccatorem,non persentisse,quod onus certe reatus est æternæ pœnæ,omnibus quidem criminosis inditum,atq; natura reclamante ab illis uim pati,facile cognitu uel noscibile nisi cæcitas uel malitia propria obtenebrasset eos,propterea subiungebat sanctus Dauid. *Miser factus* Psal.17
*sum & curuatus.*Dereliquit *me uirtus mea,& lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum,pœnam aũt æternam pro peccato homini debitam isdem sanctus enunciat,* Psal.9
dolores mortis me circundederunt, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores *inferni me circundederunt,præoccupauerunt me laquei mortis,*Et *iterum con* Psal.29
uertantur peccatores in infernum,omnes gentes quæ obliuiscuntur deum,infernum autem intelligimus æternam pœnam,a quo inferno sibi pro peccatis debito se liberatum cõfitetur uel præseruatũ, sola diuina gratia, & ideo gratias agens deo decantabat,exaltabo te domine,quoniam susce= Psal.91
*pisti me,domine eduxisti ab inferno animam meam,*Salua*sti me a descendentibus in lacum,atq; iterum, nisi quia dominus adiuuit me,*Paulo *minus habitasset in inferno anima mea,*Magnus *autem Augustinus de timore hoc seruili non* Augusti.
liberante,sed ostendente pœnæ æternæ reatum,inquit,libro Cap.9
*2.contra duas pelagianorum epistolas.*Tunc *bonum concupisci incipit,quando dulcescere cœperit, quando autem timore pœnæ,non amore iustitiæ fit bonum, nondum bene*

fit bonum, nec fit in corde quod uidetur fieri in opere, quã do mallet homo non facere, si posset impune, ex quo habetur alia ratio quare æterna debetur peccatori pœna. Si enim impune posset, uellet semper in malo perseuerare. igitur uoluntas peccandi perpetua, perpetuo mulctanda erit.

Ratio

Adhuc irascens est deus contra omnem peccatorem, uel cõ naturali peccato natum uel suo opere cõmaculatum, inquit enim sanctus Paulus de illo, eramus natura filij iræ. De.2. autem, inquit Iob, utinam appendẽtur peccata mea quibus iram merui, & numerorum.11. dicitur iratus est furor domini ualde, propter populi murmur de manna contra dominum, & sexcenta similia sunt in sacra scriptura. Sanctus autem propheta quoties dominum deprecabatur iram suã auertere ab ipso quam suis delictis incurrebat, psal.6. & 37. quisquis principia legit, intelliget, & ideo sanctus Micheas propheta in populi persona peccantis contra legem domini confitetur. Iram domini portabo, quoniam peccaui ei. At quam sit horrendum incidere in manus irati domini Paulus testatur ad hebræos.10. & alter propheta ait, Horribilis dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ quoniam sanctus propheta, inquit, quis nouit potestatem iræ tuæ & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Chaym dicat profugus toto orbe terrarum, & populus insipiens uniuersi orbis aquis suffocatus diluuij. pentapolitana regio igne sulphureq; oppressa, & in fauillam cineremq; reuersa. Pharao cum tota ægypti armata militia mari rubro summersus, atq; omnium calamitatum incursus & sacris registratus literis, aut uera omni ethnicorum memoratus historia, docet, quam sit horribile, in manus irascentis domini incidere pro facinoribus cõmissis. Rationabiliter qui

Ephe.2
Iob.6
Micheæ.7
Paulus
Sophonias.2
Psal.89

dem irascitur dominus cōtra peccata eorumq; patratores, aut quoniam iustus est, aut quia nihil eum latet de scelerum copia, quae mortales cōmittunt, uel quippe similitudinem suam quam plantauit primam deus iustitiam uidelicet originalem, qua simillimus deo patri uterq; homo factus erat in paradiso. Nempe *per eam omnia recte & iuxta cor dei gerere, per eam erat idoneus, at originali peccato depulsam, in ipsoq; eam, non comperiens dominus irascitur admodū, ut pater sapiens dilecto filio solet irasci, si insipientia aut plurimo foedatum uitio dedecoreq; eundem cōsentiat, quia gloria patris sicut est filius sapiens, ita quidem ira & moestitia patris, filius est iniustus insipiensq;, uel quoniam apostatantis luciferi uexillum sequatur, eius quoq; charactere sit deformatus dei hostis perpetui, quaerētis semper honorē diuinum subripere, populumq; et omnes filios dei auertere à deo, decipere, Secumq; ad tartara ducere perpetuosque ignes.* Habet enim & *suam imaginem draco qua suos charatizat asseclas, & sectatores, inquit enim* Ioannes, & *datum est illi ut daret spiritum imagini bestiae, & faciet omnes pusillos, & magnos, et diuites, et pauperes, et liberos, et seruos, habere characterem in dextera manu, aut in frō tibus suis &c.* Et *cap.14. atque 16. & .19. repetit similia.*

Ratio magna

Ratio

Apoca. 13

Si autē quaeras quae sit uel qualis haec a dracone homini peccatori similitudo impressa? Expreßit *eā* Ioānes, *theologus & ait imago bestiae est illa, inquam illa de qua sanctus propheta psal.44.* Homo cū in honore esset non intellexit, cō*paratus est iumētis & similis factus est illis, īmundicies est tenebrae, ignominia, macula deturpatio, foetor, deformitas, seruitus, offensa deoq; inimicitia, obquam merito odio habetur a deo, irascitur deus aduersus hominem, eum di-*

Quae est similitudo impressa a daemōe in peccatore

gnum gehenna iudicat reatuq; æterni supplicij colligat, aut mobiliter datis rescipiscendi indutijs, aut inreuocabiliter, irasci autem deum, est uelle uindicare, uelle punire, ut subtilißimus, inquit Ioannes minorita. 4. distin. 14. q. 1. artic. 1. post Augu. super psal. 31. An uero hæc macula quid reale sit ut diuino placuit Thomæ. 4. distin. 14. q. 2. artic. 1. uel tantum ens rationis, non est præsentis speculationis, similitudo certe est draconis, atq; dei penitus dißimilitudo, quã si cernere phas esset oculis, nil fœdius, tetrius, horribiliusq; uideri poßit, a deo ut sibi ipsi, homo ipse esset abominatio, fuga, putor, impatientißimaq;, abominabilisq; persecutio. Cum uero hæc moralis philosophia penitus ignoret, atque purgandi hominem ab hac brutali imagine nequaquam artem calleat, ideo philosophia indiget diuina atque uirtute superna, qua sciat et expurgetur a tanta penitus damnanda turpitudine, atque ab ira seuerißimi dei eripiatur, nam qui incredulus est filio, ira dei manet super eum, & non uidebit uitam. Signis autem confirmatur lex reatus pœnæ æternæ a deo statuta homini propter delictum. Et primo, solicitudo magna qua deus hominem excitat a peccatis eripere, admonitio in terna externaq; frequentißima, legis in facto Chaim, quanta deus illum correptione monuerit, per 100. autem annos Noe monente, pluribusque signis genus lasciuiens humanum deus sollicitabat ad pœnitentiam. 10. plagis pluribus totidem uicibus per os Moysi serui sui Aaron Pharaonem ægyptiosq; præmonebat, & denique Israelem dilectum sibi populum, quotiens per prophetas suos & portenta plurima longanimis dominus emendare uoluit, Sed resistebat imperanti, & diligenti, atque expectanti deo. Tandem domini sui aduentus in tanta humilita-

Quid irasci deũ est

Scotus

Augusti.

Thomas

Forma rationis

Ioan. 3

Alia ratio

Primum signum

Aliud signum

Aliud signum potißimum

te, prædicatio, miracula, paßio. Mors, non equidem propter minimum aliquod, aut facile tolli, a domino parata sunt simulq; facta. Sed ad hanc subßtollendam legem æterni reatus omnia dñi Iesu aptata sunt opera mirabilia meritaq;, prædicēte Angelo, sancto Ioseph. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Et ipse de se ipso dixit, omnis qui credit in ipso non pereat, Sed habeat uitam æternam. Non enim misit deus filium in mundum, ut iudicet mundum, Sed ut saluetur mundus per ipsum, subcribit apostolus Paulus ad Colosenses scribens, Et uos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis uestræ, conuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decretum, quod erat in contrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, et expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter palam, triumphans illos in semetipso, ecce quam clare testatur noster Paulus per dominum saluatorem Iesum Christũ legem reatus æterni quam chirographum decretum appellat, fuisse sublatam, atque hominem eripuiße de mancipatu diaboli, cuius per peccatum manceps erat, Ad Ephesios quoque, idem confirmat. Nunc autem in Christo Iesu uos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietē macerie soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso in unum nouum hominem, faciens pacem, ut recõciliet ambos in uno corpore, deo, per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Ecce igitur sublatas iras inimicitiasq; per Christum, inter deum hominemq; peccatorē peccato contractas, inimicus autem omnipotenti deo, profecto

Matth. 1

Ioan. 3

Paulus

Cap. 2

Paulus. 2

male habet, male audit, pœnaq; corripiẽdus æterna est, nisi resipiscat, quoniam æternum ignẽ carceremq; parauit æternum ab initio mundi pro his, quia tota hac uia sibi aduersari uelint, sibiq; rebelli dæmoni a principio mundi magis uo-

Signum lunt ad hæsisse, quam parenti deo. Signũ quoq; huius æternæ peccatis debitæ pœnæ est quoq; potißimum, iudicium uniuersale futurum, quo huius legis uulgatißima cunctisq; nota mortalibus uniuersalisque fiet executio. Alterum quoque est signum, quoniam in scripturis diuinis legimus mul-

Nume. 16 tos, nempe numerorum. 16. de Chore & Dathan descenderuntq; uiuẽtes in infernum operti humo, dirupta ter-

Psal. 48 ra sub pedibus eorum, et psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos, & 54. Veniat mors super il-

Psal. 54 los, & descẽdãt in infernũ uiuẽtes, atq; Lucæ. 10. diffiniuit dominus contra Capharnaum, & tu Capharnaum usq; ad

Lucæ. 16 cœlum exaltata, usq; ad infernum demergeris, at Lucæ. 16. sentẽtiat mortuus est diues: & sepultus est in inferno. Sciãt

Notãdum esse multas hæreses cõtra dictam ueritatem autem omnes catholici plerosque fuisse, qui errantes a ueritate hac de uia affirmarunt, Origenem uidelicet aliosque multos, quos beatus pater Augustinus redarguit. 21. de ciuitate dei cap. 17. usque ad. 25. ibi uideat, qui uelit, nam ex prædictis satis confutati sunt opinantes, non debitam æternam pœnam mortali aut originali peccato.

Incidẽtaliter disputatur cõtra Lutheranos qui & si Christus satisfecit pro nobis tamen nobis cooperandum est aut suscipiendum aliquid pro salute consequenda. Cap. 15.

Forsan audacior ex dictis fiet Lutheranus hæreticus,

Error Lutheranorũ quia dixerimus deum substulisse legem æternæ mortis passione filij sui, ergo inferet. si ergo ipse substulit eam, nihil a nobis operandum est pro salute nostra, non est utique sa-

tisfaciendum deo pro delictis nostris a nobis, unus enim dei filius hæc omnia pro nobis effecit? quam crebro perso= nat hoc anile argumentum per ora Lutheranorum. *Et si= quis igitur instet contra eos, ergo neque credere oportet in Christum? quandoquidem per uos ipse satisfecit pro nobis, aiunt, At ipse præcepit credendum, fides quoque nobis ap plicat Christi meritum efficaciamq;. Ergo quia isdem quo= que præcepit operandum esse ut uitam consequamur, neces se est operari, quoniam etiam ipse iussit pœnitendum esse, quod est satisfacere, imperauit quoque reddendum dei esse quod dei est, quod etiam satisfacere est, necesse nobis est ser uare mandata, atque deo proximoque satisfaciendum. Si- militer & ecclesiæ satisfaciendum esse iussit. uade, inquit, & ostende te sacerdoti, et offer pro emundatione tua, sicut præcepit* Moyses *in testimonium illis. Sed heus tu præce= ptũ satisfactionis intelligas hic de lege diuina, cæterũ, qua= le & quid sit satisfaciendum accipe ab ecclesia Christi, nõ à legalibus, quia sublata est imperfectio, manet tamẽ omnis laudanda præceptio diuina. Simili modo præcipitur proxi mo satisfactio dum statuit si offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid ad= uersus te, relinque ibi munus tuum, & uade, prius reconci liari fratri tuo, et tunc ueniens offer munus tuum. Sed* Pau lus *magnus* Christi *interpres quid ait? Et quidem cum esset filius dei, didicit ex his quæ passus est obedientiam, & con summatus factus est obediẽtibus sibi causa salutis æternæ, er go o hæretici* Lutherani *paßio christi nobis obtẽperãtibus sibi est causa salutis. Est igitur uerum illum passum esse pro nobis: sed requiritur etiam ut paßio eius nobis, per obe= dientiam uidelicet ab ipso nobis præceptorum, causa salu=*

Cõfutatio
Fuga
Replica
Lucæ.5
Matth.5
Hebræ.5

tis applicetur. Obedire autem certe non est tantum credere, sed facere ea quæ præcipit ille cui, quem, et in quem credimus, & cap. 3. præmiserat participes etiam Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius usque ad finem firmum retineamus, & explicat id esse obedientiam perpetuam, subdens, dum dicitur hodie si uocē eius audieritis nolite obdurare corda uestra. Manifestum autem, qui non solum credere, sed seruari præcepta illius uox erat, quanquā omnia fidem secum concludant diuina præcepta, quia sine fide impoßibile est deo placere, quare cum Paulo concludimus, obedientia præceptorum deiq; obseruantia perpetua nobis applicant Christi paßionē nostræ salutis æternæ causam, & non sola fides. Obedientia autem alia est susceptibilium ut sacramentorum alia operabilium, alia credibiliū quoniam obedire deo oportet, credere sibi & Christo suo deo præcipienti, oportet etiam parere deo præcipienti sacramenta suscipere per quæ quis iustificatur instrumentaliter. Igitur quoq; necesse est deo obtēperare iubenti operari opera uitæ non solum per fidem. sed etiam per dilectionē. Attende autem hæretice Lutherane uim magnæ dialecticæ Pauli. Arguit enim si Christus cum esset filius dei uoluit per omnia obedire patri atque ex hac obedientia usque ad paßionem mortemq; crucis pergere obtemperanter, neque aliter uoluit nostræ salutis esse causam, ergo a forciori non nisi obtemperantibus sibi erat causa salutis, ualet hæc dialectica Pauli maxima subtilißima. Ex hoc fundamento, quod est causa necessaria meriti Christi. Idem penitus est nobis Christi meriti participationis causa, ut ualeat ad salutem, Manifestum est autem obedientiam promptißimam fuisse Christo unam causarū necessariam ut suum deo meri-

Cap. 3

Obedientia triplex

Diactica Pauli

*tum operaque eius essent gratissima pro nobis quoque satis factoria.*Ecquid enim aliud illa uerba eius in psal. 39. præ se ferunt, in cap. libri scriptum est de me ut faciam uoluntatem tuam, & illa alia uerum tamen fiat uoluntas tua, & non sicut ego sed sicut tu, & Paulus philip. 2. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, nisi promptam Christi obedientiam a principio conceptionis usque ad mortem? Vnde & ipse inquit sepius, quia descendi de cœlo non ut faciam uoluntatem meam, Sed eius, qui misit me. Sed non omnes capiunt quomodo Christus pro nobis satisfecit, non quidem hæretici lumine sancti spiritus priuati intelligere possunt. Nempe non potest hoc audiri tanquã nil omnino nos cooperaturos esse pro salute capescenda, quia illam pro nobis Christus obtinuit. Obtinuit planè & ipse primus obtinuit & pro nobis efficacissime illam meruit a patre deo. Sed non sine nobis, uolenti enim & non nolenti eius est participatio meriti, & per ipsum salutis quoque donatio. Sed nõ sine cooperatione nostra (in adultis maxime) aut non sine susceptione nostra, in omnibus aio, quæ susceptio nostra est, quia etiam in pueris non habet obicem, non habet repugnantiam, non denique renitentiam. Paulus, inquit, adiutores dei sumus prima Corin. & iterum ad Colossen. 20. adimpleo ea quæ desunt passionũ Christi in carne mea, pro corpore eius quod est ecclesia, atque iterum. Si autem filij, & hæredes, hæredes quidem dei, coheredes autem filij, si tamen compatimur, ut conglorificemur. Nam si nos penitus cooperatores dei non erimus, quem adiuuat deus? Si uero nihil facimus, gratia sanans operans & cooperans cur nobis adeo confertur? Si etiam nihil agere debemus cur lex mandata & præ

Lucæ. 22
Matth. 26
Paulus
Ioan. 6. 5.
4. 9
Quomodo Christus satisfecit pro nobis
Paulus
Cap. 3
Roma. 8

Ratio cepta nobis sunt præscripta? & si non operandum est pro salute cur uoluntas et potentiæ a deo & p Christum donatæ atq; restitutæ sunt? Cur uirtutes & dona sunt nobis imparti

Ratio ta? Cur nõ marcescit otio christianus? Quare orãdũ est? cur fratri oportet dimittere? dimisit.n. Christus, quare faciẽda elemosyna ut sint munda nobis oĩa? Mũdauit.n.nos Christus, cur moriendũ? Christus nanq; pro nobis mortuus est. Cur latro suspẽditur? Cur moritur sicarius? Cur cõburitur patriæ proditor? cur homicida decapitatur? aut deniq; cur debitorem exigit creditor? pro nobis quippe secũdũ uestrã mirabilem sapientiam o Lutherani hæretici satisfecit Christus, remisit omnia nobis debita Christus. Sed cur intramus in gaudia domini nostri? cum ipse etiam pro nobis intrauit, Cur resurgemus? cum ipse pro nobis resurrexerit. Cur oramus? quia pro nobis ipse orauit. Cur deniq; baptizamur? et enim pro nobis ipse quoq; baptizatus est. Cur denique bonum operamur? ipse nanq; pro nobis bona operatus est. Cur tandem deo obedimus? Nempe ipse pro nobis factus est obediens. Denique cum omne bonum ille pro nobis egerit, nihil ergo Lutheranis hæreticis agendum permanet qđ Christus fecerit. Itaq; cum operandum sit, tantummodo malum Lutheranis hæreticis incũbit faciũdum, hæc est Luthe

locutio ranorum mirabilis euangelica lux noua, quam mundo insi

Ironica nuant: quam euangelizant, uidelicet nil facere o mortales oportet eorum quæ gessit pro nobis Christus, superfluum enim esset, illiq; plurima irrogaretur iniuria, itaq; tantummodo mala, sequitur, faciũda sunt, quoniam illa non effecit Christus, quare suspendant se laqueo Lutherani ut Iudas, quoniam quidem Chriistus se non necauit laqueo. Ardeant perpetuo igne Lutherani hæretici, quippe Christus non

igne,

igne arsit, sed ardētē ignē sulphureumq́;, Lutheranis omnibus a mundi constitutione præparauit, præmium æternum euangelicæ nouæ eorum obscuritatis et insipientiæ. At ut diximus non omnes intelligunt uerbum hoc .s. Christus pro nobis satisfecit nobisq́; meruit, est enim hoc absconditum a mentibus impijs Lutheranorum. Audiant igitur ecclesiā catholicam in qua sola requiescit spiritus ueritatis, & intellectus, sapientiæ, scientiæ, & consilij, Inquit. Omnis igitur patrum sanctorum, theologorum sapientum chorus, ait 4. signa, consideranda sunt in Christi merito uel satisfactione, primum quod diuinam æternamq́; prospicit uoluntatē determinantem, illius exhibere meritum pro glorificatione omnium prædestinatorum, atq́; iustificatione purificatiua peccatorum & exhibēdo acceptare, & quoniam hæc diuina prædestinatio æterna est, prior quoq́; omnibus hominibus a principio orbis ante Christi aduentum, & quoque prior omnibus post Christi aduentum, ideo. 2. sequitur signum, quo .s. respicit a mundo condito omnes quotquot iustificare uolebat ante eius aduentum, in eius uirtute præuisi meriti iustificatos esse, neq́; aliter, sic enī præordinatū fuerat ab æterno, & hoc est potentia propinqua maiori minoriq́; illis meruisse. 3. Signum quo meritum eius in esse actuali exibitū est deo patri a principio suæ conceptionis, in quo signo profectus multiplex comperitur eius meriti, non quidem in habitu, sed actu secundum quod scriptum est, Iesus autem proficiebat gratia coràm deo & hominibus, licet enim primus actus eius meritorius in utero materno sufficiens fuisset pro mundi salute, quoniam Christi persona eadem acceptissima deo erat in omni æuo eius, atq́; in æternitate præuisa qua deus homo prædestinabatur futurus, Ro-

Quomodo intelligitur Christus ꝑ nobis meruit et satisfecit

1. signum

2. signum

3. signum

manos primo, tamē in eadem æterna prædestinatione præfixum fuerat Christi meritum pro hominum salute consumari in paßione eiusq; morte, ut apostolus, inquit hebræos 5. Didicit ex ijs quæ passus est obedientiam, et consūmatus factus est &c. Et. 2. authorem salutis eorum per paßionē, consūmari. Et. 10. una enim oblatione consumauit in æternum sanctificatos, & hanc paßionē in actu elicito exhibuit īteriori a principio patri deo statim suæ cōceptiōis. Psal. 39 corpus autem aptasti mihi, tunc dixi ecce uenio ut faciam uoluntatem tuam deus, et ad hebræos. 10. transumpsit Paulus noster. Sciuit quippe tunc uoluntatem patris Christus, ideo offerebat spōtaneam futuram paßionē, licet actu exteriori & imperato non nisi in. 33. ætatis sue anno eandem obtulerit deo & patri, quem ergo diximus profectum immerito intelligimus exteriori actu & imperato simul atq; elicito. placet enim subtilißimo Ioanni Minoritæ. 3. dis. 18. & . 19. & . 4. distin. 2. q. 2. meritum paßionis habuisse Christum actu interiori ab instanti conceptionis, in quo actu cōsistit principaliter ratio meriti, & simul cum Ioanne sunt omnes doctores. 18. disti. 3. Sectantes magistrum atq; Gregorium ut refert magister. Neq; diuo aduersati sumus Gregorio cum prædiximus Christum auctum in meritis fuisse, quia ille inquiat, non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere, in membris autem quæ nos sumus quotidie proficit. Hæc ille.

Scotus ad. 2

Tacitæ obiectionis solutio

Nempe magister dissoluit ibidem hūc nodū, quoniā nō proficit quantū ad uirtutē meriti, sed tū proficit quantum ad numerum meritorum. Alioquin ut ibidem dominus ait Bonauētura frustra paßio fuisset exhibita. q. 3. Paulus quoque, inquit, Christus factus obediens est usque ad mortem,

Solutio magister senten.

Bonauentura

at quanto plurima obedientia tantum merita obtemperantis accrefcunt. Similiter fruftra quis facramentum fufciperet, fi uoto expleuit omnem merendi rationem. Hoc quidē non aliquis affeuerauit ex fapiētibus, nifi quifquam credat exteriorem actum nil fuperaddere meriti ad interiorem, quod, fi concederetur, gaudebunt profecto Lutherani & gloriabuntur admodum, afferentes fola fide quæ actus interior eft, nullo fuperaddito opere poffe fefe faluare, & iuftos facere, atque ob id nullum externum neceffarium effe opus pro his comparandis bonis nifi fidem, in potentibus loquuntur. At iftorum uana eft iactantia & illis (fiqui funt) contradictio eft a fcriptura diuina, Chriftus inquit facite elemofynam de his quæ fuperfunt uobis, & erunt omnia munda uobis, atque iterum & quicunque potum dederit uni ex minimis iftis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine difcipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem fuā, ubi autem merces, ibi certe meritum, & iterum beati qui perfecutionem patiūtur propter iuftitiam, quoniam ipforū eft regnum cœlorum, regnum uero cœlorum merentibus datur, Sequitur, Beati eftis cum maledixerint uobis homines & perfecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduerfus uos, mentientes propter me gaudete et exultate quoniam merces ueftra copiofa eft in cœlis, & Lucæ. 16. facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiāt uos in æterna tabernacula. Paulus autem, mortem autem crucis, propter quod deus exaltauit illum, atq; alias. Beneficentiæ autem & cōmunionis nolite obliuifci, talibus enim hoftijs promeretur deus. Iterum non enim iniuftus eft deus ut obliuifcatur operis ueftri & dilectionis, quam oftendiftis in nomine ipfius, qui miniftraftis fanctis

Error Lutheranorū

Cōfutatio

Lucæ. 11

Matth. 10

Matth. 5

Lucæ. 16

Philip. 3

Hebræ. 13

et ministratis, attende utrunque opus.s.exteriores elemosynas & interius.s.dilectionem, quod si deus utriusq; non obliuiscitur, utrunque ergo computat in sortem meritorum, ita ut opus super addat dilectioni, ea propter illorum frangens repudians assertionem dum de præmijs ageret pe nisq; statuendis in examen ultimũ, introducit externa opera bona malaq;, propter quæ uitã æternam uel ignem operantibus horum altera accumulabit. Deniq; *opus ergo malum nihil superaddet malitiæ uolentibus mala, quapropter apud deum æqua lance multabitur homicida, et uolens interficere licet non expleat desideriũ, quod omni diuinæ pariter & humanæ aduersatur institutioni.* Tandem corpori *exhibẽda nulla præmia nullamq; torturã, ipsius quippe secundum illorum assertionem nullum est meriti comparticipium.* Melius *ergo* Ioannes *minorita percenset quolibeto 18.artic.3.* Cui *consonat Augu.13.de trinitate cap.14. & diuinus Seuerinus* Boetius*.4.deus sola prosa.4.qd' super addat bonitatis aliquid uel malitiæ actus exterior interiori atq; meriti uel demeriti.* Cuius *fundamẽtũ est, quoniã acumulantur circunstantiæ in actu exteriori super eas quæ interiori adsunt numero.s.duplici, ergo si addunt circunstantias numero duplices externa bona opera, super interna profecto & bonitatem superaddunt.sed de his satis, unum hoc affirmo,* Iouinianum *errorem sapere hanc illorum assertionem, nisi ad catholicum uerioremq; sensum accedat eius interpretatio.* Iouinianus *enim fidei & interno operi solum, sufficientemq; pro salute dabat bonitatem cætera uelut superflua spernebat, atq; etiam si mala forent externa opera, non officere fidei internæq; bonitati.4. signum est, dum exhibitam paßionem meritumq; cõsumatum suum, su*

Scoti *Præfertur* *opinio* Boetius Augu.

Iouiniani *error*

4. *signum*

turis post hanc exhibitionem adhibetur atque credituris in ipso, nobis quidem & cæteris usq; in finem seculi, & quibusq; post eius resurrectionem ad nos usq;. Sicut ergo ante exhibitionem exteriorem siue actualem, proficit patribus. ex acceptatione diuina Christi meritū, ita quoq; post exhibitionē, Christi meritum prodest futuris plurimum satisq; amplius quam prioribus ex acceptatione diuina. Meritum nempe Christi nunc non est in actuali existentia. Sed eminentius habet esse in acceptatione & uisione diuina, q̄uo ergo est in acceptatione diuina nobis ualidum, pro nobis oblatum, acceptumq́;. Ita quoq; nobis nunc prodest & applicatur, Sicut etiam tunc non exhibitum, sed exhibendū pro illis acceptum erat & conferebat applicatum in præuisione. Itaq; cum ab æterno fuit acceptum & acceptari pro uisum atq; nobis exhiberi illisq; applicari fide, sacramētis, fidei operibusq; intermedijs caste intellige et nō īmediate, et ita quoq; oblatū est a Christo nobis applicādū fide, sacramentis, fideiq́; operibus, & non immediate. Hæc autem ueritas plane noscitur executione diuina. Voluntatis enim dei & Christi dei nostri nulla melior est cognitio clariorque quam per scripturam, & consuetudinem uniuersalem uetustißimāq; sanctæ uniuersalis uetustiorisque ecclesiæ, est enī consuetudo optima legis interpres, in scripturis autem diuinis patet uoluntas dei, nobis Christi applicari meritū per fidem sacramenta & opera fidei. A principio etiam ecclesiæ uniuersalis hæc obseruata est consuetudo. fide sacrificio siue sacramento & operibus fidei dilectionisq; illis fuisse applicatum Christi meritum. quo enim illi meruerūt atque iustificati sunt eisdem Christi meritum additum illis cōcilia tumq; fuit, patet in Abel, Seth, Noe, Abraham, Melchise-

Conclusio

Est tamen Christus

Alia conclusio

Conclusio finalis

Regula

Regula

dech, Isaac, & Iacob. In lege ueteri fide circuncisione &
Prouer.10 operibus fidei dilectionisq;, nam illa prouerbiorum senten
Psal.31 tia.cap.10. uniuersa delicta operit charitas, atque illa san-
cti prophetæ, beati quorũ remisse sunt iniquitates, & quo
rum tecta sunt peccata, ad iustificationem per fidem et cha
ritatem, sicut illa credidit Abraham deo & reputatum est
illi ad iustitiam, Paulo teste.4. ad Romanos pertinere uidẽ
Augu. tur. fauent dictis magnus Augustinus de consecra. disti.4.
Grego. ex quo instituta est, & alibi & diuus Gregorius de conse-
cra. distin.4. quod autem, in nouo autem testamento claris
simum est, baptismo fide cæterisq; sacramentis, atque ope-
ribus fidei charitatisque meritum Christi ad nos accedere,
Ratio nobisque accrescere, ut euangelium atque Paulinæ canoni-
cæque enunciant epistolæ sanctorum apostolorum. Huius
autem ratio prima diuina est uoluntas, cuius est multiplex
congruentia, Nempe & uolũtas nostra requiritur, & ideo
Regulæ cooperatio nostra, quia uoluntas maxime cooperatiua in-
stituta est diuinæ uoluntati, eius quoque gratiæ, sic diuina
ipsa statuente uoluntate, eodem enim modo semper est in
acceptatione diuina Christi meritũ, quo oblatum exhibuit
dominus saluator. Sic autem exhibuit quo in lege sua mani
festauit acceptum nobis colligari, eodem autem manifesta-
uit quo præcepit a nobis obseruandum, præcepit autem fi-
dem sacramenta operaque fidei & dilectionis, ergo sic no
bis omnino per hæc nobis applicatur uel augescit nobis me
Conclusio ritum. Non ergo absolute sic nobis meruit pro nobis quo
ex dictis que satisfecit, quin statuerit aliquid credendum suscipiendũ
faciundũq; sit a nobis uel pueris uel adultis, & hæc tria si-
Scotus mul, re, aut uoto habituali, uel uirtuali. Subtilis Ioãnes pau
cis uerbis magnam hanc sententiam tulit.4. disti.2.q.2. ad

primum, Sed magnus sanctus Paulus hæc expreßit, ait.n. uiuens ipse Christus saluare nos multo magis per uitã eius quam per mortem reconciliauit nos, deinde hoc declarans magis explicat, inquiẽs, qui est ad dexteram patris dei, qui etiam interpellat pro nobis, et iterum, adeamus ergo cum fiducia ad thronum dei, ut misericordiam consequamur, et gratiam inueniamus in auxilio opportuno., atque cum ait cum clamore ualido et lachrymis offerẽs exauditus est pro sua reuerentia. Et dum inquit, qui confugimus ad tenendã propositam spem quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem usque ad interiora uelaminis, ubi præcursor pro nobis introijt Iesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum. Et alias unde & saluare in perpetuum potest accedentes p ipsum ad deum, semper uiuens ad interpellandum pro nobis. Et iterum non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria uerorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultus dei pro nobis. Ex quibus liquido patet nunc dominum saluatorem uiuentem in cœlis sedẽtemque ad dexteram patris uelle meritum suum applicari nobis sicut & ipse in terris existens patri deo exhibuit nobis applicãdũ. Hoc enim intelligitur ipsum pro nobis intercedere apud patrem, & ideo nos adire admonet ante thronum gratiæ eius. i. ita exoptare meritum Christi nobis impartiri et obseruare sicut ipse constituit exhibendum. Non ergo sola fides id nobis conciliat impetratiue sed etiam sacramenta & fidei opera.

Paulus Roma. 8 — Hebræ. 4 — Hebræ. 5 — Hebræ. 6 — Hebræ. 7 — Hebræ. 9

Cum autem diximus meritum nobis adhiberi ipsius Christi noli cum Lutheranis hæreticis quid falsum suspicari. Audiunt enim ipsi nobis Christi iustitiam adhiberi uel imputari quasi formaliter. Quod mens non capit humana

Cõtra Lu noarthes

nempe Christi meritum quia opus actuale erat & non ha
Ad Phil.3 bitus non habet esse nunc nisi in paterna diuinaq; accepta
ne·ipsum ergo non nobis formaliter impartitur Christus
quod tantum nunc habet esse eminētiale, sed uirtute eius no
bis iustitia à Deo cōmunicatur per similis iustitiæ Christi
uirtute inquam eius acceptationis apud deum. Siquis uero
aliter sapiat & hoc dei sit ueritas libenter illud accepta=
mus·unum hoc uerum est, à familiaritate carnis hanc hære
sim emanasse, quæ bona refugit, & quæq; mala auocat fa=
ciēda. Sed de hac causa contra Lutheranos iterum suo loco
disputabimus nunc in tantum de illa dictum sit. Hæc etiam
Lutheranorum assertio, Antiquorum fuit hæreticorum hæ
Sanctus resis. Refert sanctus Bonauentura.2.disti.28.q.1. quos in=
Bonauen. fra nos enumerabimus. Reuertamur igitur ad.10. rationē,
quam magni Augustini authoritate sic cōfirmamus ex.21.
de ciuitate dei cap.11.&.12.inquit.

Pro confirmatione prædictorum ex Augustino. 21. de ciuitate dei cap.11. Cap. 16.

Hic autem quidam eorum contra quos defendimus ciui
tatem dei iniustum putant, ut pro peccatis qualibet magnis
paruo.s.tempore perpetratis, pœna quisq; damnetur æter
na, quasi illius id unquam iustitia legis attendant, ut tanta
mora temporis quisq; puniatur, quanta mora temporis un
8. Genera de puniretur admisit. octo genera pœnarum in legibus esse
pœnarum scribit Tullius. Damnum, uincula, uerbera, talionem, igno
Cicero miniam, exilium, mortem, seruitutem. Quid horum est qđ
in breue tempus pro cuiusq; peccati celeritate coartetur,
ut tanta uindicetur morula quanta deprehenditur perpe=
tratum, nisi forte talio? Id enim ait ut hoc patiatur quisque
Deuter.19 quod fecit· Vnde illud est legis. Oculum pro oculo, dentem

pro dente fieri enim potest, ut tam breui tempore quisque amittat oculum seueritate uindictæ, quem tulit ipse alteri im probitate peccati. Porrò autem si alienæ fœminæ osculum infixum, rationis sit uerbere uindicare, nónne qui illud pũ cto temporis fecerit, incorporabili horarum spatio uerberatur, & suauitas uoluptatis exiguæ diuturno dolore punitur? Quid in uinculis? Nunquid ibi tamdiu quisque iudicandus est esse debere, quandiu fiat unde meruit alligari, cum iustißime annosas pœnas seruus in compedibus pendat, qui uerbo aut ictu celerrime transeunter uel laceßit dominum uel plagauit? Iam uero damnum, ignominia, Exitium, et seruitus, cum plerunq; sic infliguntur ut nulla uenia relaxẽtur, nónne pro huius uitæ modo similia pœnis uidentur æternis? Ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa uita quæ his plectitur porrigitur in æternum. Et tamen peccata quæ uindicantur longißimi temporis pœnis breuißimo tempore perpetrantur, nec quisquam extitit, qui cẽseret tam cito nocentium finienda esse tormenta quam cito factũ est uel homicidium uel adulterium, uel sacrilegiũ, uel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum. Qui uero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, nũquid mora qua occiditur quæ perbreuis est eius suplicium legis exiſtimant et non quod eũ in sempiternum auferunt de societate uiuentiũ? Quod est autem de ista ciuitate mortali, homines supplicio primæ mortis, hoc est de illa ciuitate ĩmortali homines supplicio secundæ mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges huius ciuitatis, ut in eam quisque reuocetur occisus, sic nec illius leges ciuitatis admittunt, ut ad eius quis ultra beatitudinem reuocetur, Secunda morte damnatus. Quomo-

Lex Romanorum

Maxima ciuilis

Ecce pœna ppetua

Optima cõparatio

do ergo uerum est inquiunt quod ait Christus uester in qua mensura mensi fueritis in ea remetietur uobis, Si temporale peccatũ supplicio punitur æterno? Nec attendunt nõ propter æquale temporis spatiũ, sed propter uicißitudinẽ mali, id est, ut qui mala fecerit mala patiatur eandem dictã mẽsurã fuisse. Quanuis hoc in ea re proprie poßit accipi de qua dominus cum hoc diceret loquebatur. i. de iudicijs & condemnationibus. Proinde qui iudicat & condemnat iniuste si iudicatur & condemnatur iuste, in eadem mensura recipit, quanuis non hoc quod dedit. iudicio enim fecit, iudicio patitur. Quãuis damnationem fecerit quod iniquũ est, patitur damnationem quod iustum est. Sed pœna æterna, ideo dura & iniusta sensibus uidetur humanis, quia in hac infirmitate moribundorum sensuum deest ille sensus altißimæ purißimæq; sapientiæ quo sentiri poßit quantum nephas illa prima præuaricatione cõmissum est. Quanto enĩ magis homo fruebatur deo tanto maiore impietate dereliquit deum, & factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonũ quod esse poßit in æternum, hinc est uniuersa generis humani massa damnata, quoniam qui hoc primitus admisit, cum ea quæ in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est, ut nullus ab hoc iusto debitoq; supplicio nisi misericordia & indebita gratia liberetur, atque ita dispertiatur genus humanum, ut in quibusdam demonstretur quid ualeat misericors gratia, & in cæteris quid iusta uindicta. Neque enim utrunque demonstraretur in omnibus, quia si omnes remanerent in pœnis iuste damnationis, in nullo appareret misericors gratia dirimentis. Rursum si omnes à tenebris transferrẽtur in lucem, in nullo appareret seueritas ultionis, in qua propterea multo plures quã in illa sunt ut

Sola misericordia saluat

sic ostendatur quid omnibus deberetur. Quod si omnibus redderetur iustitia uindicantis, iuste nemo reprehenderet, quia uero tam multi exinde liberantur, est unde agantur maximæ gratiæ gratuito muneri laborantis. Confirmant hæc omnia, subtilißimus Ioannes. 4. distin. 46. q. 3. maxime soluens. 2. & Franciscus. 50. disti. 4. q. 3. inquit enim quòd. 4. dei iustitia iudiciumq; iustificatur dum æterna pœna affligit peccatores pro temporali delicto, & ratione offensæ dei maiestatis infinitæ, & ratione uoluntatis peccantis quæ semper uellet peccare nisi timeret, & quia persona æterna cum æterno peccato, atq; nunquam deo reconciliantur, aßignat sanctus Bonauētura. 4. distin. 50. q. 1. quia timor seruilis nō aufert habitum uel malam uoluntatē sed actum, ita licet damnati propter pœnas equidem actu peccare non appetunt, tamen habitum uoluntatis malæ habent, per quā appeterent peccare, si nō crederent ex hoc puniri, diuinus Thomas. 46. distin. 4. artic. 1. q. 3. transit cum Gregoriana resolutione, sed quoniam satis de hoc disputatum est artic. 1 4. Accedamus congredi contra philosophos ostendendo raptim in quibus errarunt dum moralia tractant, atq; ideo merito illis nulla adhibenda est fides in de uirtutibus tractando, nisi quatenus accedunt ad nostrates quorum legentes opera in diuinis scripturis potuissent fuisse imitatores, a sanctorum igitur patrum uirtutibus sermo inchoat noster.

Scotus

Franciscus

Bonauen.

Thomas

Intentio

De uirtutibus sanctorum patrum priorumq;. Cap. 17.

Quoniam uero de uirtutibus philosophi quædam uera licet imperfecte, non a se neq; primi locuti sunt ostensione perfecta id demonstramus, ne glorientur de illorum inuentione. Nempe fidem, latriam, obedientiamq;, atque innocen

Abel tiam primus mortalium sanctus dei puer & martyr obser- uauit Abel, cui fortitudinis palmamq; constantiæ primam condonamus, uirginitatem uero, quam philosophi ignorāt esse primā animi corporisq; uirtutem, ea quæ innocētiæ et iustitiæ sit pars prior intimaq; ille primus deo consecrauit, tunc quidem quando ipse.3. erat masculini sexus uir primus

Seth in orbe, de iustitia uero dominica ore laudatus est. Sanctus

Gene.4 Seth. 4. fuit inter primos homines uir, qui libenter exco- leret unius tantum ueriusq; dei triniq; præ cæteris cultum religionemq;, nempe ipse fuit, qui cœpit inuocare nomē do

Noe mini, inter filios hominum, sancto Abel defuncto. Noe quā sapiens qui tantam fabricauit arcam. Quam iustus etiam

Genesis.7 Domini testimonio. Te enim uidi iustum, inquit, corām me

Cum Ambrosio. 1 officiorū in hac generatione, qui ad semen omnium reseruatus, Solus ex omnibus & præteritæ generationis superstes est factus, & author futuræ, mundo potius & uniuersis magis quam sibi natus. Quam fortis ut diluuium uinceret, quam temperans ut diluuium toleraret? Et quando introiret qua prudētia & moderatione degeret, quando coruum, quando colūbam dimitteret, quando reciperet reuertentem, quādo exeūdi opportunitatem captare agnosceret. Qui à mundo cōdito annorum chiliade &.56. de generatione iustorum natus

Sem est. Sem uero primogenitum eius, sanctum Melchisedech

Melchisedech fuisse hebræorum multi autumant, licet hoc Epiphanio omnino displiceat. Qui tantæ dignitatis inuētus sit apud deū, ut secundum ordinem eius Christus dominus fuerit institu

Ad Heb.7 tus sacerdos. Qui etiam sacerdos dei erat altißimi & non solum iustus, sed iustitiæ rex pacisq;, aßimilatus filiō dei. De quo īquit Paulus, intueamini autem quantus sit hic cui & decimas dedit de præcipuis Abrahan Patriarcha, fuit

autem Abraham fide primus, iustitia præcipuus, in prælio Abraham strenuus, magnificus in uictoria, domi hospitalis, sedulus uxori, Deo obsequentissimus, religione singularis maximusq;. Nam prudentia eius eo cōspicitur quo deo credidit, quod etiam reputatum est illi ad iustitiam. Nemo enim prudens qui deum nescit. Deniq; insipiens dixit, quia non est Deus. Nam prudentiam nostri diffinierunt in ueri consistere cognitione. Quid prudentia Isaac autem pietas in deum parentesq;, bonitas, ac castimonia simul Fides, qua promittitur, concipitur, Isaac nascitur uiuit, deoq; inseruit, eius q; religionem erga deum cōmendat, animi temperantia in prosperis, fortitudoq; in aduersis, deo efficiunt amicum. Cuius quoque quasi solius inter cæteros homines sui seculi curam egisse fertur. Fuit autem ut ad patrem fidelem filiumq; deo fidelem reuertar, in parente, sapientiæ, Deo credere nec filij gratiam ante ferre authoris præcepto. Fuit iustitiæ acceptum reddere, fuit fortitudinis appetitum ratione cohibere. Ducebat hostiam pater, interrogabat filius prudens, & credulus. Patrius tentabatur affectus, sed non uincebatur. Et si repetebat filius appellationem paternam compūgebat paterna uiscera. Patris tamen deuotio non minuebatur, quoniam filij augebatur obedientia. Pietas autem utriusq; & inter se reciproca filij in Patrem ne deo auersaretur, parentis in filium quem deo uictimam immolaret, certus fide potenti, statim rediuinum à primo doctore deo suscipere filium, Ac in utrisque Hebræ.11 augustissimam erga deum magnificamus magnanimitatem. His temperantia in parente accedit. 4. uirtus & in filio cōsummatur sapientia, quid enim sapientius excogitari potest quam semetipsum deo offerre perpetuo sacrificium, simul opera & uires? Quis sapientior sancto Iacob, quem ma- Iacob

ter uoluit peregrinari ut daret fraternæ iracundiæ locum, Paſtor gregis fidus, ſocero ſedulus gener, impiger in labore, parcus in conuiuio, in ſatisfactione præuius, & largus in remuneratione, qui Deum *uidit facie ad faciem, & meruit benedictionem? Quis eo iuſtior? nam acquiſita iuſto labore oblatis muneribus cum fratre diuiſit. quis fortior eo qui cum deo luctatus eſt? quis eo modeſtior? nempe modeſtiam locis & temporibus ita deferebat, ut filiæ iniuriam mallet prætexere nuptijs quam uindicare.* Nam *inter alienos poſitus, amori potius conſulēdum quam odia colligenda cenſebat,* D*eniq; ſic fraternam mitigauit iracundiam, ut*

Iudas *cuius uerebatur inimicitias adipiſceretur gratiam.* Iud*am*

Gene. 49 *uero prudentiſsimum ſanctus* Iacob *laudat filium & fortiſſimum, uictoremq; ducem conſtituit inter fratres, te laudabunt, inquit, fratres tui* Iuda? M*anus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui, quibus inſinuat uerbis legali iuſtitia, prudentia regia, et heroica fortitudine* I*udam filium ſuum à deo optimo fuiſſe repletum,*

Ioſeph *ideo ſubijcit.* Non *auferetur ſeptrum de* Iud*a.* I*oſeph uero qui utiq; habebat cupiditatem libertatis & ſuſcepit ſeruitij neceſsitatem, quam ſubditus in ſeruitute, quam in uirtute conſtās, quam benignus in carcere, ſapiens in interpretatiōe, in poteſtate moderatus, in ubertate prouidus, in fame iuſtus, ordinem laudis rebus adiungens et opportunitatem temporibus, æquitatem populis officij ſui moderatione di-*

Iob *ſpenſans?* I*ob diuino etiam teſtimonio iuſtus, ſimplex, et rectus, timens deum, & recedens a malo, cui non ſit ſimilis in terra. & retinens innocentiam, qui non peccauit labijs ſuis dū ſuper oēs hoīes extra & in ſeſe aduerſitatibus atq; cruciatibus quateretur, cuius faciem ſuſcepit dominus dum.*

pro sapientibus amicis suis eum rogaret. Moyses ille eru= ditus in omni sapientia ægyptiorum, sed abiecit eam educa tus fuit in regia aula, sed maluit pro amore iustitiæ subire exilium uoluntarium, quam in tyrannidis fastigio peccati per functionem delitijs acquirere, quem deus fecit similem in gloria sanctorum, magnificauit illum timore inimicorũ & in uerbis suis monstra placauit, princeps populorum, prudentissimus primus hominum legislator, fide, mansue= tudine, fortitudine, religione incomparabilis, in iustitia, tem perantia hominum excedens analogiam, dominum primus omnium uidens facie ad faciem, quem induxit in nube, ut alloqueretur deum ipse, ex cuius diuini. s. familiaritate col= loquij apparuit facies eius radijs cornuta splendentibus, quam uelo tegebat, ut in ipsam populi Hebræorum intẽde rent, liberator populi, & mirabilium super terram primus effector, legem tulit cuius exemplum, in omni Græcorum, atq; Asiaticorum bene instituta republica libenter fuit trãs sumptum, huic non surrexit similis propheta in Israel, For titudine Iosue & dei timore plus cunctis apparuit, præce= pit soli statum cursus sui et quieuit audiens uocem serui dei & uictoria illi succederet diuino imperio simul cõtra. 5. re ges. Dauid fortis in bello, patiens in aduersis, in Hierusalẽ pacificus mansuetus in uictoria, in peccato dolens, in sene= ctute prouidus, rerum modos uices temporum per singu larum sonos seruauit ætatum, homo secundum cor dei, nun quam inimicis reddens mala humilis magnanimusq; ultra modum. Aaron deuotione præclarus, sapientia plenus Sa- lomon, Manasses pœnitentia, religio Ezechiæ regis, Iosue mandatorum dei obseruantia, feruor Heliæ. Helisæi mundã norum contemptus, compassio Hieremiæ, Esaiæ prophetę

Moyses
Actuũ. 7
Iosue
Dauid
Aaron
Salomon
Manasses
Ezechias
Iosias
Helias
Helisæus
Hieremias
Esaias

Ezechiiel ca uiſio, extaſis Ezechielis, Danielis abſtinentia, Thobiæ
Daniel miſericordia. Caſtitas Iudith, Suſannæ inocētia, Eſther pro
Thobias uidentia, Oniæ clementia, legis peritia Eſdræ, Neemiæ affe
Onias ctio popularis. Veritas Zorobabelis, eloquentia Ieſu Si=
Eſdra drach, Iudæ Machabei fratrum patrisq; conſtantia, & le=
Zorobabel gis diuinæ protectio, Machabæorum. 7. fratrum martyrũ triumphus. Hi ergo ſancti dei uiri magni uirtutibus prio=
Machabæi resq; ſunt inuenti in ſapientia & religione, atq; uirtutum affluentia perfectiores, quam græci omnes ſapientes, in quibus heroicæ uirtutes, ſapientia uera et uerior religio prius fructificauit, quam rara & infima fœmina illarum, potuiſſent ſapientes græciæ colligere & in eorum ariopago tranſferre. Poſt hæc oſtēdere facile poſſumus, a noſtratibus iſtis ſanctis mutuaſſe patribus, leges bonas, ſapientiam, ſi quæ
Euſebius bona habuerunt græci philoſophi. Euſebius enim de præ=paratione euangelica lib. 11. hoc munus expleuit, ſiquis ergo hoc noſſe deſiderat, illum diligenter adeat, & ſi uera di
Ambro. ximus, ex illo perſpiciat. Ambroſius quoq; libro officiorũ ſæpe illorum bona deprehendit a theſauris noſtris fuiſſe
Auguſti. deſumpta. 1. offi. cap. 36. 28. & inde. magnus Auguſtinus ſæpe in libris de ciuitate dei huius ueritatis meminit, & . 2. de doctrina chriſtiana capi. 40. inquit A philoſophis multa bona nos ueraq; legitimo iure repetere debere tanquam noſtra, et ab illis mendicanda iniuſtis poſſeſſoribus, Philo=ſophi autem, inquit, qui uocantur, ſiqua forte uera & fidei noſtræ accōmoda dixerunt, maxime Platonici, non ſolum formidanda non ſunt, ſed ab eis etiam tanquam iniuſtis poſſeſſoribus in uſum noſtrum uendicanda. Sicut enim Aegy=ptij non ſolum idola habent & onera grauia, quæ populus Iſrael deteſtaretur & fugeret, ſed etiam uaſa atq; ornamenta de

ta de auro & argento, & uestem, quæ ille populus exiens de Aegypto, sibi potius tanquam ad usum meliorem clanculo uendicauit, non authoritate propria, sed præcepto dei ipsius Aegyptijs nescienter cõmodantibus ea, quibus non bene utebantur, sic doctrinæ omnes gentilium non solum simulata & superstitiosa figmenta, grauesq; sarcinas superuacanei laboris habent, quæ unusquisq; nostrum duce Christo de societate gentilium exiens, debet abominari, atq; deuitare, Sed etiã liberales disciplinas usui ueritatis aptiores, et quædã morũ præcepta utilißima cõtinent, deq; ipso uno Deo colendo nonnulla uera inueniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis diuinæ prouidentiæ, quæ ubiq; infusa est, eruerunt, & qũo peruerse atq; iniurio se ad obsequia dæmonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre christianus ad usum iustum prædicandi euangelij. Vestem quoque illorum. i. hominum quidem instituta, sed tamen accõmodata humanæ societati, qua in hac uita carere non possumus, accipere atq; habere licuerit in usum conuertenda christianum, nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nõne aspicimus quanto auro & argento, & ueste suffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor suauißimus, & martyr beatißimus? Quãto Lactãtius? Quãto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de uiuis taceam, quanto innumerabiles græci? Quod prior ipse fidelißimus dei famulus Moyses fecerat, de quo scriptum est quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum?

Christus dux

Diuina prouidẽtia

Hominum *instituta*

De erroribus Platonis socratis Pythagore Mercurij Aristotelis aliorũq; circa uirtutes & philosophiam. Cap. 18.

Potuit ergo Aristo.uel qui in Aegypto uel apud persas aut hebræos.uel tandem græcos philosophabatur, a diuina scriptura instructus, cui, uel quas prædiximus aut consimiles rationes persuasionis suffragia conciliassent, apertissime scire in peccatis hominum quemlibet fuisse natū, et propterea artem purgationis ab illo, per eandem intelligere, di-

Scriptura diuina uina enim scriptura, nullius criminis ostendit reatum, quin etiam remedium afferat se homines ab illo eripiendi. Erant enim post transmigrationem Babylonicam multis gentilibus peruia, quæ nota a deo Hebræorum populis facta erant, immo et hanc dicunt fuisse causarum unam ob quam diutius inter gentiles populus ille transmissus commoratus est. Cum etiam non omnis Iuda neq; Israel redierit licentia regia ad Palestinæ partes transacto anno. 70.

Eusebius eiusdem translationis. Eusebius quoque Cæsariensis testatur plurimum, Platonem multa insumpsisse de hebræorum prōtuarijs, atq; in suam transtulisse utranq; philosophiam. lege illum lib. 11. de euangelica præparatione, atq; libro. 12. quibus etiam libris de Moysi & Salomonis eloquijs pleraq; Platonem uertisse cōmemorat, politiamq; hebræorum

Numenius imitatum affirmat, unde inquit Numenius Platonicus philosophus, quis est Plato quam Moses actice loquens? Cum uero potuissent uidere uerum, noluerunt tamen, sed abierunt unus quisque eorum post insanias falsas, uoluerunt.n.

Euse. ca. 6 uulgi opinionem sectari, deosq; multos cum uulgo desipiētes uenerari. itaque religionem ueram per opiniones deserentes uanas facti sunt quoque bonarum uerarum uirtutū desertores, & dum animarum purgationes quisque eorum suo sensu uulgum docet, erroribus & infectionibus magis magisq; inuoluūt illas cōmaculantq;, dum uero fingunt uir

tutes illis demonstrare uitia docent, aut denique ueras uirtutes pro uitijs exprobrant, quæ omnia facile de philosophis demonstramus. Plato enim quē Augustinus plus cæteris opinatur christianæ philosophiæ accessorem fuisse, de deitate quam turpiter ipse philosophetur aspiciet. Nempe post sublimem illam theologiam qua patrem & creatorem uniuersi unum deum esse conscripsit, à cœlo in profundum idololatriæ delapsus populi atheniensis opinionibus ferebatur. Nec ueritus est Socratē in Piræum ad soluenda deæ uota descendentem laudare, gallum etiam Aesculapio sacrificari probe iussum a Socrate fateri uidetur, similiter delphicum dæmona diuinis libenter laudibus prosequitur, & cum in libris de legibus poetas poetarumq; fabulas contemnat, attamen aliorum dæmonum uel deorum generationes filios nepotes & pronepotes laudat, illisq; credēdum, uelut patrum suorum cuncta nouerint & progenitorū deorum, opinatur quoque demonum angelorum & animarū substantias non ex non ente factas, sed quasi natura defluxisse a prima causa, dæmonum quoque genus quoddam bonum faciat, quoddam malum, animam uero ex indiuisibili constare contendit, id est a thomo, quæ cum diuina sit & rationalis apud ipsum tamen ad asinos, lupos, formicas, apes, cæterasque bestias descendere asserit cum Pythagora, aliosque hoc credere sine aliqua etiam demonstratione hortatur in libro de anima. Pleraque de illa inopinabilia autumat, quæ doctus Aris.1. de anima & inde sapide et rationabiliter confutauit. Cœlum stellasque in epimenide, inquit, sicut omnes alios dæmones atque deos honorare oportet, & uota ipsis apprime facere, deos uisibiles maximos colendißimos perspicacißimos, ac omnino

Cum Eusebio Platonis errores

Aristo.

Platonis positio de dijs

primos, stellarum naturam dicendum est? Deinde dæmones colendi, in libris de republica, quanta deduxit inhonesta im pudicaq; seruanda, nudas mulieres in gymnasijs introducen das præcipit atq; certaminibus exercendas, atq; in solemni tatibus tripudijs nudas salire iußit eum iuuenibus, cõmunes uxores nullamq; cum uno solũmodo posse habitare, plura siquis quærat errata Platonis nosse, consulat Eusebium.13. de præparatione euangelica, atq; beatum Augusti.10. de ci

Socratis errores

uitate dei cap.30.& .31.& fere toto.8. lib. & .9. & lib. 14.cap.5. De *socrate uero Apuleius fatetur deum coluisse suum dæmonem genium, cuius uitam & doctrinam pleriq; persequuntur uelut pudicis carentem moribus, de quibus non oportet loqui, atq; dudum moralem docet disciplinam indisciplinatam in omnibus constituit rempublicam quam August. non probat.8. de ciui.ca.3.* L*actantius.3.ca.4. quã* Plato *suus egregius discipulus erigere conatus est,* S*ed non*

Cum Lactantio

habuit ciues quam sequerentur. V*isus est autem loqui quod religioni minime seruiendum sit, quod si aperte diceretur nemo pateretur, quis enim non sentiat hunc mundum tam mirabili ratione perfectum aliqua prouidentia gubernari?*

Quod diuina prouidentia mũdus regatur

quandoquidem nihil est quod poßit sine ullo moderatore cõsistere. Sic domus ab habitatore deserta dilabitur. N*auis sine gubernatore pessum abit, & corpus relictum ab anima defluit, nedum putemus tantam illam molẽ aut construi sine artifice, aut stare sine authore tandiu potuisse.* Q*uod si publicas illa idolorum religiones uoluit euertere nõ improbamus, quin etiam laudamus. Si ipse quod melius etiam*

Socratis iuramentũ

Zeno

est inuenerit, laudabimus quoq;. V*erũ idẽ Socrates p canẽ et anserem deierabat.* O *hominem scurram (ut ait zeno epicureus.) ineptum perditum desperatum, si cauillari uoluit*

religonem, demētem. Si hoc serio fecit, ut animal turpissimũ pro deo haberetur, quis iam superstitiones Aegyptorũ audeat reprehēdere, quas Socrates athenis authoritate cõfirmauit sua? Illud uero nõne sũme uanitatis, qđ ante mortem familiares suos rogauit, ut Aesculapio gallũ quem uouerat pro se sacrarent. Demētissimum hominem putarem, si morbo affectus perisset, cum uero hoc sanus fecerit, etiã ipse est insanus, qui eum putet esse sapientem. En cuius tēporibus natum se homo sapiens gratuletur Plato: uideamus tñ quid illũ Socrates docuerit, docēte igitur Socrate, non fugit Platonem Iustitiæ uim in æquitate consistere, Siquidem omnes pari cõditione nascuntur, ergo nihil priuati ac proprij habeant. Sed ut pares esse possint, quod iustitiæ ratio desiderat, omnia in cõe possideant, ferri hoc potest quãdiu de pecunia diei uidetur, quod tñ iniustum esse sermo diuinus proclamat, quando, inquit, diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam. Constituit terminos populorum, iuxta numerũ filiorum Israel, et alter propheta, inquit, & eiecit a facie Israel gentes, et sorte diuisit eis terrã in funiculo distributionis, Sed superinduxit, ut diximus matrimonia quoq; cõmunia esse debebunt. Vbi est igitur uirtus castitatis? ubi fides coniugalis? quæ si tollas, omnis iustitia sublata est. Ioannes autem subtilissimus minorita post Aristo. sic eum redaguit breuiter. Vaga coniunctio est contra bonum prolis, inimica est bono familiæ. Aduersatur bono ciuitatis, deducit hæc subtilissime. 4. distin: 26. q. 1. de. 2. conclusione, rationem intulit Plato pro sua inopinabilitate morali, Ciuitas concors erit, & mutui amoris constricta uinculis. Si omnes omnium fuerint mariti, & patres, & uxores, & liberi. Quæ est ista confusio generis humani?

[Margin: Platõis & Socratis errores — Deute. 32 — Psal. 77 — Magnus error Platus — Scotus. 4. distin. 46 — Ratio Platonis uana — Cõfutatio Platonis]

quomodo seruari potest charitas, ubi nihil est certum quod ametur? quomodo etiam quis amabit liberos quos esse suos ignorat aut dubitat? Aut quis honorem tanquam patri deferet, cum a quo natus scit nesciat? quo fit ut non tantum alienum pro patre habeat, sed patrẽ pro alieno. At si uxor cõmunis fiat contra uirtutem, filium tamen esse duorum patrum natura non patitur, dum ergo Plato mores statuit, naturam protinus corrumpit. poterat autem Plato ab animalibus uel hoc in uno errore corrigi, quæ ob hanc unam causam accerrime pugnant, ne cõmunes eorum fiant fœminæ,

Christi philosophia — *In sua uero philosophia sapiens primus Christus hũc errorem eliminat inquiens. Ab initio non sic fuit. Sed qui deus fecit homines, masculum et fœminam fecit eos, et dixit pp*

Matth. 19 — *hoc dimittet hõ patrẽ et matrem, et adhærebit uxori sue et erunt duo in carne una. quomodo ergo cõmunes uxores, quarum una uni adhærẽs, una caro facta est illi, propterea*

Hæresis Nicolaitarum — *& unus e. 7. diaconis Nicolaus, a Christi religione hæreticus diuisusq; exiliatus est abscissusq;, qui ut dicũt uxoris cõmunitatem tẽtauit uehere in Christi philosophia, a socratico ergo fonte erroneo, hic Platonis erroris riuulus dimanauit. hæc cum Lactantio lib. 3. diuinarum institutionũ, aduersus horum ethicam declamauimus.*

Pythago. ethica erronea — *Pythagoram uero, dijs sacrificantem nouimus (qui italicum inuehit philosophandi modum de moribus, sicut Thales Ionicum de naturalibus,) Nempe dijs litandum præcepit ternario numero*

Aristo. 1. de cœlo — *.s. thure, igne, oratione, quod dogma Apollonius ille Thyaneus apprime exosculatus est, hic quoq; ĩmortalitatem animæ statuens, perpetuam esse finxit transmigrantem de corpore incorpus usq; ad bruta, sic ergo eam sine fine, quoniã sine principio esse confinxit, cuius cum fuerit ad humanum*

corpus reuersio ex brutis, scire desidero; quo fit uirtutibus atq; scientia docilis, brutalitate prius & inrationabilitate cōpressa atq; assueta uiuere. Tūc ergo pro humanis, egregiam illi trademus brutorum indolem bonam, atq; luporū estq; Pythagoricis. s. his facilius hominem facere belluam, quam per inanes suas moralem sciētiam & uirtutes, de brutorum animabus humanas cōstituere mentes, atq; animas. hic quoq; hominis summum bonum substulit. quare media ad ipsum uirtutes & scientias, omnino auferre cōtendit, ad cuius quoq; errorem, si Lactantio credimus, Stoici ipsi trāsierunt ob immortalitatis animæ causam. Mercurium uero Trimegistum Hermetē uel istis uetustiorem, aut ut alijs placet, Platonis discipulum, non tantum philosophum quā inuentione poetam asseuero, nempe fingentem cratherem illum suum de quo bibant animæ purgande et diuinæ sapiētiæ initiandæ, fingit animarum de cœlo descensum quē Origenes imitatur. Tandemq; Aegyptios deos uanos quādoq; casuros amare deploret uel hoc uno se superstitione idolorum uana detentum ostendens, ultra citraq; hos uetustiores non oportet congregare. Nisi Aristo. pari impietate cū prædictis obnoxium demonstrare. Nam ethicorum. 4. magnificētiam circa impensas eorum quæ deorum causa fiūt, Sacrificia ædes & dedicationes præcipit. Similiter Politicorum. 7. Decet (inquit) cultum exhibere dijs. Lex nullū orbatum nutriri tradit plerosq; eius errores in moralibus infra confutabimus. Erraſſe plurimum philosophos in tradendis moribus compertissimum est. Nempe authore diuino Ambrosio primo officiorū ca. 28. in primo iustitiæ munere aberrarunt. Dicunt enim ea esse primam iustitiæ formam, ut nemini quis noceat nisi lacessitus iniuria, quod pri

Stoicorū error

Mercurij errata

Origenis error

Aristo. errata.

Omnium philosophorū error

mi sapientis.s.Christi authoritate euacuatur. Præcipit. n.
Cõfutatio ut in nobis sit spiritus eius, qui uenit conferre gratiam non
inferre iniuriã. Nescitis, inquit, cuius spiritus estis. Filius ho
Lucæ.9 minis non uenit animas perdere, sed saluare. Etenim etsi
quandoq; expediat iniuriam publico magistratu repellere,
Error Nequaquam tamen ultionis uel odij semine, eandem pro-
philoso- pulsare, proprio licet. Deinde formam iustitiæ putauerunt,
phorum ut quis cõia.i.publica pro publicis habeat, priuata pro pri
Cõfutatio uatis et inimica pro inimicis, nec hoc quidem scd̃m naturã,
lex.n.naturæ iubet uel ex charitate naturali, priuata etiã de
Prouerbiũ seruire multis ad minus in necessitate, hoĩes.n.hoĩum causa
esse generatos, ut ipsi inter se alijs alij prodesse possint, hoĩ
Christus enim homo et homini deus, prouerbium affert, propterea,
Matth.5 inquit, magnus ueritatis magister. Ego autẽ dico uobis dili-
gite inimicos ue stros, benefacite his qui oderunt uos, &
Insufficiẽ- orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis fi
tia philoso lij patris uestri, qui est in cœlis. Quid uero dicemus de per
phorum petua uirginitate, continentia perpetua, humilitate, pauper
tate siue omnium temporalium abdicatione, atque unius
Timor hominis, pro religione tuenda, obedientia uoluntaria alias
nõ debita, hæc quidem non solum, non uirtutes existimãt,
Error stoi sed uituperant tanquam uitia etiã exorbitãtia, Timorẽ om
corum nem.si in extremo præponderet, abiciunt uel ut scelus. Sũt
Lactãtius quoq; Stoici qui passiones omnes arbitrentur crimina, con
Christus sule in hac parte diuinum firmianum Lactantium lib.6.ca.
Laus uirgi 14. Et inde nobis uero uirginitas cõmendatur, a sapientissi
nitatis mo magistro, mentis & corporis, uelut angelicum munus,
et super humanum siue heroicũ, tum quia ipse uirgo puris
Apoc.14 simus, natusq; de uirgine deipara parente Maria, & quo-
niam ipsum agnum uirgineũ sequũtur omnes, qui innume

ri sine macula uirgines eum sectati sunt, quos etiam cente=
num fructum ferre statuit in tabernaculis cœlestibus cente= Lucæ.8
namq; palmam benemerentes, beatificat maxime, ideo cō=
suluit. Sunt Eunuchi *qui castrauerūt se propter regnū cœ=* Matth.19
lorum, qui habet aures audiendi audiat. Similiter continen
tiā perpetuā suis præcipue ministris imperauit inquiens, Sacerdo=
Sint lumbi uestri præcincti et lucernæ ardentes in manibus tes perpe=
uestris; quibus etiam humilitatem.i.gloriæ humanæ contē tuo casti
ptum, paupertatem spiritus seruare præcepit. Siquis uult Lucæ.12
primus esse inter uos, erit omnium nouißimus & omnium
minister, atq; iterū. Beati *pauperes spiritu, quoniam ipso=* Marci.9
rum est regnum cœlorum, paupertatem.i.rerum mundi ab
dicationem abrenunciationemq; sequentibus se iußit dicēs Matth.10
prædicatoribus, primo. Nolite *poßidere aurū, neq; argen*
tum, neq; pecuniam in zonis uestris, neq; peram, neq; duas Matth.19
tunicas, et perfectis, ĩquit omnibus, Si *uis perfectus esse ua*
de & uende omnia quæ poßides & sequere me. Et *omni=* Lucæ.14
bus suis ministris ait. Siquis uenit ad me et non odit patrē
suum, & matrem, & uxores, & filios, & fratres, & so=
rore, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse Matth.8
discipulus, Et *siquis uult me sequi deneget semetipsum, &*
tollat crucē suā & sequatur me, & iterū. Omnis *qui reliq;* Matth.19
rit domum, uel fratres, aut Sorores, aut patrem, aut matrē,
aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, cē
tuplum accipiet & uitam æternam poßidebit, de metu ue-
ro, inquit Lactantius ca.17.lib.6. ponunt in maximo uitio Lactātius
philosophi, (quāuis peripathetici metum cadere posse in=
uiro constanti asseuerent,) ut dedecoris metū, si præter uir Christi
tutem operetur. Catholica tamen Christi philosophia sta= philoso=
tuit Christo docente, Metuendam deitatem reuerenter, & phia

sine limite hic timor incumbere debet in Christi discipulis. Timete, inquit, diuina sapientia eum, qui potest corpus & animam perdere in gehennam & alijs angelus de coelo cecinit, Timete dominum & date illi gloriam & honorem. Sicut autem amor diuinus non habet limitem, ita quoq; castus filialisq; diuinus timor nunquam satis esse potest inuia, quin augustior fieri queat, licet illius & huius gradus quãuis minimus actionem componat coràm deo meritoriam.

Cap. 19. *De alijs erroribus philosophorum circa uirtutes & earum finem.*

Peccant ergo phiolosophi in eo uno quam plurimũ, quo astruũt & bonarũ artium uirtutũq; finẽ uel prope finẽ esse honorem & mundi gloriam adeo, ut Romanus *philosophus* Cicero *ubiq; persuaserit, honos alit artes omnesq; incẽduntur ad studia propter gloriam.* Romani *uero, uel hoc uno istud maxime crediderunt. Quoniam uirtuti & honori, ædes tẽplaq; ꝑpinqua cõstruxerũt, neq; ad honoris ædẽ*

Aristo. 1. Ethicorũ cap. 5 *esset accessus, nisi per mediũ honoris templũ,* Periãdri *fuit hæc opinio &* Lycophanis *philosophorum.* Ari. *uero etsi hanc redarguat de fine ulti. assertionem, tum quia honos est in honorantis potestate & non esset ergo fœlix ille q honoratur.* Præterea, *inquit, ad uirtutem honos ordinatur, & non econuerso.* Ideo *uirtus finis est honoris, & non*

Cap. 5 *honos uirtutis, sed nequaquam abnegat ipse connexum uoto honorem esse uirtutis, inquit enim quasi finis ferè ciuilis*

Magnanimitas *uitæ honos est.* 4. *autem* Ethicorum *magnanimitatem uirtutem magnanimumq; uersari opinatur circa bonorum maximum exteriorum. & honos est id externum maximum.* Nẽpe *quia id distribuimus, quoniam, inquit uiri nanq; magni maxime seipsos dignos esse honore pro dignitate cẽsent*

*cuius extrema sunt, ambo apud ipsum, lentus & pusillani=
mus, uitiosa quidem, qui uero parua meretur & hisce di=* Modestus
gnum seipsum censet modestus quidem, at nõ magnanimus quis
est. Arbitratur *ergo modestiam non esse uirtutem, et subdit
magnanimus pro ijs quidem honoribus, qui & magni sunt
& a studiosis hominibus offerũtur, moderate lætabitur, er* Cõfutatio
go finis suæ magnanimitatis est honos, eumq; quærit ab ho Aristo.
*minibus sibi studiosis præstari. Sed eos honores, quos quis
inquit homines & paruis tribuunt, paruipendet omnino,
non est, enĩ his dignus, ipse autem primo ethicorũ hono=
ris causa noluit uirtutem habẽdam, ut dictum est, Magistr* Christus
*autem ueritatis primus, hanc animi magnanimitatem con=
temnendam docuit, quæ reuera potius ambitio censenda est* Matth. 6
*quam magnanimitas, inquit enim, attendite ne iustitiam ue
strã faciatis corã hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin
mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in cœ* Forma ra
lis est. optima quidem ratio & prudentissimi expertiq; do tionis Chri
ctoris. si enim finis magnanimitatis est honor, ergo immor sti
*talis perpetuaq; fœlicitas. Sibi non debetur, impossibile nan
que est, ut recte ratio sibi duos præstituat fines ultimos,* Maxima
duoque summa bona, sicut nec natura. Amplius *semper in
angustijs uersabitur magnanimus, cum ij sibi debiti nõ de=* Alia ratio
*ferantur honores, aut quidem deficiet secundum eam ope=
rari, quoniam fine frustratur suo optimo.* Neque *magnani* 3. ratio
*mitatem hanc uirtutem unam opinari contingit, sed est po
tius multarum uirtutum excellentia quædam, quibus opti-* 4. ratio
*ma faciat habens. propter honores igitur quod negauit in
primo, nunc affirmat in. 4. ethicorum, uirtutes. s. esse exer* 5. ratio
ceriq; propter honores, deinde quæ uirtus hæc magna est, Contradi=
cuius præmiũ alterius arbitrio pẽdet q sæpe iniustus est, aut ctio in Ar.

6.ratio esse potest. Oportet igitur præmiũ uirtutis uel ab eo dari, qui nunquam iniustus esse potest, aut sane omnia nouit etiã
7.ratio intima operantis, ne errat in præmiando, hic autem est solus deus noster, mirũ autem uidetur qd' uirtus qualitas ab=
8.ratio soluta ordinetur ad respectum rationis, qualis est honos, atq; ad externum bonum, Cum uirtus sit perfectio intima
9.ratio non extima, & ideo bonum suum omnino intimius honi=
10.ratio ni esse requirat, ut actualis felicitas, quæ est opatio optima Non est autem omnino bonum quod auferri ab altero po=
11.ratio test homine, tanquam uirtutis præmium, quæ tamen nõ potest ab altero tolli, oportet enim finem cõmensuratum esse medio. Itaque si media uirtus perpetua aut diuturna sit eius quidem præmium æternum esse oportet uel diutur=num, propterea de omnibus uirtutibus, ueritatis sinceræ
Christus doctor et institutor Christus præcepit, Thesaurizate uobis thesauros in cœlis, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, sed
Matth.7 neq; fures effodiunt, neq; furantur. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi erugo et tinea demolitur, et ubi fures effodiũt et furantur, reuera.n. qui honoris gratia, aut alterius humani præmij immo præcij uirtutes quærit, aut
Virtus cœlestis est dos animi excitat, in terra thæsauros cœlestes condit. Non enim uir=tus terrena est animi excellẽtia, meliora quærit præmia quã quæ ab hominibus elargiri queant. Melius philosophatus est Anaxagoras, qui ait cœli solisq; uidẽdi causa natus es-
Anaxagoras set. i. opera animi sui ad cœlum extendere debere finem ultimum, intelligens cœlum, deum, cœlo absconditum, & luce solis. i. sapientiæ radio tamen optime notum, qui etiam in=
Cœlum patria uiris terrogatus ne sibi cura patriæ esset. Immo, inquit, maxima, digito cœlum intendens, (quanuis Lactantius noster prio=
Lactãtius rem eius sententiam non cõmendat. 3. cap. 9.) quoniam hic

sapiens quidem hominum omnia recte noscebat ad deū dirigenda, cœlo regnantem. Magnus quoq; Augustinus ait contra pelagianum Iulianum lib. 4. Absit autem ut uirtutes uere cuiquam seruiant, nisi illi uel propter illum cui dicimus. Deus uirtutum conuerte nos, proinde uirtutes quæ carnalibus delectationibus, uel quibusq; cōmodis & emolumentis temporalibus seruiunt, uere prorsus esse non possunt, quæ autem nulli rei seruire uolunt, nec ipse ueræ sunt. Veræ quippe uirtutes deo seruiunt in hominibus, deo seruiunt in angelis, à quo donantur & angelis. Quicquid autem boni fit ab homine, & propter hoc fit propter quod fieri debet uera sapientia præcipit, aliud uero, & si officio uedeatur bonum, ipso non recto sine peccatum est. Et. 19. de ciui. dei ca. 25. proinde, inquit, uirtutes quas sibi habere uidetur quis, per quas imperat corpori & uitijs ad quodlibet adipiscendum uel tenendum, nisi ad deum retulerit, etiā ipsa uitia sunt potius quam uirtutes. Nam licet a quibusdā tunc uere & honeste putentur esse uirtutes, cum ad seipsas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ sunt, & ideo non uirtutes, sed uitia iudicanda sunt.

Augusti. Cap. 3 — Psal. 79 — Alter error philosophorum confutatur — Vere uirtutes Deo seruire debent — Augusti. Cōfutatio alterius erroris philosophorū

Cap. 21. *De alijs erroribus Aristo. Circa diffinitionem uirtutis, Et de fine uirtutum apud ipsum, & stoicos, cum eorum refutatione.*

Virtus, inquit Aristo. est habitus electiuus in medio cō sistens, ea quæ est ad nos diffinita ratione, & ut diffinierit ipse sapiens, respectu tamē optimi. Videtur autem hæc diffinitio, quia sine deo est (cuius uirtus, hominibus datū munus est uel seminatur a deo) insipida atq; nulla. Nempe sapiens iste quæritur, qui sit? Et cum philosophi diuersa sapiant de uirtutibus, profecto ad perfectum sapiens nullus

2. Ethicorū cap. 6 — Quid uirtus — Cōfutatio Aristo.

certus inter eos comperietur, quem quis sectetur, ut uirtutem capescat. igitur hac diffinitiõe, aut nulla, aut dubia uirtus erit in homine, quoniam qui recte determinet prudens aut nu us, aut dubius inter philosophos inuenitur. hac itaque calliditate Aristo usus est in diffinitione uirtutis, secundum quam aut nunquam quis uirtutem inueniet, aut semp dubius erit. postea quo ostendit in mediocritate uirtutem cõsistere cum perdifficillimum sit uirtutis medium inueni-re, & profecto Aristo. ipse, medium uirtutis ad humanum uocauit iudicium, quo euenit ut quod nunc ab hoc sapiente reputetur medium, ab altero iudicetur extremum. Atq; qđ pro fine hoc, mediocritas censetur, alias extremum esse aliter prudens persuadebit. Consuetudo etiam uirtutem generat secundum rectam rationem directa, at iuuenis & adolescens rationem rectam sibi persuasam poterit habere, medium uero longa consuetudine & ætate etiam non percipiet neq; consequetur. Si igitur à sapientis determinatione uirtutis mediocritas. i. uirtus ipsa dependet. Solus aũt Christus deus est uerißimus sapiens, ab eo quidem uirtutis rem nomenq; uerum exposcenda sunt. Ab illoq; percipienda, qui omnibus doctor primusq; uirtutum magister, uniformis non uarius, qui non tantum doctor dator et coadiutor est uirtutũ. Neq; etiam uirtus esset, ubi extrema uitiosa nõ essent, sicuti in cœlo, aut apud heroicum, ipse enim nõ pugnat contra uitia, quæ iam superauit apud Aristo. Nisi dicat uirtutem eam esse mediocritatem, quæ tantũ est inchoãtium, siue perseuerantiæ gradu ut supra dictum est. Neque omnis etiam uirtus pugnat contra paßiones, tantummodo quippe esset imperata uirtus siue incorpore, & nulla elicita, uel immediata animæ rationali suscepta siue anima-

Marginalia: Alia ratio (beside "que calliditate"); 3. ratio (beside "sistere"); 4. ratio (beside "uocauit"); Alia. 5. rõ (beside "ter prudens"); 6. ratio (beside "piet neq;"); Christus (beside "uirtutis mediocritas"); 7. ratio (beside "mis non uarius"); 8. ratio (beside "tium, siue").

stica. Nec omnis habet extrema, sed unum habere potest, 9. ratio
& quod magis est, ipsa etiam magnanimitas siue magnani 10. ratio
mus magnitudine quidē extremus apud Aristotelē est. Latria Ethico. 4
autem uirtus siue dei seruitus iustitia quidem est etiam mo
ralis, sed extremum est non medium, Nempe quæ summa
debetur deo etiam in infinitū sicut supra de timore casto de 11. ratio
duximus. Similiter uirtus qualitas est intensibilis & augen 12. ratio
da, etiam infinito ut ipsi opinantur, et tunc quidē erit extre
mum, non medium. Medio quippe nō licet exire extremos
limites, Sic uirginitas, castitas perpetua, atq; humilitas, est
etiam obedientia circa deum eiusdem quoq; proprietatis.
propterea uera uirtus est bonum honestum, perfectum, Quid uir
ratione formatum, sed exemplaritate primi Christi sa= tus
pientis regulatum uniformiter, ad cœleste summumq; bo=
num ordinatū. Ipse quippe Christus & uetustioribus exē-
plum se præbuit sanctis præuisum; & in lege gratiæ cūctis
philosophis ueris atq; hominibus, faciendo, & docēdo, &
cooperando exemplum se dedit omnium uirtutum, sic pue
ros, adolescentes, iuuenes, senes, utrunq; sexum, omnemq;
gradu, omni tempore, & loco, facile erit uirtutes nosse, uir
tutesq; nancisci, si respiciant uidelicet omnes in faciē Chri Ioan. 14
sti. Nam perfecti & imperfecti, perseuerantes, cōtinentes
temperati et heroici, habent in Christo quid imitētur, quid
doceantur, quo confirmentur, quo incipiant quo cooperen
tur, ideo dixit ego sum uia ueritas & uita. Accedent ad il=
lum & suæ uirtutis calore foueantur, quem si æqualem nun
quam sortientur, gaudeant se habere maiorem & dominū.
Ideo adolescentulæ. i. animæ, uirtutum cupiditate lętabūde Canticorū
scientesq;, in odorem Christi uirtutum omnes currunt. Cu primo
pientes illarum saturari, atq; repleri suauitate, & quod ma

Occurrit tacito obie

ximum eſt, habent in Chriſto, ſi cadant quandoq; a uirtutū uia, quo facile in recta reſtituātur, atq; quam uelociſſime a lapſu uitiorumq; fœditate purificentur. Si uero aliquis ex ſapientibus noſtris theologis Ari. defendere nouit, et hanc chriſtiano ſale tuitionem condiat, bene eſt, hoc quidem uolumus. ſ. non eſſe philoſophis ueritatem neq; ſalutem ex ſeſe, ſine chriſtiana philoſophia, Sin autem, nec caret quiuis ille fuerit, reatu culpatæ tutelæ, falſum enim non poteſt nec debet a uero theologo defendi.

Cap. 22. De alijs erroribus philoſophorum & quod in deo ſint uirtutes, et de pſeuerantia, atq; uolūtario.

Nō omnis uirtus eſt circa paſſiones

Cōfutatio Ariſto.

Paßiones ſcilicet

Quoniam uero prædiximus erraſſe philoſophos peripatheticos credentes, tantummodo uirtutes paßionum moderatrices eſſe, id nunc iterū affirmantes perſuademus, Nēpe uitium & peccatum in homine ex ignorātia exoriri poteſt, non eſt autem ignorantia quidem animæ paßio uel hominis, ſed priuatio quædam. Similiter peccat etiam qūq; ex malitia homo, neq; paßione uincente, neq; ignorantia. Virtus igitur oppoſita illi uel iſti uitio ſiue peccato, cui tūc aduerſabitur paßioni? Manifeſtum autem eſt in Chriſto ſapiente primo, omnes morales ſimul abūdaſſe uirtutes in ſummo. Sed tamen fuerit impium cogitare, paßionum moderatrices illas in eodem fuiſſe, qui etſi haberet eaſdem, tamē ſuapte natura erant in eße quieto, et temperatiſſimo, quia nunquā peccato originali etiam infici potuerunt. Sūt quoq; uirtutes quæ actiones moderantur, & nequaquam paßiones, ut iuſtitia ueracitas, magnificentia, liberalitas, et quæ ſunt harum ſubſequæ plures, quas etiam in deo eſſe nō contingit ambigere, quis enim iuſtior, qui omnia omnium intime nouit & reddit unicuiq; ſecundum opera eorum iuſtus

In deo sūt uirtutes

ſtus

stus dominus & iustitiam dilexit Matthæi.25.psal.10. aut quis eo ueracior, qui est ueritas & ueritatum omnium primus formator? Paulus, inquit, est autem deus uerax. Quis Roma.3 *eo fortior, de quo Iob, inquit, apud ipsum est prudentia &* Iob.26 *fortitudo.psal.7. Deus iudex iustus fortis & patiens, nunquid.* Error etiam philosophorum magnus est & defe- Error philosophorũ de perseuerantia *ctus de perseuerantia, quæ uel uirtus specialis est, aut omni no connexa uirtutibus, de qua philosophi & inter eos præcipuus Aristo. fere nihil uel quasi nihil pertractarunt, quãuis enim Cicero in Rhetorica sua, Macrobius, & Andronicus, eam speciẽ fortitudinis cum magnificẽtia substituãt,* Cicero *tamen certe errarunt, quoniam dei donum est omnino, est* Macrobius *quæ uirtutum comes necessaria qua proprium attingant finem uerissimum, quoniam non qui inceperit, sed qui perse* Andronicus *rauerit usque in finem hic saluus erit.* De uoluntario satis *imperfecte tractant, nec sine errore. Credunt enim uirtutẽ* Matth. 10 *uoluntariam esse, & sequi cõsultationẽ, atq; electionem.3.* & .24 *ethicorum. Sed in hoc deficiunt, quoniam diuinã uolũtatẽ, non admittunt primum illorum, principium, non enim est* De uoluntario error philosophorum *bonum, sed neque uirtus, quod a diuina nõ progreditur uoluntate, deus quippe deus uirtutum est.* In hominibus autẽ *ad uirtutem tendentibus, deus primus motor est, qui suggerit notionem, & allicit uoluntatem captandæ uirtutis.* Nõ Psal.79 *sufficit ergo quod moueat generaliter. i. cooperetur primus, ad omne bonum. Sed etiam requiritur, ut ipse primus moueat intellectum spirando boni uirtutis notionẽ, atque uoluntati desiderium imitendo, illam uelle sectari, & ideo deus uirtutum uocatur deus noster, postea cooperator est noster, dum illam prosequimur operantes.* Etiam liberalitate eius totus mundus repletus est, Inquit enim sanctus

Psal.103 propheta psal.103.quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra possessione tua. Omnia a te expectant ut des illis escam in tẽpore. Dãte te illis colligent, Aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Sanctus autem Moyses magnificentiæ dei præcipuus testis est. Quis similis tui ait in fortibus do-
Exodi.15 mine? quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia. Zorobabel unus de sapiẽtibus aulicis Darij regis Persarum, & ipse dux Israel religiosissimus ostendit, quæ sunt dei magnifica opera. 3. Esdræ
Esdre.3 ca. 4. Magna est, inquit terra, & excelsum est cœlum, &
Cap.4 uelox cursus solis, conuertit in gyro cœlum in locum suum in una die. Non ne magnificus est qui hæc facit? Sed ma-
110 gnificentia dei maxime enitet in sanctificatione animarum nostrarum, dicente sancto propheta, confessio & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in seculum seculi, et iterum, Cõfessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius, & cæteras
Dionysius uirtutes plurimas dei, sanctus Dionysius toto libro de diui-
Thomas nis nominibus dilucidat subtilissime. placeat etiam legere
Scotus sanctum Thomam lib. 1. contra gentiles ca. 94. & doctis-
Franciscus simum Ioannem minoritam. 4. distin. 46. q. 1. & Franci-
Hierem.32 sci. distin. 33. tertij. q. 2. artic. 6. Inquit enim deus in Hieremia, timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant, & ideo orans petit, edoctus a magistro ueritatis, fidelis, fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra, quia ibi perseueranter et immutabiliter uoluntas dei fit, rogat ergo inter homines uiæ huius siue in terra, fieri similiter. i. perseuerari usq; in finem in diuina perficiunda uoluntate. Ma-
Augusti. gnus ait nanq; Augustinus, Asserimus ergo donũ dei esse

perseuerantiam qua usq; in finem perseueratur in Christo, finem dico quo uita ista finitur &c. Indigent autem omnes uirtutes perseuerantia, quoniam etiam in cœlesti patria, in qua suum proprium sortiuntur finem, oportet eas perseuerare, perficiq; magis & perpetuo. perseuerantia enim in illis & habentibus eas, magnum immortalitatis est argumentum, & felicitatis æternæ. Qui enim perseuerat in bonis uirtutis, quandiu est, tandiu uult in illis, pmanere, ergo si semper est, semper in uirtutibus eum abundare delectat, itaq; perpetua fruetur illis debita felicitate, quare erit ipse immortalis. Non enim uirtus sola, sed in uirtute perseuerantia regulariter hominē perenni donat felicitate. plura alia essent dicenda cōtra philosophos. ostendisse autem hæc, nostro sat sunt instituto, ex quibus manifestum est, per uirtutes morales non esse animæ purgationem, quomodo enim philosophorum uirtutes, animas possunt purificare, quæ nec sunt uere uirtutes, & proprie in anima uere non sunt uirtutes, nisi sanata sit prius a uulneribus peccatorum. Virtus enim ut a nomine arguamus, potentis & sani est hominis potestas bene honesteq; agendi, qui ergo sanus non est, nequaquam uirtutem ueram habere uidetur, quia neq; facultatem agendi recta honestaq;. Inquit enim beatus pater Augustinus. Hoc enim agit spiritus gratiæ, ut imaginē dei in qua naturaliter sumus, instauret in nobis, uitium quippe contra naturam est, quod utiq; sanat gratia, propter quam deo dicitur, Miserere mei, sana animam meam, quoniā peccaui tibi. hæc Augusti. lib. de spiritu & litera ca. 27. Illud uero quod aiunt peripathetici, uirtute expelli uitium, atq; ob id quenquam iustificari posse, imbecillis est, & incompetens iustificandi modus, homini quoque non desiderabi-

lib. de bono perseuerantiæ capi. primo

Excusatio

Conclusio

Virtutes animas nō purgant

Vnde dicitur uirtus

Virtutes uere non sunt in infidelibus

Augusti.

Peccatum est contra naturam

Psal. 40

Cōfutatio Aristo.

lis. Nempe imbecillis, quia non efficit quod promittit. Non *enim uirtutes sunt, sicut mechanicæ artes, quarum unam quis arripit sine altera perfecte, Sed nemo hic iustitiam uirtutem apprehendit perfectam sine temperantia, impoßibile enim est officiosum quenquam esse, si uno dissonantiam patiatur officium uitio, quoniam ex causa integra exoritur utrtus, at una alteri uirtus omnino circunstantia est, & ad integritatem requiritur alterius. Signum cuius, quoniam cũ gratia, deus illas habitu hominibus conferens est simul iunctas. Sicut enim in Christo, sic quoque in omni iustificato p Christum, pater enim noster Christus est secundum spiritũ, Ideo similem sibi generat secundum spiritum in regeneratione prima, incompetẽs quoque iustificandi is modus est, quoniam nos quærimus iustificari coràm deo, hic autẽ coràm hominibus iustificat, si tamẽ iustificat, tum etiam quia solam iustitiam oporteret hominem nancisci assuetudine, omißis cæteris, sola enim iustitia apud eos iustum facit, et hoc non semel, sed pluri quidem exercita tempore operationibusq;, minus quoque est is modus desiderabilis, puta, quia tempore longus, tardus acquisitione, & dubius, atque semper uel quasi semper interceptus, unde modum tradũt hominibus philosophi, penitus inexorabilem, atque ab eis minus desiderabilem.* Non *enim patitur perfectionis desiderium tam longa spatia, igitur ad deum fontem uirtutũ, accedendum est, ut quisque statim eis repleatur, & agat.*

Virtutes connexæ sunt

Virtutes simul infunduntur a Deo

Cap. 22. *Quod philosophi non sint idonei uirtutum sapientiæque magistri.*

Philosophos non esse idoneos cœlestium, diuinorumq; doctores charismatũ, ex prædictis apprime manifestũ est, diuina etiam, inquit, sapientia nemo ascendit incœlum, nisi

Ioan. 3

qui descendit de cœlo filius hominis, qui est in cœlo, et ideo cœlestia diuinaq; , ab ipsa diuina genita sapientia Christo sunt roganda, de quorum numero est iustificatio ipsa siue animarum purificatio, nam scriptum est iustificabit ipse iustus deus rex meßias seruos meos multos et iniquitates eorum ipse portabit, ut sit ipse iustus & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi, ergo ab eo qui iustificat, haurienda est iustificationis uera sapientia, propterea Paulus suos Colossenses & in ipsis oēs fideles admonens docebat. Videte ne quis uos decipiat per philosophiam, et inanem fallaciā, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Dominus quoque patri deo gratias agens, de hac diuina sapientia & uera animarum iustificatione per ipsum deum mortalibus insinuata atque donata, inquit, confiteor tibi pater domine cœli et terræ, qui ascondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, ita pater; quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, & nemo nouit filium nisi pater, neque patrem qui nouit nisi filius aut cui uoluerit filius reuelare. Deinde exhortatur oēs ut ad seipsum ueniant, accepturi salutem requiemque animabus eorum, ad quem enim tutius accederet possunt debentque mortales omnes, quam eū qui fecit eos, nutrit, trahit, fouet, eripit, docet, immortalesq; facit, & tandem felicißimos, qui est pater nedum dominus, & qualis pater? is inquam qui mori uoluit pro filijs suis, qui etiam eisdem dedit escā, diuinescere facientem suam quidem carnem, & sanguinem suum potum, magnanima ad hæc ipsa ingentiq; eum urgente charitate, qui uerba uitæ habet, qui solus est uia ueritas

[Margin: Esaiæ. 53 / Roma. 3 / Paulus Cap. 2 / Matth. 11 / Christus est pater noster Christus laus]

& uita, qui solus ueram religionem docet gentes & cum illa uerißimam sapientiam, qui solus primusq; exemplo docet & Sermone. Cœpit enim prius facere & inde docere, qui uiam cœli primus ipse ingressus est, suosq; recta incedere docuit, se etiam sequi ad usque cœlestia, qui solus cadenti manus subleuantes porrigere potest, qui si recta præcipit, honestiora seruauit, Cuius uita inreprehensibilis est, qui nũquam uana aut falsa cæteros docuit. Oportet enim quod is doctor qui cœlitus mittitur tam sciẽtia sit rerum omniũ quam uirtute perfectus. ne nihil inter cœleste terrenũq; differat. Nam in homine interna & propria doctrina esse nequit. Nec enim mens terrenis inclusa uisceribus, et tabe corporis impedita, aut comprehendere per se potest aut cœlestium donorum capere ueritatem, nisi a deo doceatur, & si maxime posset, summam tamen uirtutem animas purificantem capere nequeat, Neque uitijs omnibus resistere quorũ materia in uisceribus continetur. Eo fit ut terrenus doctor sicut est philosophus, perfectus esse non poßit. At uero cœlestis cui scientiam diuinitas, uirtutem immortalitas & impeccabilitas tribuit, in docendo quoque sicut in cæteris perfectus & consũmatus sit necesse est. Et propterea hominẽ sumpsit, quia debuit ipse cœlestis doctor perfectusq; & docere ista præcipiendo, & confirmare uel exemplare faciẽdo, quia qui dat præcepta uiuendi, amputare debet omniũ excusationum uias, ut imponat hominibus parendi neceßitatem, non aliqua ui, sed pudore, & tamen libertatem relinquat, ut & præmium sit constitutum parentibus, quia poterant non parere si uellent. Quomodo autem poterit amputari excusatio, nisi ut qui doceat faciat quæ docet, & sit quasi præuius & manum porrigat secuturo? qui enim do-

Cum Lactantio

Quare Christus carnem sumpsit

cent tantũ & nõ faciunt, ipsi præceptis suis detrahunt põ= dus, quis enim obtemperet, cum ipsi præceptores doceant non obtemperare? bonum est autem recta & honesta præci pere, sed nisi & facias mendacium est & ineptum atque de decorosum, non in pectore sed in labijs habere bonitatem, quemadmodum potest facere quem docet nisi non sit ei si= milis q docet? Magnum deniq; argumentum est discipulũ uelle sectari eum, quem uidet prædocentem facere quæ do cet moralia, in his præcipue exempla mouent plurimum, sicut dictum est ca. 2. At quærimus cum magistrum in mo- ribus, quem docentem non arguant sapere uitia dictis ad= uersa, qualis est inanis philosophorum chorus quorum do ctrina pugnat cum uita, nam siquis mores eorũ diligenter inquirat, inueniet iracundos, cupidos, petulantes, arrogan= tes, proteruos, idololatras, superstitiosos, magos, & sub optentu sapientiæ, sua uitia celantes, domi facientes ea, quæ in scholis arguissent, fortasse mentior accusandi gratia? Nõ ne id ipsum Cicero & fatetur & queritur? quotus, inquit, quisque philosophorum innenitur, qui sit ita moratus, ita animo et uita constitutus, ut ratio postulat, qui disciplinam ueram non ostentationem scientiæ, Sed legem uitæ putet, qui obtemperet ipse sibi, & decretis pariat suis? Videre au tem licet alios tanta leuitate & iactatione ut hos fuerit non uidisse melius, alios pecuniæ cupidos, alios gloriæ, multos libidinũ seruos, ut cum eorum uita & uitijs mirabiliter pu gnet oratio. Nepósq; Cornelius ad eundem Ciceronem ita scribit. Tantum abest, ut ego magistram esse putem uitæ philosophiã, beatéq; uitæ perfectricẽ, ut nullis magis exi= stimem opus esse magistros uiuendi, quam plerisque qui in ea disputanda uersantur etc. Itidem Seneca in exhortatio=

Cum Lactantio

Cicero

Cornelius nepos

Seneca

nibus profitetur cuius tantũmodo hoc referam prouerbiũ. Omnia quæ luxurioſi faciunt, quæq; imperiti, faciet et ſapiens.i.philoſophus, ſed nõ eodẽ modo eodẽq; propoſito. Atqui nihil intereſt quo animo facias, quod feciſſe uitioſũ eſt, quia facta cernuntur, animus non uidetur, pudet autem ſingulorum philoſophorum narrare uitia. Legite lactãtiũ ca.15.3. & Diogenem Laertium, atq; Plutarchum. At contra magnus noſter ueritatis magiſter & ſynceræ philoſophiæ doctor audacter, inquit, coràm eis, qui geniam ſecum duxerant uitam erantq; ſibi cõuicanei. Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico uobis quare non creditis mihi? Ridet autem ſatyricus ille poeta, nouam philoſophiam urbi cum mercibus uectã, poſt quam, inquit, ſapere urbi cum pipere & palmis uectũ, ſi autem ſecundũ hominis naturam eſſet, profecto cũ homine eſſe cœpiſſet. Sed altior fuit cum homine diuiniorq; philoſophia, non autem hæc inanis ab homine ſed adeo illa illuſtris perſuaſa. homo enim peccato connaturali, obtenebratus eſt magna ignorãtia, qui niſi à deo illuſtretur ſemper in tenebris ijs ĩmorari neceſſe habet. Carneades unus ueſtrum doctiſsimus philoſophus Academicæ ſectæ, Galba & Catone cẽſoribus Romam miſſus ab Athanienſibus, Inanem ueſtram eſſe philoſophiam coràm Romano ſenatu diſertißime ſic arguebat. Iura ſibi homines pro utilitate ſanciſſe .ſ. uaria pro moribus, & apud eos pro tempore ſæpe mutata. Ius autem naturale ferè eſt nullum. Omnes homines & animantes alias ad utilitates ſuas natura ducente ferri, proinde aut nullam eſſe humanam iuſtitiam, aut ſi ſit aliqua, ſummam eſſe ſtultitiam, quoniam ſibi noceret, alienis cõmodis conſulens, & inferebat hæc argumenta omnibus populis, qui florerent

Chriſtus
Ioan. 8
Perſius
Carneades

imperio, & Romanis quoq; ipsis, qui totius orbis potiren tur imperio si iusti esse uellent, hoc est si aliena restituant, ad causas esse redeundum, & in necessitate ac miserijs iacē dum. Bonus uir inquiebat si habet seruum fugitiuū, uel do= *mum insalubrem ac pestilentem, quæ uitia solus sciat, & ideo præscribat, ut uendat utrum ne profitebitur fugitiuū seruum, pestilētem domum se uendere, an celabit emptorē?* Si *profiteret emptori fugitiuum esse, bonus quidem, quia non fallit, sed tamen stultus iudicabitur, quia uel paruo uen det uel omnino non uendet.* Si *celauerit, erit quidem sapiēs, quia rei consulens, sed idem malus, quia fallet, ex quo ar= guebat uel immistam auaritiæ sapientiam siue medatio phi losophiam eorum, uel deniq; stultitiæ, arguebat & aliter, nempe iustitiam esse hominem non occidere, alienum pror sus nō attingere, quid ergo iustus faciet, si forte naufragiū fecerit, & aliquis imbecillior uiribus tabulam ceperit, non ne illum a tabula perturbabit, ut ipse conscendat, eaq; ni= xus euadat? Cum maxime sit nullus medio mari testis, si sa piens est faciet, ipsi enim pereūdum est ni fecerit.* Si *autem mori uoluerit, quam manus inferre alteri, iam non iustus est, sed stultus est, qui uitæ suæ non parcat dum parcit alie= næ, quo argumento, iustitiam philosophorum iniustitiæ ne uo consperſam atq; sapientiam insipientiæ saporem omni= no philosophorum habere, deinde iustitiam diuidens in ciui lem et naturalem utranq; in litem uocabat, quoniam ciuilis sapientia esset, sed non iustitia, naturalis autem, inquit, iusti tia est, sed non sapientia, & his* Marcus Tullius *responde= re nequeat,* Apud Lælium *cum furio disceptantem.* Nō dis *simile, lepidum tamen, panthomimus ille frequentissimo theatro legimus dedisse (in philosophos omnesq; morta=*

Alias cadas

Vis rationis Carneadis

Cicero Mimmi responsum

les illorum sectatores) responsum. Dum omnes uili emere & carius uendere uellent, docens philosophorum uanissimam esse sapientiam solam auaritiā, uel inhiare thesauris.

Hierony. Et reuera ut inquit Hieronymus. 4. lib. in Hieremi. *Mūdi philosophi, non tam uisi sunt sequi, quam laudare uirtutes*

Hieremias *propterea ait sanctus* Hieremias, *Calathus unus ficus bo-*

Cap. 24 *nas habet ualde, ut solent ficus esse primi temporis, & Calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant eo qd' essent malæ.* Exponit Hieronymus, *nec tantā suauitatem bonæ ficus, quæ nō sunt in cōspectu templi dei,*

Hierony. *quales fuerunt mundi philosophi, qui naturali bono, et intelligentia creatoris, non tam uisi sunt sequi, quam laudare uirtutes, quantam habēt suauitatem benæ ficus; quæ sunt in templo dei, quarum fuerunt prophetæ & apostoli &c.*

Cap. 23. *Confutationis ex uia religionis sine qua uera non est sapientia, quam philosophi sanam rectamq; religionem non habuerunt.*

Nouissime philosophos cum earum inani morali philosophia exedere incumbit atque exarmare ratione desum-

Sine religione non est uera sapientia *pta ex uera religione, sine qua sapientia nec recta, nec uera esse potest, ea inquam quæ rectis moribus animorumq; cultura sapientia esse nequit sine uera religione, sunt hæ simul iunctæ uirtutes, ita ut ex his Augustissima astrisq; digna exoriatur iustitia, uel ut alij opinantur, illarum fons sit uera diuinaq; iustitia, & utcunq; sit, hoc uerissimum esse liquet. Sine illis iustitiā uerā esse nō posse, atq; hac remota, duo illa lumina orbis terræ pariterq; cœli, obscura, orbata,*

Cum Lactantio *et egena imo demortua censentur.* Naturam hominis hanc *deus esse uoluit, ut duarum rerum cupidus & appetens esset, religionis uidelicet & sapientiæ, sed homines ideo fal-*

luntur, quia aut religionem suscipiunt sapientia omissa, aut soli sapientiæ student omissa religione. Cum alterũ sine altero uerum esse non posit. Ceciderunt ergo ad multas ua nasq; religiones. sed ideo falsas, quia sapiẽtiam reliquerũt, quæ illos docere poterat deos multos esse non posse. Aut inani studuerunt sapientiæ, sed ideo falsæ, quia religionem summi dei omiserunt, qui eos ad ueri scientiã poterat eru= dire, sic homines qui alterutrum suscipiunt, uitam deuiam maximisq́; erroribus plenã sequuntur, quoniam in his duo bus inseparabiliter connexis, & officium hominis, & ueri tas omnis inclusa est. Non ergo mirandum, si nullus philo sophorum extiterit, qui sedem ac domicilium uirtutum ue= rarum summiq́; boni potuit reperire. Nec enim religione uera neq; recta sapientia, uel ab eo qui utranq; solus doceat deus eandem comparare uoluerunt, sunt quippe hæc duo si milia duobus riuis uno fonte manãtibus, fons autem sapiẽ= tiæ religionis deus est, a quo hi duo riui si oberrauerint are scant necesse est, quem qui nesciunt, neq; sapientes esse pos sunt nec religiosi, sic fit ut philosophi & qui deos colunt si miles fiant aut filijs abdicatis, aut seruis fugitiuis, quia neq; illi patrem, neq; hi dominum quærunt, quare & sicut abdi cati ueritatem synceram de uirtutibus summoq; bono non assequuntur neq; uitam & hæreditatem æternam, & uelut fugitiui neq; impunitatem. Nempe deum uerum esse patrẽ eundemq; dominum utriq; ignorauerunt, tam cultores deo rum, quam ipsi professores sapientiæ, quia aut nihil colen= dum omnino putauerunt, aut religiones falsas approba= uerunt, aut etiam si uim potestatemq; summi dei intellexe= runt, tamen & debitum honorem tanquam summo patri non reddiderunt, quod erat consequens atq; necessarium.

Religio falsa philo sophorum

Deus fons sapientiæ & religio nis

Paulus Roma. 1

Apostolus Paulus utrunq; istorum errorem manifestauit in quiens, quia cum cognouissent deum, non sicut deum, glorificauuerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor eorum insipiens, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & quoniam ueritatem dei in iniustitiam detinuerunt. Itaq; philosophia quia in illis religionem firmam ueramq; unius dei summam ut decet, nō habet, non est uera sapientia. Nam Si diuinitas quæ gubernat hunc mundum, incredili beneficio genus humanum substentat, et quasi paterna indulgentia fouet, uult profecto gratiam sibi referri, & honorem dari, Nec constare homini ratio potest religionis & pietatis, si cœlestibus beneficijs extiterit ingratus, quod nō est utiq; sapientis. quoniam igitur sapientia uera, & deorum religio disiuncta sunt & longe discreta, siquidem alij sunt professores sapientiæ, per quas utiq; ad deos non aditur. Alij religionis antistites per quos sapere non discitur, apparet nec illam esse ueram sapientiam, nec hanc religionem. idcirco nec philosophia potuit ueritatem comprehendere, nec religio deorum rationem sui qua caret, reddere. Vbi autem sapiētia cum religione inseparabili nexu cohæret. Vtrūq; uerum esse necesse est. Quoniam & in colendo sapere debemus. i. scire quid nobis & quomodo sit colendum, & in sapiendo colere. i. re & actu quod scierimus implere. Vbi ergo sapientia cum religione coniungitur? Ibi scilicet ubi deus colitur unus. Vbi uita & actus omnis ad unum caput & ad unam summam refertur? Vbi sapientia de cœlo descendit à throno dei unius, & religio ad cœlum ascendit tātum ad sedem unius dei. Deniq; ijdem sunt præcipui doctores sapiētiæ, qui pleni diuino lumine flamineq; paracleto dei magni

Ex dictis conclusio philosophia non est uera sapientia

Vtilitas utriusq; sapientiæ uere & uerius religionis

Dei sacerdotes præ

ſunt ſacerdotes. Nec tñ moueat quenquam, quia ſæpe factũ eſt & fieri poteſt, ut philoſophus aliquis deorũ ſuſcipiat ſacerdotium, quod cum ſit nõ tñ cõiũgitur philoſophia cũ religione, ſed philoſophia inter ſacra ceſſabit, & religio qñ philoſophia tractabitur. Illa.n.religio muta eſt, nõ tãtũ qa mutorum eſt, Sed quia ritus eius in manu & digitis eſt, nõ in corde aut lingua ſicut noſtra quæ uera eſt, idcirco & in ſapientia religio, & in religione ſapientia eſt. Ergo non poteſt ſegregari, quia ſapere nihil aliud eſt niſi deum uerũ iuſtis ac pijs cultibus honorare. Quomodo autem ibi poteſt eſſe uera ſapientia ubi non eſt uera religio? Nempe ea eſt uera religio qua deo ſeruit anima uni ſolo obtemperatq; colitq; deum unum trinumq;. Vera autem ſapiẽtia uirtuſq; ab ipſa deriuata, quibus ſenſui ratio imperat et uitijs ratio. Sed ubi deo non ſeruit uni animus mens q; mortalis hominis nunquam rationi ſuccumbunt uitia neq; ſenſus. Inquit enim magnus Auguſtinus, Quãlibet enim uideatur animus corpori, et ratio uitijs laudabiliter imperare, ſi deo animus & ratio ipſa non ſeruit, Sicut ſibi ſeruiendum eſſe ipſe deus præcepit, nullo modo corpori uitijsq; recte imperat. Nam qualis corporis atq; uitiorum poteſt eſſe mens domina dei ueri neſcia, nec eius imperio ſubiugata, ſed uitioſiſſimis dæmonibus proſtituta? proinde uirtutes quas ſibi habere uidentur per quas imperat corpori & uitijs, ad quodlibet adipiſcendum uel tenendum retulerit niſi ad deum, etiã ipſa uitia ſunt potius quam uirtutes, nam licet a quibuſdam tunc uere et honeſte putentur eſſe uirtutes cum ad ſeipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur, tunc etiam inflatæ atque ſuperbæ ſunt, & ideo non uirtutes, ſed uitia iudicanda ſunt. Sicut enim non eſt à carne ſed ſuper carnem

cipue ſa= pientia ple ni

Religio ethicorum muta

Cum Auguſtino. 18 de ciui. dei

Auguſti. 19. cap. 25

Virtutes ſine dei cultu uitia sũt

quod carnem facit uiuere. Sic non est ab homine sed super hominem quod hominē facit religiose uiuere beateq́;, nec solum hominem, sed etiam quamlibet potestatem uirtutēq; cœlestem. Volumus quoq; non ignorare philosophos se uera caruisse religione ex his. Nempe cum aiant sapientes solos liberos esse, sola tamen uera religio liberos faciat & ea quæ christiana est, libertas enim uera est nedum uitijs non obtemperare, sed penitus ab eis liberum esse. Hanc autem libertatem, christiaua tantummodo largitur professio, quæ si nomine recens sit uetustissima tamen re & authoritate est, fides quippe Christi, uniusq; dei cultus cum opere iusto & sacramentum eius, religio christiana est, hæc autē sola facit liberos, inquit enī libertatis solus optimus author & doctor Christus. Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Et iterum amen dico uobis, quia omnis qui facit peccatum seruus est peccati, seruus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternū. Si ergo filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Cui Paulus interpretans subscribit. Quicūq;.n. spū dei agūtur hi filij dei sunt. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorū dei, in quo clamamus, Abba pater, et alias liberati à pctō serui facti estis iustitiæ, &.2. Corī.3. ubi spiritus ibi libertas et ad Glatas.4. Quoniam estis filij dei, misit deus spiritū filij sui in corda uestra clamantem, abba pater, itaq; iam non est seruus, sed filius, quod si filius & hæres per deum. Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Iacobus aūt inquit, qui aūt perspexerit in lege pfectæ libertatis & permanserit in ea, non auditor obliuiosus

[Margin notes: Paradoxū stoicorum est — Quæ sit uera libertas, quæ tātum christianorom est — Ioan. 8 — Ioan. 8 — Roma. 8 — Roma. 8 — Paulus — Iacobus. 1]

factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Petrus autem sua prima, quasi liberi, inquit, et non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei, sacramento fideque, quæ sunt religio christiana, acquiritur filiatio. diuina itaque & libertas uera est per ueram religionem quæ sola christiana est. Ex quo autem sermo ad religionem ueram usque perductus est, age non nihil de illa attingamus & primo quædam quæ nobis succurrunt in medium producamus, deinde magni Augustini firma sententia, cæterorumq; theologorum summa referetur. Petrus

Cap. 24. Quid sit religio, & quæ uera religio, et quæ cōtineat, & quod Iudæorū religio nō fuerit pfcta.

Religionem ueram deique solius sanctiorem cultum & innocentem sola christiana sapientia uniuersum docuit orbem. Nam etsi Iudaicus populus habuit quādam religionis speciem, eam præcipue quæ moralibus primis præceptis incumbebat. Quamque sacrificijs carnalibus soli deo oblatis profitebantur, illa tamen quotius effugandæ idololatriæ gratia eidem populo super imponebatur. Quam per carnalia sacrificia illa uerißimus Dei cultus purißimusq; effunderetur. Et hanc quidem, aptatam illis temporibus religionem nedum permissam sed iussam seruari, attamen nisi ueriorem secundum spiritum significasset nostram hanc religionem christianam, neque præcepisset deus, nec maiores populi obseruassent, Intellexerat significatum eius, primus ipsius promulgator Moyses Aaron quoque septuaginta seniores populi, quos non frustra sancto spiritu impleuerat deus, quique sacerdotes & prophetæ patresque sanctiores fuerunt illius testamenti. Neque enim sine spiritus intelligentia sancita erat illa religio, nec à Deo dignis sacerdoti= Quomodo religio & qualis apud Hebræos fuerit

bus excolebatur. Hic ergo cultus dei quia carnalis erat, id-
1. Regum circo non omni quaque pfectus erat. Nempe & illius tem-
10. &. 19 poris prophetæ etiam sacerdotes plures in montibus con-
3. Regũ. 4 uersantes sine illa carnali seruitute deo inseruiebant in spi-
ritu contrito & humiliato. Quapropter per sanctum pro
phetam dominus illam non approbat ex toto seruitutem.
Psal. 49 Nunquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem
hircorum potabo? immola deo sacrificium laudis & redde
altißimo uota tua, et honorificabis me, deus quippe exer-
cebat per illa populum sacrificia ne idolis seruiret, & per
spiritum fidei de Christo maiores populi docebat in illis in
sinuato, sæpe etiam illum docuit populũ obedire deo uerio
rem esse religionem quam pecorum carnes immolare ut in
1. regũ. 15 Samuele, melior est enim obedientia quam uictimæ & au-
scultare magis quam offerre adipem arietum, uel sacrifi-
cium deo religiosißimum satius erat spiritus contribulatus
Psal. 50 & cor contritum. Quoniam, inquit, si uoluisses sacrificiũ
dedißẽ, sed utiq; holocaustis nõ delectaberis. Deo sacrifi-
ciũ spiritus contribulatus cor contritũ et humiliatum deus
non despicies, & reuera teste Augustino illa non exigebat
Augusti. sacrificia deus. Nisi quoniã figura erãt futuri uerioris sacri
ficij deo per Christum offerendi, nam & per eadem non
Paulus ad erat propitiatio apud deũ supplicãti populo propter seip-
Hebræ. 10 sa, impoßibile nanq; erat sanguine taurorum & hircorum
auferri peccata, hanc ueram in spiritu religionem, quæ nũc
christiana est semp exoptauit deus, quã suũ unigenitũ ob-
seruare docuit dum humanatus mundum intraret Paulus di
Ad He. 10 cit, & ideo mundum ingrediens ait hostiam & oblationẽ
Psal. 39 noluisti, corpus autem aptasti mihi. Ideo in Ezechiele do-
Cap. 20 minus inquit, ergo & ego dedi eis præcepta non bona, &
iuditia

iudicia in quibus nõ uiuēt, in altero autē ,ppheta sanctiorē uerioremq; religionē dominus se nobis daturus priori illa neglecta pollicetur inquiens, quia lex à me exiet, et iudiciū meum in lucem populorum requiescet audite me qui scitis Esaia.51
iustum. i. Christum meßiam, populus meus lex mea in corde eorum. Nam lex illa prior erat in lapide & animalium descripta cortici Hieremias uero explicatius hoc domini Cap.30
reuelat consilium ecce dies ueniunt dicit dominus, & feriā domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi, cum patribus uestris in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti. Sed hoc erit pactum quod feriam cū domo Israel. Post dies illos dicit dominus, dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribā eam, & ero eis in deum et ipsi erunt mihi in populum, & non docebit ultra Vir proximum suum, & uir fratrem suum dicens cognosce dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum usq; ad maximum ait dominus. Quia propitiabor iniquitati eorū, & peccati eorum non memorabor amplius. Vnde Esaias Cap.2
& Micheas uno ore eodemq; spiritu prædicabant de Sion Cap.3
exibit lex & uerbum domini de Hierusalem. Paulus autē Paulus
hanc ueritatem per Christum adimpletam cõmemorat ad Cap.8
Hebræos, quo meminit eiusdem Hieremiæ uaticinij. Nunc autem melius, inquit, sortitus est ministerium, quanto et melioris testamenti mediator est quod in melioribus repromissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa uacasset nõ utique secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit. Ecce dies uenient, dicit dominus, et consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum, Hieremiæ,
non secundum testamentum quod feci patribus eorū in die 30

qua apprehendi manum eorum,ut educerem illos de terra Aegypti,quoniam ipsi non pmanserunt in testamento meo & ego neglexi eos dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos dicit dominus. Dabo leges meas in mentem eorũ, et in corde eorũ superscribam eas,& ero eis in deum & inpsi erũt mihi in populum, & non docebit unusquisq; proximum suum, & unusquisq; fratrem suum,dicens,cognosce dominum, quoniam omnes scient me à minore usq; ad maiorem eorum, quia propitius ero iniquitatibus eorum,& peccatorum eorum iam non memorabor.Dicendo autem nouum, ueterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. Dominus autem mundi,et omnis solidæ ueritatis author doctorq;,dominus inquam Iesus,inquit,horum om

Ioan. 4. *nium rationem a priori referans. Spiritus est deus,& eos, qui adorant eum in spiritu & ueritate oportet adorare. Crede mihi inquit,quia uenit hora quando neq; in monte hoc neq; in Hierosolimis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis,nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est,sed uenit hora quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate.Nam & pater tales quærit,*

Hebræ.7 *qui adorant eum. Quoniam etiam lex nihil ad perfectum ducit,ideoq; sancti dei apostoli & iudices secli spiritu præ*

Actuũ. 15 *ceptante diuino,cessare eius legis carnalia præcepta diffinierunt,fide legeq; spiritus gratiæq; toto illapsa cœlo ecclesiæ sanctæ Christi catholicæ. Si ergo illa religio munda non undiq; corãm domino apparuit quam tamen minister Michael Archangelus,domino insinuante,primo illius tẽporis legislatori Moysi demonstrauit. Quid de gentilium philosophorum uanißima religione credendum erit? Sola*

Michael docuit legem scriptam

Ratio

igitur ĩmaculata religio apud christianos, & a Christo in= A fortiori
sinuata sistit, perseuerat, inchoata quoq; est, cui unica uerissimaq; sapientia addita est. Coluit igitur ille populus deum unum deum solum uerumq; et religione coluit, nam Exodi 12.29. Numeri.19. Leuitici.7. &.16. sæpe dominus meminit religionis, atq; Moyses dum populum Hebræũ instruit ad colendum deum. Veruntamen carnalis erat religio, diuinum quidem obiectum debitumq́; latria coli. Sed tamen figuratiua non propria religione uenerabatur, nisi ut prædictũ est, apud paucos sanctiores pitioresq́;, qbus erat a deo mens illustrior facta, Moysem uidelicet prophetas sanctum Dauid, Salomonem, Ezechiam, et sibi similes plures uiros dei. Vera autem religio etiam proprijßimaq́; esse nequiuit uel consumata, quoniam non omnium erat populorum. Iugum etiam importabile metu, non amore ferendum, timore pœnæ equidem non uirtutis amore, propterea nõ erat hæc religio spiritus ab omnibus percepta. Sola igitur ea est ue= Conclusio
ra religio quæ apud christianos à Christo inuẽta, sancita, et prædicata est, in spiritu & ueritate deum colere, ipsiq; in cunctis obsequi, & in mandatis eius ambulare, dieq; noctuq; eadem meditari.

Est autem religio uirtus reddẽs soli deo debitum hono Quid sit religio
rem, protestationem fidei, spei, & charitatis habens connexam, & ideo à uera sapientia progreditur, quæ est maximi dei necessaria ad salutem cognitio, amor summus & firmißima spes. Cicero enim in secundo Rhetorices, inquit, re Tullius
ligio est quædam tuitio naturæ, quam diuinam uocant quæ cultum uel cerimoniam affert? quod uerum quidem est, sed non primum. Religio enim prima sui significatione unius dei supremum cultum designat, qui latria est. Sed quia ne= Quomo=

do cogno- mo colitur aut incognitus honoratur, ideo qui religione
scitur colē colitur præcognoscitur. Deus autem non qualecunq; ens
dus Deus præcognoscitur, ut colatur & adoretur maxima et supre-
ma reuerentia, sed quoniam optimus maximus & excel-
sus super omne bonum siue ut ait propheta altißimus sup
omnē terram & excelsus et honoratus super omnes deos,
Psal. 97 ut etiam primum omnium est principium creando, conser-
seruando, nunc uero addimus & instaurando siue redimen
do humanum genus iustificandoq́;, atq; propterea & beati
ficando. Nēpe prima duo sunt cōmunia omni enti. Sed ho-
mo & angelus pro omnibus illum colunt & pro seipsis,
duobus illis attributis. 3. uero & 4. propria sunt homini
beneficia collata & angelis est 4. quoq; cōmune. Sed &
de 3. quoq; ipsi participant, ut alias hoc referabimus opu-
sculo, qui etiam pro nobis gratias agunt de optimo pro
Sapientia tanto beneficio. Quia igitur deus hæc nobis præstat mune
ra, cognoscentes multiplici ista sapientia, atq; nobis à deo
collata. Ideo fides nostram hanc inchoat religionem, quæ
est uera sapientia, at nos scientes amamus etiam diuino su-
per infuso uehementi amore, qui est charitas, neq;.n. phas
Augusti. est non amare amantem, tam optimum, maximum, magni-
Enchiri. ficumque benefactorem nostrum. Itaque speramus ardēter
cap. 2. 3 atque concupiscimus ipso frui, ex quo, fide quæ est sapien-
& 4 tia, certi sumus amari, & amatos nos amatores uelle fili-
Vnde inci ces beatosque reddere in seipso, qui est optima summa ue-
pit religio ra solaque beatitudo. Ex his religio nostra inchoat crescit,
nostra atque perficitur primo quidem actu. Deinde sacrificiū exi
Religio sa git tanta dei magnificentia erga nos. sacrificium quidem du
crificium plex unum confeßionis & laudis quo protestamur, profite
exigit mur, confitemur, deum optimum supremum omnium so-

lumq; esse uerum deum, omnipotentem, conseruatorem, restauratarem nostrum, & beatificatorem, alterum sacrificiũ est gratiarum actionum. Oportet enim deo magnanimo nostro gratias agere, ne ingrati efficiamur coràm ipso, & angelis dei, gratiarum actio duo exigit, et beneficiorum memoriam notionemq;, uel factorum uel denique faciendorũ. Sed alterum quoque conrequirit uidelicet paratum habere animum facere quodcunque iusserit, uel quia benefactori omnipotenti præcipue obtemperandum est, nõ nisi iusta præceptare uolenti & solito, aut quoniam rependenda est prompta amansq; uoluntas deo maximo & præcipuo totius orbis humaniq; generis benefactori, hãc obedientiam promptam coexigit sacrificium gratiarum actionis, qua pp magnus Apostolus Iacobus, hanc obedientiam ad religionem pertinere diuinam sic, diuino illustratus spiritu, explicauit. Religio munda & immaculata apud deum & patrẽ hæc est uisitare pupillos & uiduas in tribulatione, & immaculatum se custodire ab hoc seculo .i. charitas proximi, & innocentia, quæ est charitas dei, innocentia autem intelligitur non peccare, abstinentia ab omni peccato, quod est charitas dei, aut proprijßimus effectus eius, & hoc est facere uoluntatem dei. Nam ut alter, inquit, apostolus et ipse quoque magnus hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, sanctificato autem innocentia, à peccatis abstinentia, uniuersalis religio etiam christiana. Eadem sunt, & hæc omnia multiuoca sunt ipsa charitas, Nempe charitas sanctificatio est, dei uolitio est, innocentia est, latria est, à peccatis abstinentia est, proximi compaßio est subuentioque, est denique religio optima, summaq; pietas christiana. Adhuc non ignorandum religionis partem, esse pietatem, pietas nanq;

Grates duo exigunt Memoriã

Ratio. 2

Obedientiam Iacobi. 1

Paulus. 1. ad The. 4

Quid charitas

Quid pietas proprie est charitas patriæ atque parentum. Cum uero religio & notionē præsupponit dei quæ sapiētia est, atque honorem deo exhibeat, per charitatem, & spem, & obedientiam, omnē parentum & patriæ comprehendit amorem, atque uenerationem, et hæc est charitas proximi saltem uirtualiter, quanuis homini christiano Anagogica sit patria, paradisus regnumq; cœlorum, parentes sint Christus, et ecclesia, qui magna sunt pietate analogica tamen colendi, sed nos sequimur hic cōmuniter loquētes theologos, dominus etiam noster Christus non solū pietate, sed latria colendus est summa. Deus enim est de deo, & Dei quoque spirator.

Sapientia est notio dei

Christianorum patria cœlū est

Religio diuina hoc modo expansa seruitus dei est, Seruire autem deo nihil aliud est, inquit, ille bonus presbyter seniorq;, quam bonis operibus tueri & conseruare iustitiā. Vbi uero religio ibi quidem duo semper actus eius cōnexi sunt, unus deum respicit colēdum, alter seruitus est, quæ hominis subiectionem ad deum attendit, in hac consistit obedientia, in priori charitas fides spes, in utroque consummatur latria. Adoratio, quæ est inferioris et serui ad deum, honor summus exhibitus, ob maiestatem eius, atque suscepta beneficia. At quoniam non solum interior hæc professio, per fidem spem & charitatem latriamq; religio est, sed etiam exteriores actus exigit, illam interiorem professionem manifestantes, tum quoque nostræ seruitutis præcipuas cōtestationes, atque dei nobis iussas imperio, uidelicet adorationē exteriorē & sacrificium, diximus lib. 1. de eucharistia sacrificium esse aliquod factum ad honorem deo debitum, sacrificium uero uisibile est inuisibilis sacrificij sacramētū apud Augusti. 10. de ciui. dei cap. 52. unde etiam dicitur protestatio interioris deuotionis & fidei per sensibilia signa, idcir

Thomam .s. & alias Lactātius 3. de diuina. institu. cap. 9

Religio duos actus habet uniuersales

Quid latria

Quid sacrificium

Augusti.

co & genicularem adorationem, atque sensibile sacrificiũ, Religio diuina in omni statu semper connexa habuit, quod etiam infamis & superbus draco, a deceptis per ipsum hominibus, sibi quoque uelut dei magni æmulus usurpare uoluit. Paulus enim inquit. 1. Corin. 10. uidete Israel secundũ carnem, nónne qui edunt hostias participes sunt altaris, sed quodq; immolant gentes, dæmonijs immolatur et non deo. Paulus
Religo quoque christiana per hæc exteriora etiam illam interiorem protestatur. Habet autem unicum præcipuumq; sacrificium exterius signo sensibili significatũ quod est omnium sacrificiorum potißimum summum, uirtute cuius inte riora illa & omne aliud sacrificium antiquum & exterio ra quæque eiusmodi deo sacrificia accepta sunt uel fuere, eucharistiam uidelicet quæ totam religionem in se continet, totaq; religione perfecta offerri debet, eo quod est principiũ & finis siue consummatio totius christianæ religionis. Eucharistia
Ibi enim est uere præsens corpus & sanguis domini incruẽter tamẽ, sed idem quod cruenter oblatum est in crucis ara pro nobis. In fide enim spe & charitate offertur ab ecclesia. Cum adorationis latriæ protestatione, eo quod per ipsum, cultus dei optimus & supremus in Christi ecclesia exercetur, deoq; per illud sacrificiũ est iuge in ecclesia Christi, est confeßio laudis de omnibus à deo nobis beneficijs ingeminatis, est autem gratiarum actio melior, quam per angelos deo celebretur, pro restaurationis munere, et cohereditatis cœlestis impartione, melior inquam quã sit angelica gratiarum exhibitio, quoniam ecclesia illud offert tam magnificum deo sacrificium, & non angeli, atque de ecclesia sumpsit inconsortem personalis suæ maiestatis hominẽ nostrum deus & non de angelis ad Hebræos. 1. In quo etiã Per illud

ſacrificio obedientia illa & amor, quæ uidentur repenſa
Matth. 3 deo, & nobis ab illo præcepta, maxime comperiuntur in=
Pſal. 39 ſummo. Eſt enim filius meus dilectus in quo mihi com=
placitum eſt, inquit, et ut faciam uolũtatem tuam deus, atq;
Chriſtus factus eſt obediens uſq; ad montem, & ut cogno
Ioan. 14 ſcat mũdus, quia diligo patrem, cum dilexiſſet eos in finem
Ioan. 13 dilexit eos. Ecce igitur ſacrificium magnum quod totam im
plet et perficit chriſtianam religionem. Interior eſt hæc ui
ctima, quia animæ eſt uegetatio, atq; nutricio, eſt quoque
Magna uirtus ſacrificij eccleſiæ Chriſti — exterior, quippe corpus eſt, & ſenſibili ſigno in eccleſia ce
lebrior efficitur. Tantæ autem magnitudinis & uirtutis, ut
poſt deum noſtrum, ſit omne bonum noſtrum cõtinens, ſit
quoq; noſter paradiſus, fons namq; eſt è quo & per quem,
ad nos, omnium gratiarum, a deo, cõfluunt flumina. Arbor
etiam eſt uitæ, in qua et ex qua omnium uirtutum, donorũ,
beatitudinumq; fructus legere licet, atq; ſuauiter ſine fine il
lis potiri, ueſci, poßidere, ijs abundare, etiam ad ſaturitatẽ.
In ſola chriſtiana religiõe reperitur iuſtificatio — Quoniam uero, hoc ſacrificio emintißimo cruenẽter obla=
to per dominum Ieſum ſacerdotem magnum dum redem=
pti ſumus iuſtificamur, idcirco religio noſtra iuſtificat ſola
& nulla alia, iuſtificat inquam per Chriſti meritum & ſan
guinem. Non oportet igitur per aliam ſapientiam quærere
iuſtificationem, ſed per ſolam chriſtianam philoſophiam,
neq; per alias uirtutes morales, ſed tantum per hoc ſacrifi
Charitas hæc eſt & gratia — cium cruentum, quod eſt chriſtianæ religionis unicum, ſe=
melq; tantum oblatum, licet incruenter iuge ſit ſacrificium,
& per eam uirtutem diuinam, quæ uirtute huius opimi ſa-
crificij in nobis illabitur, diffunditur, a deoq; optimo maxi
mo impartitur. Cruentum uero hoc ſacrificium iuſtitia eſt
Pœnitẽtia — dei, uel corãm deo, eſt etiam pœna, pœnitẽtia purgans pec

cata nostra. Ideo non est nostra purgatiua iustificatio sine poenitētia, exēplata. n. est nostra iustificatio ab huius exē= plari iustitia, uocatur etiā cruentū hoc holocaustum, ipsius Christi consummata iustitia uel cōsumata iustitia. i. ultimus pfectissimusq; iustitiæ actus, q corā Deo possit ab illo effi= ci, pro humana redemptione et iustificatione. Apud Paulū Hebræos. 2. 5. 10. 12. Inquit enim. 5. Et quidem cum esset fi= lius Dei didicit ex his quæ passus est, obedientiam, & con summatus factus est omnibus sibi causa salutis æternæ. Et 12. Aspicientes in authorem fidei & consummatorem Ie= sum, qui proposito sibi gaudio substinuit crucem, confusio ne contempta, atq; in dextera sedis dei sedet. Ex dictis igi= tur habemus religionem christianam esse cultum dei supre mum, interiori uirtute & exteriori protestatione sensibili explicatum, fide & sapientia diuina inchoatam, atque per fectam in salutari obedientia diuinorum præceptorum, qua docetur & sola exhibetur hominis iustificatio uel à pecca= tis purgatio, Secundum exemplar iustitiæ Christi siue cruē ti eius sacrificij. Atq; ex hoc liquido patet, & errasse philo sophos gentilium simul ac omnes ipsos gentiles. Religio= nem ipsam in incertam deitatem falsamq; diuertisse, nec minus obiurgandi sunt epicurei, qui simul cum diuina pro= uidentia, ueritatem deitatis conculcauerunt, quorum unus tanto exarsit odio cōtra deū, ut deum abnegaret esse. s. Di agoras, alter oēs irriserit deos, ut Lucianus, simul et deum uerum, omnemq; contempserit religionem. Cū solius sit in sipientis dicere non est deus, estq; magna mentis infirmi= tas, per se notum abnegare, sicut hanc ueritatem omnes fa= tentur, esse deus est. Nam ut inquit Cicero ex tot generi= bus animantium, nullum est animal præter hominem, quod

requiritur ad iustifica tionem

Paulus Hebræ. 5

Quid po= tissima reli gio sit

Corolla. contra phi losophos

Psal 13

Cicero

habeat notitiam aliquam dei. Ipsisq; in hominibus nulla gens est neq; tam immansueta, tam fera, quæ non etiam si ignoret, qualem deum haberi deceat, tamen habēdum sciat, Ex quo efficitur ut is agnoscat deū, qui unde ortus sit quasi recordetur. Qui ergo philosophi uolunt animos omni metu liberare diuino, tollunt etiam religionem, & orbant hominem suo proprio, ac singulari bono, quod est à recte uiuendo, atque ab omni humanitate disiunctum, quia deus, ut cuncta uiuentia subiecit homini, sic ipsum hominem sibi. Nam quid est cur ijdem ipsi disputent, eo dirigendam esse mentem, quo uultus erectus est? Si enim nobis in cœlū spectandum est, ad nihil aliud utiq; quam ob religionem, si religio tollitur, nulla nobis ratio cum cœlo est, ubi deus lucē inhabitat inaccessibilem quidem humanis uiribus, nugisq; philosophorum, sed tamē accessibilis facta est lux illa, christiana religione mortalibus per Christum reuelata, p quē etiam uere facie ad faciem deum ipsum in cœlis intuebimur sicuti est. Anaxagoras nanque unus ex illis philosophus magnus interrogatus, cuius rei causa natus esset. Respondit, solis ac cœli uidendi, sursum uidelicet habere mentem, hominem in terris natum oportere. Constat igitur totius humani generis consensu, religionem suscipi oportere, sed non quamcunque sane. Nempe non angelorum, quam ipsi fugiunt habere, non solis aut lunæ, uel cœterorum animalium, quoniam omnis spiritus non suam, sed dei uult religionem, quem suo modo obediendo colunt, sed neque superborum dæmonum, quorum religio, imo superstitio, in mundiția est, error, confusio, pœnaque æterna, sed tantummodo dei uerius soliusq; cultum exorant cupiuntq;.

Omnia homini et hō deus subiectus est

Philosophorū edictum

Luce christiana deus accessibilis est

Anaxagore responsio laudabilis

Conclusio ex dictis

Cap. 25. De religone apud Augustinum & san-

ctum Bonauenturam rursus pertractans & quod angeli nolunt diuino honorari cultu.

Rursus apud gentiles & apud nostros differendum uidetur, quo principatus & potestates uel qui beati sunt in cœlis electi spiritus, qui angeli frequenti nuncupantur uocabulo. Credendi sunt, uelle à nobis religionem pietatemque seruari, an tantum uidelicet deo uel etiam sibi ipsis diuinos concupiscant honores, & iterum an religio sit iustitia. Inquit ergo beatus pater Augustinus, sacra facere uel sacrificare est diuinitati uel deitati debitus cultus, pp qd' uno uerbo significandum, quonim satis mihi idoneum nō occurrit, latinum græco ubi necesse est insinuo quid uelim dicere. Latriam quippe nostri ubicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutē. Sed ea seruitus quæ debetur hominibus, secundum quam præcepit apostolus seruos dominis suis subditos esse debere alio nomine græcæ nuncupari solet. Latria uero secundum consuetudinem qua locuti sunt, qui nobis diuina eloquia condiderunt, aut semper aut tam frequēter, ut pœnæ semper ea dicitur seruitus, quæ pertinet ad colendum deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli deberi uidetur. Dicimur enim colere homines, quos honorificatione uel recordatione uel præsentia frequentamus. Nec solum ea quibus nos religiosa humilitate subijcimus, Sed quædam etiam quæ subiecta sunt nobis coli phibentur. Nam ex hoc uerbo agricolæ & coloni & incolæ uocantur. Et ipsos deos non ob aliud appellant cœlicolas, nisi quod cœlum colant. non utique uenerando, Sed inhabitando tanquam quosdam cœli colonos non sicut appellantur coloni qui cōditionem debent genitali solo propter agriculturam sub dominio possessorum, sed

Augusti. de ciui. dei ca. primo

Latria quid

Vergilius *sicut ait quidam latini eloquij magnus author. Vrbs antiqua fuit. Tirij tenuere coloni ab incolendo enim colonos uocauit, non ab agricultura.* Hinc *& ciuitates à maioribus ciuitatibus uelut populorũ examinibus condite, coloniæ nũcupantur.* Ac *per hoc cultum quidem non deberi nisi deo, propria quadam notatione uerbi huius uerißimum est.* Sed

Quid religio *quia & aliarum rerum dicitur cultus, ideo latine uno uerbo signari cultus deo debitus non potest.* Nam *& ipsa religio quanuis distinctius non quẽlibet, sed dei cultum significare uideatur, unde isto nomine interpretati sunt nostri eam*

Trescia quid *quæ* Græce *trescia dicitur, tamen quia latina loquendi cõsuetudine non solum imperitorum, uerum etiam doctißimorum, & cognationibus humanis atq; affinitatibus, & quibusq; neceßitudinibus dicitur exhibenda religio, non eo uocabulo uitatur ambiguũ cum de cultu deitatis uertitur quæstio, ut fidenter dicere ualeamus religionem non esse, nisi dei cultum, quoniam uidetur hoc uerbum à significanda obseruantia propinquitatis humanæ insolenter auferri.* Pie-

Pietas quid *tas quoq; proprie dei cultus intelligi solet, quam græci eusebiam uocant.* Hæc *tamen & erga parentes officiose haberi dicitur.* More *autem uulgi hoc nomen etiam in operibus misericordiæ frequentatur. qd' ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri præcipue deus mandat eaq; sibi uel pro sacrificijs placere testatur.* Ex *qua loquendi consuetudine factum est, ut deus dicatur pius quem tamen* Græci *nullo suo sermonis*

Eusebia quid *usu* Euseben *uocant, quanuis* Eusebian *pro misericordia illorum etiam uulgus usurpet.* Vnde *in quibusdam scripturarum locis, ut distinctio certior appareat, non* Eusebian *qd' ex bono cultu sed theosebian, quod ex dei cultu compositũ resonat, dicere maluerunt.* Vtrumlibet *autem horum nos*

uno uerbo enunciare non possumus. Quae itaq; latria graece nuncupatur & latine interpretatur seruitus, sed ea qua colimus deum, uel quae trescia graece, latine autem religio dicitur, sed ea quae nobis est erga deum, uel quam illi theosebian. Nos uero non uno uerbo exprimere? sed dei cultum possumus appellare, hanc ei tātū deo deberi dicimus qui uerus est deus, facitq; suos cultores deos. Quicunque igitur sunt in coelestibus habitationibus īmortales & beati si nos non amant, nec beatos esse nos uolunt, colēdi utiq; nō sunt. Si autem amant & beatos uolunt, profecto inde uolunt unde et ipsi sunt. An aliunde ipsi beati, aliunde nos? Est etiam notandum apud diuinum Bonauēturam. Qd' licet latria notificetur per cultum siue per seruitutē, ut dicatur latria esse seruitus siue cultus deo debitus & ista duo quasi pro eodē accipiuntur, differunt tamen secundum propriam acceptionem. Cultus enim dei respicit actum interiorem & exteriorem & magis interiorem quam exteriorem, Seruitus autē proprie respicit actum exteriorem. Et ideo cū latria de ratione sui uocabuli idem sit quod seruitus secūdū quod exponit Augusti. in lib. de trini. Latria proprie recipit actū exteriorem. Theosebia uero uel Eusebia idē est quod cultus diuinus siue bonus cultus. et ideo proprie respicit actum interiorem. Et quoniam uirtus quae respicit actum exteriorē uersatur quodammodo circa actionem, & est in genere uirtutis cardinalis, hinc est quod latria est uirtus cardinalis. Et quia considerat actum exteriorem sub ratione debiti et incomparatione ad alterum. & hoc est ipsius iustitiae. Ideo latria continetur sub uirtute cardinali quae quidem est iustitia. Rursus quia species iustitiae secundum quod ordinatur ad uenerandam naturam superiorem est ipsa religio si-

Theosebia quid

S. Bonauētura. 3. dis. 9. q. 9

Cultus dei quid

Latria est uirtus cardinalis

Religio quid

Tullius — cut dicit Tullius. hinc est quod latria non solum est in genere uirtutis tanquam in genere remoto, Sed in genere urtutis cardinalis tanquam in genere subalterno, in genere uero iustitiæ sicut in genere propinquo, in genere uero religionis sicut in genere proximo. Et hoc est quod dicit Augusti. de ciui. dei. lib. 10. ca. 1. Vbi dicit quod idem est apud græcos latria quod apud nos religio, excepto quod nomen religionis est in plus. Vnde ibidem dicit quod cultus deo debitus quatuor nominibus nuncupatur duobus apud græcos, & duobus apud nos. Apud græcos nanque dicitur latria & theosebia siue eusebia. Apud nos uero dicitur pietas. & religio. Ita quod ista duo nomina respondent istis duobus, licet quodammodo sit in plus quantum ad modum consuetũ differunt autem latria et theosebia secundum propriam acceptionem licet aliquando accipiantur pro eodẽ, quia theosebia dicit cultum interiorem, qui proprie spectat ad uirtutes theologicas. Sed latria seruitutem exteriorem, quæ spectat ad iustitiam. s. uirtutem cardinalem. Cõcedẽdũ est ergo latriam esse uirtutem cardinalem. Concedenda etiam sunt argumenta hoc probantia.

Latria in quo genere est

Nomina 4. diuini cultus Apud Augustinum

Nõ est Angelorũ religio — Angelicos autem spiritus nolle se hac religione coli, theologus Ioãnes etiam angelo protestante testatur. Inquit & dixit mihi angelus, Hæc uerba dei uera sunt. Et cecidi ante pedes eius ut adorarem eum. Et dixit mihi uide ne feceris conseruus tuum sum & fratrum tuorum habentiũ testimonium Iesu deum adora idem refert cap. 22. & Deutero. 6. & Paulus Colossen. 2. Nemo uos seducat in religione Angelorum. Qui uero angeli propriam sibi uenerantẽ concupiscunt religionem, proculdubio apostatantes a deo sunt magni superbique spiritus & non angeli dei. Ita ut etiã

Apoca. 19

Deuter. 6

Paulus

hoc solo ambitus uitio, indigni penitus sint ulla ueneratione, quanto magis, quia a principio homicida fuit eorũ princeps, qui consensum præbuerunt ei. Excidit ergo lucifer & omnis eius satellitum impia caterua cecidit, neqũ à dei gratia, sed quoq; indignus factus omni honore, unde in felix gentilitas, quæ spreto deo uero, præstituit sibi deos uenerari, aduersarios uerius diuinitatis, & impietatis omniumq; scelerum incentores dæmonas, quos sacrificijs propitiare tentabant, Heu malum ingenium? Heu humano generi tristabile infortunium? eas litando uelle placare, à quibus malorum omnium, scelerum, uitiorum, dedecorum infortuniorum, mortis, ruinæ, miseriæ, rixarum, cædum, deniq; insipientiæ, omne exarsit inter homines incentiuum, & offendiculum. Sanctus autem Thomas. 22. q. 81. confirmans prædicta de religione. Inquit primo quod religio omnibus alijs præfertur uirtutibus moralibus, quia magis de propinquo accedit ad deum omnium uirtutum finem. 2. astruit quod cæteris imperat uirtutibus, quoniam uirtus ad quam pertinet finis, uirtutibus imperat, ad quas pertinẽt ea quæ sunt ad finem. 3. omnia per quæ Deo reuerentiam exhibetur ad religionem pertinent. 4. duo ad religionem pertinent dei cultus ut materia & obiectũ & deus ipse ut finis, intellige, qa utrunq; horum finis est, sed ordinati sunt, quanuis proprie cultus dei sit aut prima forma aut actus primus religionis .i. essẽtiæ eius potior piorq; pars. 5. inquit, q. 83. Religio est in uoluntate & ita ordinat actus aliarum potentiarũ ad dei reuerentiam. 6. habet quoq; actus interiores qui sunt principales & per se, actus autem exteriores quasi secũdarios et ad priores ordinatos, concludit. 7. qd' nos religione deo reuerentiam exhibemus, non propter seipsum, quia in

quæ Thomas de religione astruat

2

3

4

5

6

7

seipso est gloria plenus cui nihil adijci potest. Sed propter nos, quia uidelicet per id quo ueneremur deum & honoramus, mens nostra ei subijcitur, & in hoc eius perfectio consistit, quælibet enim res perficitur per hoc qd' subditur suo superiori (ut testatur Donysius) *sicut corpus per hoc qd' uiuificatur anima, & aer qui illuminatur a sole. Mens autem humana indiget sensibiliũ manuductione ad hoc ut deo coniungatur, quia inuisibilia per ea quæ facta sunt intelle-*
Roma.1. *cta conspiciuntur.* Et *ideo in diuino cultu, necesse est aliquibus corporalibus uti, ut eis quasi signis quibusdam mens humana excitetur ad spirituales actus quibus deo coniungitur, & ideo religio habet spirituales & interiores quasi principales & per se ad religionem pertinentes, exteriores uero actus quasi secundarios & ad interiores actus ordinatos hæc ille.81.q.artic.7*

Cap. 26. Di*ssoluens cratonis rationem de contẽptu mundi per diui* Ioa*nnis responsionem.*

In *capite.5. subducebant* Pla*tonici cratonẽ philosophũ de contemptu mundi disputantem, atq; certa quadam experientia demonstrantem, uidelicet quasdam gemmas dirupisse fragmentis minutis in conspectu populorum maximi tamen pretij erãt illæ gemmæ.* E *quo facto mirum in modum buccinabant philosophi, gloriantes quoq; de eorum philosophia, quæ cuncta despiceret etiam hominibus desideratis-*
Cõfutatio *sima. Sed possent anaxagoræ tradere exemplum, magnum auri pondus in mare iactantis ut expeditius philosopharetur, aut quorundam aliorum aliorum. Quibus paucis chiliades nostrorum philosophorum in* Chri*sti scholis studentium plurimas opponere possem, qui saniori consilio non opes tantum, aut aurum argentumq; margaritasq; reliquerunt.*

rũt. Sed urbes, prouincias, regna, imperia, magistratus, parentes, amicos, natos, & seipsos tandem abiecerunt, nõ ob inanem iactabundamq; philosophiam consectandam, sed ut regno potirentur cœlesti, quod est, ut essent fœlices perpetuo immortalesq;. Neq; omnino laudari potest mundi contemptus philosophorum, qui sine fine recto, certa decoraque actione carens, tantum ore laudatur. Risum etiam continere nequeo, dum cynicos mundi contemptores, uelut canes platea latrantes in dolio conspicio, sed irascens stomacatus sum in illos. Quibus cum mundi contemptu, placuit beluarum esse salaces protelarios. Hominum nephandum genus, dũ uitio cõtra uirtutẽ pugnantes hos improbos philosophos in theatro multorũ populorũ audio. Hiccine mũdi contemptus est ab ethnica philosophia intrusus in arce Mineruæ. Ariopagum noto simulq; doctas tota insipientia Athenas. At quæ maior mũdi huius gloriæ aucupatio, quã per eius mundi philosophicum contemptum, quem follibus simillimum nouimus esse, uẽto plenum inanissimo circeoq; quo puluere obcæcatur homo miser. i. philosophica falsitate, & uelut amens huc illuc retorquetur ui eminus pulsus, ut corruẽs cõminuatur infatuatus homo, scopulis errorum illisus pluribus, per hunc philosophicum mundi cõtemptũ. Ioannes ergo theologus cratoni ostentanti mundi uaniloquum contemptum sic respondit. Stultus ait, est iste mundi contemptus, qui hominum ore laudatur. Sed condemnatur diuino iudicio. Sicut. n. uana est medicina, ex qua nõ abscinditur morbus, Ita uana doctrina est, ex qua non uitia curantur animarum & morum, Magister itaq; meus iuuenem cupientem ad uitam æternam attingere, his uerbis instruxit, quibus diceret, ut si uellet esse perfectus, uẽderet omnia sua

Contra Cynicos

Ioannis theologi Responsio

Christus

& daret pauperibus, quo facto thesaurum in cœlo acquireret, & uitam quæ finem non habet inueniret. Voluit autem Craton philosophus, post hoc responsum, uisoq; miraculo baptizari atq; contemptum mundi uerum in Christi uera philosophia sectari, quod à sancto Ioãne facile obtinuit. Itaque philosophorum iactabundus solũq; uerbalis mundi cõtemptus abominatio est coràm domino. Ille autem uerus solus est quem Christus docuit suos. Si uis perfectus esse unde & uende quæ habes omnia & da pauperibus, superadddit quod perfectionis est, & inquit & ueni & sequere me. Non sola ergo rerum mundi despectio, sed Christi sequela uerum reddit mundi contemptum. Vnde & beatus Hieronymus super Matth. 12. Inquit. Et quia nõ sufficit tantum relinquere, iungit quod perfectum est. Et secuti sumus te fecimus quod iußisti. Nõ dixit tantum qui reliquistis omnia. hoc enim & socrates fecit philosophus, et multi alij diuitias contempserunt. Sed qui secuti estis me, quod proprie est philosophorum & discipulorum apostolorumq; Christi atq; credentium. Cum enim res mũdi huius largitus fuerit dominus hominibus, ut illis bene utantur propter dominum non contra nec supra. Sed infra atq; ad illum, Equidẽ illarum quoq; contemptus nisi dirigatur in deum obliquus erit & inrationalis. Odio habendus est mundus sed propter deum, quoniam inquit deo dilectus Ioannes. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Siquis diligit mundum, non est charitas patris in eo, quoniam omne qđ est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ non est ex patre, Sed ex mundo est. Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit uoluntatem dei, manet in æternum. Itaq; est ua-

Craton baptizatur

Matth. 19

Hierony.

Ioãnes prima. 2

na philosophorum ostentatio de mũdi contemptu, quoniã re uera non contemnebant, quem omnino sectabantur. Glo*riã enim mũdi huius ex illo aucupari nitebantur. qua de re, stultitia uere erat, quam mundi abiectionem nuncupabant, hiabant enim auro maiori, aut magistratui deniq; uel hominum plausui. Si minorem auri numerum cõtemnebant, piscandi fallax genus erat, piscandi inquam non homines, ad uirtutẽ, rethe sapiẽtiæ cõclusos attrhaere. Sed uitia hoc palliolo tegentes propria, quæ hominum erãt honores, bona, gloriam, dignitatesq; subripere, sibiq; ipsis conferre. Mores quippe cum doctrina pugnabant ut prædictum est. Ideoq; ex ijs animi desideriũ hypocritæ satis ãnũciabatur.*

Cap. 27. *De gentilibus paganis negantibus Deũ quenquam purificare.*

Quoniam autem solent cum irrisione dicere aduersum nos pagani quod ipsi nos decipiamus qui putamus crimina quæ opere cõmissa sunt, uerbis posse purgari, & aiunt. Nũ*quid potest qui homicidium cõmisit, homicida non esse, aut adulter non uideri, qui adulterium perpetrauit? Quomodo huiuscemodi criminum reus, sanctus uobis effici uidetur et purus? Sed ad hæc, ut dixi melius fide quam ratione respon deo.* Rex *enim est omnium qui promisit,* Terr*æ cœliq; dominus est, qui hæc pollicetur.* Vis *ut ei qui me hominem ex terra fecit, non credam quod ex criminoso me faciat innocentem, & qui me cũ essem cæcus fecit uidere, uel cũ essem Surdus audire me fecit, qui mihi claudo reddidit gressum, innocentiam mihi perditam non poterit reparare?* Et tamẽ *ueniamus ad ipsius naturæ testimonium.* Occidere hominẽ *non semper criminosum est, sed malitia, non legibus occidere criminosum est.* Non *ergo factum me in talibus, quia in-*

Obiectio paganorũ

Solutio

terdum & recte fit, sed animus male consulens damnat. Si ergo animus in me, qui criminosus effectus est & in quo origo fuit uitij corrigatur, cur tibi non uidear posse innocens effici, qui prius fueram criminosus? Si enim ut supra ostendimus constat quod non in facto, sed in uoluntate sit crimen. Sicut mala uoluntas authore malo dæmone peccato me & morti fecit obnoxium, ita bona uoluntas mutãte authore bono deo innocẽtiæ me reddit & uitæ. Similis causa in cæteris criminibus. Et hoc modo fides nostra non inuenitur naturalibus rationibus aduersari, dum remißio peccatorum non gestis quæ mutari non poßunt, sed animo quẽ de malo in bonum uerti posse certum, deputatur. Vnus au-
Iob.14 *tem ex uestris sapiẽtibus licet apprime fidelis, inquit, quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nõne tu qui solus es. Aut ita deo aduersos esse uultis, ut quod ille creatis a se rebus conceßit a semet, posse, depellat. Enĩ uero aquis, purgare corpora sordida, ceßit, ignis illo præstante purgat aurum, depurat argentum, & tamen inuidetis illi si factor est animarũ ut eas purificare ualeat. Potest artifex, quam finxit statuam aut picturam puluere tectam, uel obsessam carie tineaq; corrosam, flabello excutere aut scalpere ferro, Non ualebit omnipotens omnium artifex expurgare quam format animam, imaginem similitudinẽq;*
Serpens *suam? Serpens stricto foramine uetustatẽ exuit, induit iuuẽ-*
Aquila *tutem. Aquila desuper irruens aquis iuuenescit. Aquis hau-*
Ceruus *stis esoq; serpente ceruus renouatur. Et uos humano inuidentes semini, uobis ipsis quoq;, deoq; obsistentes. Illi infir-*
Psal.102 *mitatem, deo impotentiam mauultis inesse. At sanctus, in-*
Psal.41 *quit, propheta renouabitur ut aquila iuuentus tua, & quẽadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Ita desi de-*

rat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontē
uiuum. Vos igitur admonet sapientißimus uidētium, ad do Psal. 36
minum leuare oculos uestros. Reuela domino uiam tuam,
spera in domino, & ipse faciet, & educet quasi lumen iusti
tiam tuam, et iudicium tuum quasi meridiem, subditus esto
domino & ora eum. Illumq; obsecrate cū sancto. Cor mū- Psal. 50
dum crea in me deus & spiritum, dicite, rectum innoua in
uisceribus meis. Nolite ueritatem dei in iniustitia detinere.
Sentite de deo in bonitate. Apprehendit dei disciplinam ne
quando irascatur dominus & pereatis de uia iusta. Cur abi Sapien. 1
tis post idola uana? quæ os habent & non loquentur, ocu- Psal. 2
los habent & non uidebunt. Aures habent & non audiēt,
nares habent & non odorabunt. Manus habent & nō pal
pabunt, pedes habent & non ambulabunt, & non clama- Psal. 113
bunt in gutture. Vos autem similes illis eritis, si ea sectemi
ni aut in illis cōfidatis, cœci, muti, claudi, surdi, tandēq; nō
homines, sed uel bruta, aut quidem inanimes stipites. Veni
te igitur ad Christum dominum, ad quem accedentes ange
li magis illuminantur iustificātur magis magisq; beatificā Ephe. 1
tur, quoniam per ipsum instaurantur omnia quæ in cœlis et Ephe. 4
quæ in terra sunt, qui ascendit super omnes cœlos ut imple Apoca. 1
ret omnia. Ipse etiam lauit nos in sanguine suo. Nēpe facti Treno. 4
sunt nazaræi eius candidiores niue nitidiores lacte, rubi-
cundiores ebore antiquo, Sapphyro pulchriores.

Cap. 28. Vltima confutatio philosophorū, & lau datur poetarum theologorum antiqua opinio de iustitia.

Melius antiquiores theologi (quos poetas appellant) opinati sunt quam philosophi. Asserebant enim iustitiā re- gnāte Ioue astra petisse, fugisse terras, desiisse mortales. Hi planè intellexerunt abesse hanc à rebus humanis, eamq; sin

Opinio poetarum Cum La- ctantio

xerunt offensam uitijs hominum cessisse terra, in cœlumq; migrasse, atq; ut docerent quid sit iuste uiuere. Solent enim præcepta per ambages dare, & à saturni temporibus, quæ illi uocant aurea, repetunt exempla iustitiæ, narrantq; in quo statu fuerit uita humana, dum illa in terra moraretur. Quod quidem non pro poetica fictione, sed pro uero habendum est. Saturno enim regnante nõdum deorũ cultibus institutis, nec dum illa gente ad diuinitatis opinionem consecrata, deus utiq; colebatur. Et ideo non erant neq; dissensiones, neq; inimicitiæ, neque bellá. Nondum uesanos rabiens nudauerat enses, ut germanicus Cæsar in arateo loquitur carmine. Nec consanguineis fuerat discordia nota. Immo nec alienigenis quidẽ. Sed neq; ulli omnino gladij, qui nudarentur, fuerunt. Quis enim præsente ac uigente iustitia, aut de tutela sui cum nemo insidiaretur, aut de pernicie alterius cogitaret, cum nemo quicquam concupisceret? Malebant tenui contenti uiuere cultu, ut Cice. in suo narrat, qd' est proprium nostræ religionis. Ne signare quidẽ aut partiri limite campum phas erat, in medium quærebãt. Quippe cum deus cõmunem omnibus terram dedisset, ut cõmunem degerent uitam, non ut rabida & furens auaritia omnia sibi uendicaret, nec ulli deesset quod omnibus nasceretur. Quod poetæ dictum sic accipi oportet non ut existimemus nihil omnino tunc fuisse priuati, sed more poetico figuratum, ut intelligamus tam liberales fuisse homines, ut natas sibi fruges non includerent nec soli absconditis incubarent, sed pauperes ad cõmunionem proprij laboris admitterẽt. Flumina iã, lactis, iam flumina nectaris ibant. Nec mirum cum promptuaria iustorum benigne paterent omnibus, nec auaritia intercipiens beneficia diuina famem. si-

Aurea saturni tempora

Saturnus rex

Vesus

Versus

Cicero.

Poetæ sententia

Versus

timq́; uulgo faceret. Sed omnes æqualiter abundarent, cum habentes non habentibus large copioseq; donarent. Sed postquam saturnus à filio Pulsus, in latiūq; delatus est, Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis. Cum iam populus uel noui regis metu uel quia sponte deprauatus deū colere desiisset, regemq́; pro deo habere cœpisset, cum ipse propemodum parricida exemplo cæteris esset ad uiolandā sub Ioue pietatem. Deseruit propere terras iustißima uirgo. Sed nō ut ait Cice. Et iouis in regno cœliq́; in parte resedit. Quomodo enim poterat in eius regno residere aut cōmorari, qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exulem toto orbe iactauit? Ille malū uirus serpentibus addidit atris, Prædariq; lupos iußit. i. odium & inuidiam, & dolum hominibus inseruit ut essent tanquam serpentes uenenati, tam rapaces quam lupi. Quod quidem uere faciunt hi qui iustos, ac fideles deo persequuntur, dantq; iudicibus sæuiendi aduersus innoxios potestatē. Fortasse aliquid huiusmodi iupiter fecit ad expugnandam tollendamq́; iustitiam, & ideo efferasse serpentes ac lupos acuisse traditur. Tum belli rabies & amor succeßit habendi, neq; immerito. Sublata enim dei religione, boni quoq; ac mali scientiā perdiderūt, sic hominibus intercidit cōmunitas uitæ, & dirēptum fœdus societatis humanæ. Tum inter se manus inserere cœperunt, & insidiari & gloriam sibi ex humano sanguine cōparare. Hæsiodus autem poeta, uisus est iustitiæ fugam e terris ad sidera propter hominum uitia dare carmine cantans. Iustitiæ sacra iura domant genus omne malorum, illa quidem uirgo est supero ioue nata parente. Nomine clara suo, cœtu ueneranda deorum. Quam siquis uiolet, lachrymās sua fata parentis, It iouis ante pedes, et lamentabi

Iouis impietas
Versus
Idololatria
rege
Versus
Cicero
Versus
Iouis iniustitia
Hesiodus
Versus

le fundens humanos quæritur mores, at debita poscit supplicia in populos. Sunt autem hæc poetarum similia quidē ueris poemata. Nempe primi hominis peccata astra petit iustitia illa originalis qua sola poterat sibiipsi dominari homo superante ratione diuino tamē aspirante fauore, qui eidem aßistebat, Et tum deo obtemperanter obsequi, qua cōmorante in terris aurea protinus illa fuissent secula solaq; in terris dominata fuisset innocentia. Et quanuis diuino dubia uideatur Ambrosio uirtus. An uidelicet fuisset, Si Adā non peccasset (libro de paradiso ca. 8. inquit, non enim cōsisteret peccatum, nisi interdictio non fuisset. Non consistente autem peccato, non solum malitia, sed etiam uirtus fortasse non esset) uerum tamen, nec ipse solus opinatur uirtutes, quæ sint circa paßiones, sed etiam quæ circa sunt actiones, & ideo a iustitia originali operatiuæ effluxissent uirtutes li cet non in gradu perseuerantiæ, aut continentiæ, Sed quidē tūc omnes fuissent heroicæ. Itaq; reuersa cœlum iustitia ob peccatum primi adopificem deum, qui eam creauit. Amplius non inuisit terras toto suo redimita imperio, nisi cū Christus uenit habitare terras uisereq; humanum genus, cuius & misereretur, atque mortalibus illam impartiret denuo iuxta mensuram magnanimitatis suæ, propterea sanctus de illa præcecinit propheta. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis donec auferatur luna, quamobrem & hic iustitiæ restitutor, iustus dei, anthonomasia solet appellari quadam, in diuinis eloquijs. Esaias, inquit prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt. Sophonias. 3. inquit dominus iustus in medio eius, non faciet iniquitatem, iterum sanctus ait propheta Esaias. 45. rorate cœli de sup, et nu-

Expositio melior poetarum

Ambrosius

A iustitia originali uirtutes egressæ fuissent

Psal. 71

Esaias. 51

Sophōias

Esaias

bes pluant iustum, aperiatur terra, et germinet saluatorem, unde & ecclesia in qua ipse præerit caput uerissimum uiuificansq;, iusti ciuitas nuncupabitur, Esaias inquit, post hæc uocaberis ciuitas iusti, quoniam iustitiam discent habitatores terræ per eum, sicut eandem per ipsum susceperunt. Si igitur iustitia uera, optima, ut theologi illi antiqui poetæ, licet imperfecte dixerunt, ueritas tamē habet, petit deum fontem suum, unde deriuata est propter primorum peccatum parentum, neq; nisi per Christum, qui solus iustus est perfectissime, hominibus largiatur, quid laborãt ergo in uanum philosophi, uelle iustos facere homines sui uirtutibus moraliq; philosophia? quæ tantum obscuræ sunt picturæ uirtutum, iustitiæ & sapientiæ dei. Non autem inficimus propter hæc, antiquioribus sanctisq; patribus illis quos supra reteximus fuisse collatam iustitiam. Quinimmo ut etiã præscripsimus, iusti facti sunt & iustificati hi omnes et pleriq; alij. Sed p Christum præuisum, quoniã impossibile est participare perfectionem in aliquo eminenter contentam, nisi per accessum ad ipsum, eiusq; influxum analogicæ impartiatur. Est autem Christus & eminenter iustus & uirtualiter iustus atq; meritorie iustus, et exẽplar iustitiæ. itaq;. 4. his modis nostræ est ipse author iustitiæ, fuit, & semp erit.

Esaias ca. primo

Conclusio ex dictis

Cauilli remotio

Christus 4. modis iustus & causa iustitiæ

Cap. 29. Confirmatio prædictorum ex Ambrosio, & primo quod non est uera uirtus sine dei uero cultu.

Sacer diuinusq; & illustris toto christiano orbe Ambrosius, dictis confirmationem perhibet, lib. 1. de uocatione gentium. Omnes homines in primo homine sine uitio conditi sumus, et omnes naturæ nostræ incolumitatem eiusdem hominis præuaricatione perdidimus inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis animiq; corruptio, inde peccato

Ambrosi.

In Adam ante peccatũ eramus oẽs sine

Mors à peccato euenit

ignorantia & difficultas curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, Timor uanus, amor noxius, iniusta gaudia, pœnitenda consilia, et nō minor miseriarum multitudo quam criminum. his ergo atq; alijs malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, spe relicta, intelligentia obcæcata, uolūtate captiua, nemo in se unde repararetur inuenit, qa etsi fuit qui naturali ītellectu conatus sit uitijs reluctari, huius tantum tēporis uitam steriliter ornauit, ad ueras autē uirtutes æternamq; beatitudinem non proficit. Sine cultu enim ueri dei, etiam quod uirtus uidetur esse, peccatum est nec placere ullus deo sine deo potest. Qui uero deo nō placet, cui nisi sibi & diabolo placet? à quo cum homo spoliaretur, non uoluntate, sed uoluntatis sanitate priuatus est. Quia nec detrudi ab innocentiæ statu posset, nisi uoluntate peccaret. Quæ ergo natura erat bona, qualitate facta est mala, & ille animi motus, qui nunquam potest sine aliquo esse amore, hoc est sine aliqua uoluntate, nō perdidit appetitum, sed mutauit affectum, id recipiens desiderio quod debuit refutare iudicio. Cum igitur homo ad pietatem redit, de quo ideo dictū est, Spiritus uadens & nō rediens. Quia nisi illum deus conuerteret non rediret non fit nouum figmentum, nouaq; creatura, nō alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat labefacta, reparatur. Nec aliud ab eo aufertur, nisi uitium quod natura non habuit. Fuit enim in Adam natura sine uitio, qui per uoluntatis inobedientiam mala multa contraxit, & in posteros magis magisq; multiplicanda transfudit. Quæ ut uincantur atq; in nihilum deducantur, non efficit nisi gratia saluatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sicut enim dicit Ioannes Apostolus, in hoc apparuit filius dei, ut soluat opera diaboli. Et si

Vera uirtus sine dei cultu uero non est

Peccatum non tollit uolūtatem sed sanitatē animæ

Psal. 77

1. Ioan. 3

cut rumpit uincula captiui, sic uestit nuditatem spoliati, sic sanat uulnera sauciati, ut quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Cui utiq; contra hostem suũ nõ expedit sine protectore confligere. Cum illo enim habet certamẽ, à quo aliquando superatus est. Nõ *ergo fidat de uiribus suis, quæ etiam cum essent integræ non steterunt, sed per illũ quærat uictoriam, qui solus non est uictus & omnibus uicit.* Et *si quærit non dubitet quærendi affectum ab illo se accepisse quem quærit.* Nec *quia spiritu dei, ideo se putet liberum arbitrium non habere, quod ne tunc quidem perdidit quando diabolo uoluntate se dedit, à quo iudiciũ uoluntatis deprauatum est, non ablatum.* Quod *ergo non interfectum est p uulnerantem, non tollitur per medentem.* Vulnus *sanatur non natura remouetur.* Sed *quod in natura perijt, non restituitur, nisi ab authore naturæ.* Dicit *dominus, & disponã domui* Israel, *& domui* Iudæ *testamentum nouum, nõ secũdum testamentum quod disposui patribus eorum in die quæ apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra* Aegypti, *quia ipsi non perseuerauerunt in testamento meo, et ego eos neglexi dicit* Dominus, *quia hoc est testamentum quod disponam domui* Israel *post dies illos, dicit dominus.* Dabo *leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorũ scribam eas, & ero illis in deum, et ipsi erunt mihi in populũ.* Et *non docebit unusquisq; proximum suum, & unusquisq; fratrem suum, dicens.* Cognosce *dominum quia omnes cognoscent me à pusillo eorum usq; ad magnum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum memor non ero.* Et *dabo illi uiam alteram & cor aliud ut me timeant, omnes dies in bonum ipsis et filijs eorum post eos, et constituam illis testamentũ æternum quod nõ auertã post*

Liberũ arbitrium

Hierem. 31

eos, & timorem meum dabo in cor eorum ne discedant à me, & uisitabo eos ut bonos eos faciam. Per Esaiam quoque de gratia sua dominus qua ex omnibus hominibus no-
Esaias. 43 *uam creaturam facit, eadem prænunciat dicens.* Ecce faciā *nouæ quæ nunc orientur, & cognoscetis ea & faciam in deserto uiam, et in sicca terra flumina.* Benedicēt me bestiæ *agri, siren et filiæ struthionū, quod dederim in deserto aquā & flumina in sicca terra ad potandum genus meum electū populum meum quem mihi acquisiui, ut enarrent uirtutes*
Esaias. 45 *meas.* Et iterum, *per meipsum iuro, nisi exibit de ore meo iustitia, & uerba mea non auertentur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua deo.* Si ergo impoßibile est ista non fieri quia nec incerta præscientia dei est, nec mutabile consilium, nec inefficax uoluntas, nec falsa promißio, omnes isti de quibus hæc prædicta sunt, sine cuiusquam exceptione saluātur. Dat enim leges suas in sensū ipsorum, easq; in cordibus eorū digito suo scribit, ut agnitionem dei, non doctrinæ humanæ opere, sed magisterio
1. Corin. 3 summi eruditoris accipiant. *Quia neq; qui plātat, neq; qui rigat, est aliquid, Sed qui incrementum dat deus.* Omnes hi à pusillo usq; ad magnum cognoscunt deum, quia ut uenirent ad Christum, à patre audierunt atq; didicerunt, omnes educti ab errore, diriguntur in uiam uitæ, omnibus corde mutato recta sapere & recta uelle donatur, omnibus timor quo in mādatis dei erudiantur inseritur. Fit in deserto uia, & terra arrida fluminibus irrigatur, ut qui prius ad confitendum deum os non aperiebant, & uelut muta atque irrationabilia animalia in feritatem transierant bestiarum, diuinorum eloquiorum fontibus mundati, benedicunt & laudant deum enarrantes uirtutes & mirabilia misericordiæ

eius, qui elegit eos & in filios adoptauit, ac noui testamēti fecit hæredes. Si autem (ut apostolus loquitur) hominis cō firmatum testamentum nemo spernit aut superordinat, quo modo fieri potest ut ex ulla parte diuina promissio resolua tur? Manet prorsus & quotidie impletur quod Abrahæ do minus sine conditione promisit, sine lege donauit. Quia & si quidam, quibus hæc prædicata sunt, non crediderunt, in credulitas eorum fidem dei non euacuauit. Est. n. deus ue rax, omnis autem homo mendax. Et illi quidem, qui audito euangelio credere noluerūt, inexcusabiliores facti sunt, quā si nullum præconium ueritatis audissent. Sed certum est eos apud præscientiam dei Abrahæ filios non fuisse, nec in illo rum sorte numeratos, de quibus dictum est. Benedicentur in semine tuo, omnes tribus terræ. Credituros enim promi sit qui dixit. Et non docebit unusquisq; suum, et unusquisq; fratrem suum, dicens. Cognosce dominum, quia omnes co gnoscent me à pusillo eorum usq; ad magnum. Reconcilian dos promisit, qui dixit, propitius ero iniquitatibus eorū et peccatorum eorum memor non ero, Obedituros promisit, qui dixit. Dabo illis uiam alteram & cor aliud ut timeant me omnes dies Perseueraturos promisit, qui dixit. Timorē meum dabo in cor eorum ne discedant à me, et uisitabo eos ut bonos eos faciam. Postremo omnes sine cuiusquam exce ptione promisit, qui dixit. Per memetipsum iuro nisi exibit de ore meo iustitia, & uerba non auertentur, quia mihi fle ctetur omne genu, & confitebitur omnis lingua deo.

Heb. 9
Roma. 3
Gene. 18
Hierem. 31
Esaias. 45

Cap. 30. *Ex Ambrosio lumine uirtutem indige re diuino, & quod uera uirtus sit à Deo & de imagine dei per uirtutem.*

Ex libro de Archa Noe ca. 19. examerõ. 6. & episto-

Cum Ambrosio Examerō la. 84. ad prædictorum confirmationem, adhuc Ambrosiana quædam mella dulcißima, hoc paruulo nostro alueari, legendo, in mittimus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram quis hoc dicit? Nónne deus qui te fecit? Quid est deus? caro, an spiritus? Non caro utiq; sed spiritus, cuius similis caro esse non potest, quia ipse incorporeus & inuisibilis est, caro autem & comprehenditur & uidetur. Cui dicit? Non sibi utiq;, quia nō dicit faciam. Sed faciamus. Non angelis, quia ministri sunt, serui autem cum domino, & opera cum authore nō possunt operationis habere consortium. Sed dicit filio, etiam si iudæi nolint, etiā si Arriani repugnent. Sed & Iudæi cōticescant, et Arriani cum suis paribus obmutescant, qui dum unum à consortio diuinæ operationis excludunt, plures inferunt, & prærogatiuam quam filio negant seruulis donant. Sed esto ut adminiculo seruulorum ad operandum deus uobis indiguisse uideatur. Si operatio cōmunis est, cum angelis deo, nūquid deo & angelis imago cōmunis est? Nunquid angelis diceret, faciamus hominem ad nostram imagnem & similitudinem? Sed qui sit imago dei, audi dicentem. Qui eripuit nos (inquit) de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij charitatis suæ, in quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum, qui est imago dei inuisibilis, & primo genitus uniuersæ creaturæ. Ipse est imago dei patris. q semper est et erat in principio. Deniq; imago est qui dicit. Philippe qui uidet me uidet & patrem, & quō tu, cum imaginem uiuam patris uiuētis uideas dicis, ostende nobis patrē? Non credis, quia ego in patre et pater in me est? imago dei uirtus est non infirmitas, imago dei sapientia est, & imago dei iustitia est. Sed sapientia diuina est sempiterna iustitia,

Quod uirtus Sit a deo

Cōtra hæreticos

Coloss. 1

Filius imago patris

Ioan. 14

imago dei est solus ille qui dixit. Ego et pater unum sumus ita habens similitudinem patris ut diuinitatis & plenitudinis habeat unitatē. Vbi dicit faciamus, quomodo inæqualitas? cum iterum dicat ad similitudinem nostram, ubi est dissimilitudo? sic & in euangelio ubi dicit. Ego & pater, utiq; non una persona est. Vbi autem ait, unum sumus, nulla est discrepantia diuinitatis aut operis. Nō igitur in utroq; una persona, sed una substantia est. Et bene addidit, sumus, quia semper esse diuinum est, ut coæternum credas quem putabas dissimilem esse. Aeternus est enim, de quo dicit Moyses. Qui est misit me. Pulchre etiam illud præmisit. Ego et pater. Nam si patrem præmisisset, tu minorem filium iudicares. Sed præmisit filium, quem non conuenit credi patre superiorem. Adiunxit patrem, ut aduertas deum patrem et filium eius ordinis præiudicio non teneri. Attende (inquit) tibi soli. Aliud enim sumus nos, alia sunt nostra, alia quæ circa nos sunt. Nos sumus, hoc est anima & mens. Nostra sunt corporis membra et sensus eius, circa nos pecunia est, serui sunt, & uitæ istius apparatus. Tibi ergo attende, & temetipsum scito, hoc est non quales lacertos habeas, non quātū corporis fortitudinem, nō quantas possessiones, quā tam potentiam. Sed qualem animam ac mentē, unde omnia consilia proficiscuntur, ad quam operum tuorū fructus refertur. Illa est enim plena sapientiæ, plena pietatis atq; iustitiæ, quoniā omnis uirtus à deo est. Cui dicit deus. Ecce ego Hierusalem pinxi muros tuos. Illa anima à deo pingitur, quæ habet in se uirtutum gratiam retinentem, splendorēq; pietatis, illa anima bene picta est, in qua elucet diuinæ operationis effigies. illa anima bene picta est, in qua est splendor gloriæ, & paternæ imago substantiæ. Secundum hanc

Ioan. 10

Exodi. 3

Vota

Virtus à deo est dei que pictura

imaginem quæ refulget pictura pretiosa est. Secundum hāc imaginem Adam ante peccatum, sed ubi lapsus est, deposuit imaginē cœlestis, sumpsit terrestris effigiem. Sed fugiamus hanc imaginem, quæ intrare ciuitatem dei non potest,
Psal. 72 quia scriptum est. Domine in ciuitate tua, imaginem eorum ad nihilum rediges. Et non intrat indigna imago, & quæ
Apoca. 21 intrauerit excluditur, quia non intrabit, inquit, in eam omne cōmune, & qui facit execrationem & mendacium, sed ille intrabit in eam, cuius in fronte agni nomen scriptū est. Anima igitur nostra ad imaginē dei est, in hac totus es homo, quia sine hac nihil es, sed es terra, & in terram resolue
Matth. 10 ris. Deniq; ut scias q̃a sine anima caro nihil est. Nolite, inquit, timere eos qui possunt corpus occidere, animam autem non possunt. Quid igitur in carne præsumis, qui nihil amittis si carnem à miseris? Sed illud time, ne animæ tuæ de
Matth. 16 frauderis auxilio. Quam enim dabit homo cōmutationem pro anima sua, in qua non exigua sui portio, Sed totius humanæ uniuersitatis substātia est? Hæc est, per quam cæteris ferarū auiūq; dominaris animantibus. Hæc est, ad imaginē dei, corpus autē ad speciē bestiarū. In hac piū diuinæ imitationis insigne, in illo cum feris ac beluis uile consortium.

Cap. 31. Probans superiora de uirtutibus authoritatibus sanctorum plurium.

Basilius Diuinus Basilius homelia. 18. sup psal. 29. Dn̄e inuolūtate tua dedisti decori meo uirtutū, q̄ in expedēda uirtutū rōne triti sunt pulchritudinē aūt et robur uirtutes esse sine speculatione, cōsequētes ad eas quæ cōstant ex speculationibus. Nam cōgruentiam & harmoniam speculationum animæ, quidem sapientes pulchritudinem esse statuerunt, perfectionem autem eorum quæ ex speculatiuis uirtutibus suggerūtur.

tur, robur esse pronunciarunt. Verumtamen ut & pulchritudo animæ accedat, et uirtus ac potentia eorum quæ oportet perfectiua, diuina adhoc gratia opus habemus, quemadmodum itaq; supra dixit, quod uita est in uoluntate ipsius, sic nunc exaltat deum per gratiarum actionē dicens. In uoluntate tua, præstitisti meæ pulchritudini uirtutem ac potētiam, pulcher equidem eram secundum naturam, debilis autem, propterea quod ex insidijs serpentis per peccatū mortificatus sum, euasi, pulchritudini igitur meæ quam à te ex prima structura accepi, addidisti potētiam eorū quæ oportet effectiuam. Pulchra quidem est, omnis anima, quæ in proprriarum uirtutum congruentia conspicitur. Pulchritudo autem uera & amabilißima, quam sola purgata mens contemplari potest, circa diuinam & beatam est naturam. Cuius fulgores & gratias qui intente intuetur transumit quid ab ipsa, uelut à tinctura quadam, floridum quendam splendorem proprijs oculis affricans. Vnde etiam Moyses glorificatam faciem habuit, ex eo quod pulchritudinis illius in cōuersatione cū deo particeps factus fuit. Qui igitur uirtutē suā percipit uocē hanc gratias agentē emittit. Dñe in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutē. Isdē lib. de reg. ca. 2. Virtus est facultatū earū usus, bona adhibita mēte præceptis dñi cōueniēs, quæ boni causa data nobis à deo sunt.

Gratia dictet quemad uina requiritur aduirtutum perfectionem

Pulchritudo animæ uirtus a Deo

Exodi. 34

2. Corin. 3

Basilius

Ambrosius epistola. 84. inquit mendax de proprio loquitur. Cum autem in bonis & rectis actibus laudabilis uita ducitur, dei est quod geritur, dei est quod amatur. Omne datum enim optimum & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum.

Ambrosius dei munus & uirtus

Origenes contra celsum. 4. siquidem cum deum destituere quempiam dicimus, alium uero opere, nequaquam de

Origenes Virtus nō

est sine Deo

loco agi tunc demonstramus. Sed praui cuiuspiam animam in uitia prorsus effusam, destitutum à deo iri fatemur. Eum uero qui ex uirtute uelit et uitam ducere, siue qui in ea profecerit plurimum, uel officiose iam uiuat, arguimus planè spiritu diuino repletum, uel huius esse participem. Isdē homelia.22. in lib. numerorum ca.27. in superioribus cum de spiritalibus filijs tractaremus, uirtutes animi, & sensus mētis filios dei dici docuimus. Isdem in psal. 38. homelia. 2.

Christus est natura uirtutum

Siquidem ipse Christus est natura uirtutum, ipse enim est iustitia, quæ humano generi non in plenitudinem splendoris aduenit, quia ipse Iesus Christus seipsum exinaniuit, formā serui ut acciperet. Homelia.20. super nume. ca.25. Est itaq; uere beata soboles, ubi concubitus factus fuerit animæ cū uerbo dei, & ubi complexus ad inuicem dederunt. Inde nascetur generosa progenies, inde pudicitia orietur, inde iustitia, patientiam, mansuetudo charitas atq; omnium uirtutum ueneranda proles succedet &c.

Gregorius

Virtus nō est sine auxilio dei

Magnus Gregorius.1.regum. ca.2.li.1. Quid est ergo quod dicitur, pedes sanctorum seruabit? nisi quia debilis est omnis uirtus hominis sine auxilio cōditoris, infirma quippe humilitas nostra, dum prosperitatis fauore mulcetur, ab ineptæ letitiæ impetu prosternitur, īfirma fortitudo nostra, dum aduersitate impingitur, leuiter superatur, sed tristibus elidimur, lætis eneruamur. Cum nobis nos omnipotēs deus deserit, non cum auxilium suæ protectionis impendit, dicit ergo. Pedes sanctorum suorum seruabit. Quia omnipotēs deus infirmitatem nostram in ferendis subditorum nostrorum oneribus adiuuat, ut nos nec aduersa atterant, nec læta seducant. Tunc quidem à domino pedes nostri seruantur, cum diuino auxilio roborati, obuiantia mundi læta contē-

nimus, aduersa nulla formidamus, cum stabili patientia gratanter mala ferimus, & inconcussa humilitate sublimem animum a uana delectatione refrænamus.

Origenes homelia.20.*super nume. Donec igitur anima adhæret sponso suo, & audit uerbum eius, & ipsum complectitur sine dubio ab ipso semen suscipit uerbi, & sicut ille dixit, de timore tuo, domine in utero concepi, ita & hoc dicit, de uerbo tuo, domine in uentre concepi, et parturiui, & spiritum salutis tuæ feci super terras. Si ergo sic de Christo concepit anima, fecit filios pro quibus dicatur ad eam, quia salua per filiorum procreationem, si permanserit in fide, & charitate, & sanctitate, cũ sobrietate, etiam si prius sicut* Eua *seducta fuisse anima uideatur, infra.* Ego *uero legens apostolum, cum uenissem ad eum locum in quo dicit, qui se iungit domino unus spiritus est, & qui se iungit meretrici unum corpus est, quærebam si est aliquid aliud præter hæc, ut aut domino quis iũgatur, aut meretrici, & pro uiribus meis discutiens, profundum satis & reconditum in ijs uerbis intuebar apostoli sensum, qui ita diffinierit, quod omnis anima, aut domino coniuncta sit, aut meretrici, & intellexi quod dominum quidem dixerit uirtutes quæ Christus est. i. uerbum, sapientiam, ueritatem iustitiam, cæteraq; huiusmodi, meretricem uero omnes econtrario malitiæ species.* Hoc *etiam apud Salomonem dici intelligo in eo quod ait de meretrice, quia per fenestras prospicit in plateas, & si quem uiderit insipientium adulescentulorum, & inopem sensuum transeuntem iuxta angulos domus suæ, & loquentem in tenebris uespertinis, cum silentium fuerit nocturnũ, uel caligo noctis, mulier autem occurrit ei habens speciem meretricis, quæ facit iuuenũ euolare corda. Hæc ergo quæ*

Origenes *uirtutes sunt filiæ dei*

E*saiæ.26*

1.Timo. 2

1.Corin. 6

Nota Pau*li diuisionem immediatam*

Christus est uirtutes

dicitur meretrix, ipsa est malitia, et qui se iunxerit huic meretrici, unum corpus malitiæ efficitur. Sicut ergo qui se iungit Christo domino, iungit se sapientiæ, iūgit se iustitiæ, pietati, & ueritati, & cum his omnibus unus efficitur spiritus ita & qui se iungit huic meretrici, iungit se impudicitiæ, impietati, mendacio, et simul omnibus peccatorum malis, cum quibus unum corpus efficitur.

Virtutes uere non sunt sine cultu dei & fide

Isdem in librum Iob (si tamen eius fuerit ea expositio) propterea, inquit, post hæc uniuersa, in conclusione omniū pro uniuersorum recapitulatione adijciēs dicit, dei cultor. Quia omnem sanctitatem, & omnem iustitiam, & omne opus bonum quod uisi fuerint homines facere, nisi in dei cultura, nisi in dei agnitione atq; confeßione fecerint. Sine causa faciunt atq; superuacue. Et ut breuiter, atque audenter dicam, omnia quæcunq; fecerint homines siue in uirginitate, siue in abstinentia, siue in corporis castitate, siue in carnis suæ combustione, siue in bonorum suorum distributione, omnia gratis faciunt. Si non in fide fecerint, sine causa agunt nisi in agnitione unius ingeniti dei patris, & in cōfeßione filij eius domini nostri Iesu Christi, & illuminatione spiritus sancti gloriosi, ac uenerabilis paracleti, qui adiuuat infirmitatem nostram orationis, in quo signati sumus in die redemptionis nostræ hoc fecerint. Omnem ergo sanctitatem, et omnem iustitiam quam fecerit, qui foris est a uera dei cultura, atq; uera fide gratis facit, in perditione facit non prodest ei, non adiuuat eum in die iræ, nō liberabit eū in die interitus ad quod est testis Paulus, qui dicit. Omne quod ex fide non est, Peccatum est. Quare? quia bona uidētur fecisse non quæsita fide, non quæsita agnitione eius propter quem hoc fecerint. A quo enim accipiet mercedem? ab

Ephe. 4

Roma. 14

eo quem non requisiuit, quem non agnouit, cui nō credidit, quem non est confessus, neq; professus sicut oportuit, non accipiet ab eo remunerationem, nisi iudicium et iram ac cōdemnationem. Sicut enim qui ædificat sine fundamento, nihil proficit nisi detrimentum, & laborem & dolorem, sic similiter qui boni aliquid uidetur facere, si sine fide fecerit, nihil proficit. Sicut enim credenti omnia sunt poßibilia, ut saluetur, atq; refrigerium inueniat apud eū cui credidit, sic non credenti nihil est poßibile, neq; ut saluus fiat neq; ut refrigerium inueniat, neq; ut in uitam introeat. Non est enim mentitus qui ait. Quærite dominum & inueniet anima uestra. Quod si non quæsieritis in fide, non potestis in uitam introire. i. animæ non credentium. Sicut enim sol nisi uibrauerit super faciem terræ nullus ex fructibus eius crescit neque adolescit neq; marescit. Sic similiter nisi per fidem ueritas refulserit in animabus hominum, nunquam erunt acceptabiles coràm deo. Quod autem si sol non radiauerit sup fructus terræ, non oriuntur neq; maturescere comprobantur, Manifestum est apud Noe. Nam per annum illum quo Noe fuit in arca sol non effulsit super terram, partim sanè ab aeris turbatione coercitus, partim autem quia ab aquarum multitudine erat terra cooperta. Idcirco fructus terræ anno illo neq; germinauerunt, neq; creuerunt, neq; mature rescere cōprobati sunt, sicut in genesi scribētes asseruimus.

Bonum sine fide nihil ꝓficit

Psal. 68

Esai. 55

Dum Noe in arca sol non effulsit super terram

Hæc nanq; uniuersa diximus quia beatus Iob cum iustitiā et ueritatem haberet, etiam dei culturam, hoc est fidem deo delectabilem, pretiosam quoq; ei atq; acceptabilē habebat. Sicut enim nihil est delectabile hominibus sine luce, sic similiter nihil est delectabile, neq; acceptum deo, absq; fidei lumine. Ob hoc ergo dicit Iob dei cultor iuste ac ueraciter

colens deum. Non propter diuitias atq; pecunias. ſicut diabolus mendaciter detulit illum apud deum, ſed propter iuſtitiam ac ueritatem coluit Deum. Nihil hoc iuſtius, ac ueracius, quam ut creator uniuerſorum, ac benefactor omnium ueraciter colatur & adoretur. Nihil hoc iuſtius, neq; ueracius, quàm ut et qui eſt omnium deus & conditor atq; prouiſor, credatur ut oportet, & confiteatur & profiteatur. Nihil ergo ſuſcipit deus absq; fidei ueritate. Non enim indiget his quæ noſtra ſunt, niſi ſolis animabus noſtris in ueritate fidei perſiſtentibus, niſi ſola conſcientia noſtra in ueritate fidei ſibi confitente. Hæc nanq; ſciens beatus Iob iuſtitiã ædificauit, ueritatẽ fundauit. Sed hæc uniuerſa, dei cultura, hoc eſt fide cõcinnauit atq; texit obdulcauit atq; pfecit.

Virtutes ſine fide nõ recte fiunt

Iſdem ſuper id Matthæi. 13. non fecit illic uirtutes multas propter incredulitatem illorũ, per hæc enim docemur, quod uirtutes in his factæ fuerint qui credebant, quoniam omni habenti dabitur, et abundabit. In incredulis autem nõ ſolum non operabantur uirtutes, uerum ut Marcus ſcribit, ne poterant quidem operari. Attende enim illud quod dicitur. Non potuit illic ullam uirtutem facere. Nõ enim dixit, noluit, ſed non potuit, quaſi auxilium quidẽ ueniret ad uirtutem operantem, à fide illius in quem operatur uirtus, ſed uetatur opari ab incredulitate. hæc ille. qui ſi loquatur forſan de miraculorum uirtute, nihilominus de uirtutum moralium operatione, à fortiori is euangelicus locus, & origenis expoſitio audiri debet.

Auguſti.

Auguſtinus enim, inquit, in pſal. 31. Quid ergo? debemus nulla opera præponere fidei. i. ut ante fidem quiſquã dicatur bene operatus. Ea enim ipſa opera quæ dicũtur ante fidem, quanuis uideantur hominibus laudabilia, inania

sunt, ita mihi uidentur esse ut magnæ uires et cursus celerrimus præter uiam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem, ubi fides non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit aspiciat, quo lacertos optime gubernationis dirigat. Fac enim hominem optime gubernare nauim, & perdidisse quo tendit, quid ualet, quia antennam optime mouet, dat prorã fluctibus, cauet ne latera infligantur, tantis est uiribus, ut detorqueat nauim quo uelit, atq; unde uelit, et dicatur eis usq; quo is, et dicat nescio, aut nõ dicat nescio, sed dicat ad illum portum eo, nec ducat in portum, sed in saxa fest net. Nónne iste quanto sibi uidetur in naui gubernãda agilior & efficacior, tanto periculo sius eam sic gubernat, ut ad naufragium properando perducat. Talis est & qui optime currit præter uiam. Nónne erat melius ergo & tolerabilius, ut esset gubernator ille aliquanto inualidior, ut cum labore et aliqua difficultate gubernacula regeret, & tamen rectum debitumq; cursum teneret, rursumq; ille pigrius etiam et imbecillius, tamen uiã ambularet, quam præter uiam fortiter curreret? Optimus ergo ille, qui & uiam tenet, et bene ibi ambulat. Sequentis autem spei, qui & si aliquantulum claudicat, nõ omnino errat, & remanet, sed progreditur et si paulatim, fortaßis.n. bene sperandum est eum quo tendit etiam peruenturũ, Hæc ille. est autem cõsiderandum beatißimi Augustini argumẽtum esse ualidißimum. Nempe à priori demõstratiuum est. Magnum nanq; primumq; est principium finis est, in agibilibus operabilibusq;, cætera uero circũstantiæ sunt. Deficiẽte ergo ultimi uirtutum finis notione quam sola fides largitur, protinus inanis uanaq; est uirtus omnis, & quidem ne

Virtutes ante fidem nihil

Ratio

Vis rationis Augustini. declaratur

politicum prodesse finem uel comparandum. Veruntamen nec sine deo uoluit illas eidem conferre. Neque ad eundem bassum infimumq; finem, tam pulchra dona, paradisoq; digna, deoq; decora, primo fabricauit. Etenim fuissent et forsan extiterunt in paradiso terrestri, fuerũtq; in angelis, sed nequaquam pro politico fine, sunt quoque nunc in beatis, nec tñ pro illo. At cur potius non immediatius ipsi homini in semet priusquã alteri uirtutes frugi esse constitutæ sunt? Nam & quæ paßiones et actiones ordinant uirtutes, prius in operante homine hoc efficiunt, et inde extra se tendunt, deus autem primo inspicitur ab ipsis, tametsi hæc uel illa respiciant. Tãdem magna est inordinatio et naturæ inficiatio quibus finis est ultimus res perfectißima & supremo optima gradu, uelle, permutando, immo peruertendo, uiolẽter tribuere infimum floccientem atq; solum respectum humanum finem tribuere, hæc ex Augustino digrediendo contraximus & pro ueritate. Confirmaantur hæc psal. 25. uerba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere ut bene ageret. Augustinus, inquit, in finem psal. 31. Nõ dictum est non potuit intelligere. Vos ergo oportet ut uelitis intelligere, ut bene agatis. Intellectus enim uobis non deerit manifestus. Quis est manifestus intellectus? Nemo iactet bona opera sua ante fidem, Nemo sit piger in bonis operibus accepta fide. Isdem Augustinus de gratia & libero arbitrio, ca. 7. Non ex operibus (inquit apostolus Ephesi. 2. ne forte quis extollatur, nõ qa negauit, aut euacuauit opera bona) cum dicat deum reddere unicuiq; secundum opera eius. Sed quia opera sunt ex fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illo sunt nobis opera iustitiæ, à quo est ipsa fides, de qua dictum est iustus ex fide uiuit.

Dubia loquutio cum Ambrosiõ

Psal. 35

Augusti.

Augusti. à deo sunt opera uirtutum

Roma. 1

Ambrosi. cap. 19

Ambrosius de Noe & arca. Regressa est igitur columbu ad uesperam, habens folium oleæ & ramum in ore suo. Non ociose posuit, & uesperam, & regressam, & habentem folium oleæ & ramum in ore suo, ut non fugitantem uirtutem arbitreris profectus futuri, si quos poßit acquirere, neq; rursus tanquam sine lumine eam fuisse cognoscas, & quibusdam tenebris occultam. Sed diuino candore fulgentem, expectasse usq; ad occasum diei, & sic ad eum regressam. Apud quem etiam uesperi tenebras habere non posset, folium quoq; quod secum detulit & breue illud folium detulisse uideatur, spem uero quos sui pœniteret erroris, & si non magnam, tamen aliquam significauit, folium enim sine uirgulto esse non poterat. ergo, quasi germinantis correptionis, licet non magnum, aliquod tamen uexit insigne. Et foliũ oleæ, in qua arbore oliua generatur, ex qua oleum conficitur, quo materiale hoc nomen fouetur, & tenebrarum fugatur obscuritas. Quid autem magis quam lumen familiare uirtuti est? Folium ergo & Ramulus insigne est correptionis, correptio autem quasi radicem sui pœnitentiam habet, quæ pœnitentia non potest in turbidis, sed in his qui spiritalem iam sermonem acceperint germinare. In ore quoq; nõ frustra ramulus oleæ uidetur esse delatus, eo quod uirtus & sapientia in sermone sui habeat claritatẽ & ipsa statim specie lumen eius effulgeat maxime cum Pacifica loquitur, quoniam hunc quoq; ramulum petẽtes præferre cõsueuerunt. Tulit ramulum eo quod simplicitas puritate ac synceritate, semina quædam auribus nostris utilitatis infundit & bonæ doctrina uirtutis, & ad iustitiã prouocat, et inuitat ad præmium bonæ sibi cõmissum disciplinæ, aut gerendæ pœnitentiæ & sequendæ conuersationis cupi

Virtus indiget lumine diuino.

Pœnitetia radix correptionis

ditatem iniicit peccatori. Isdem lib. de parad. cap. 3. Est ergo paradisus terra quaedam fertilis. i. anima foecũda in aedẽ plantata, hoc est in uoluptate quadam uel exercitata terra in qua animae sit delectatio. Est etiam ratio tãquam Adam, est & sensus tanquam Eua. Erat fons qui irrigaret paradisum. Qui fons, nisi dominus Iesus Christus, Fons uitae aeternae sicut & pater? Et diuiditur, inquit, hic fons in quatuor initia. Haec igitur quatuor sunt flumina. hoc est phison. Secundum Hebraeos phison dicitur. Ganges autem secundum Graecos qui fluit contra indiam. Geon autem Nilus, qui circuit terram Aegypti uel Aethiopiam. Mosopotamia autẽ est dicitur quo Tigris et Eufrates incluserint eam, eo quod inter duo haec flumina constituta sit, quod etiam longe positis nomen ipsum & opinio cõmunis expressit. Sed quemadmoeum fons dicitur sapientia dei? Fons enim est secundum euangelium, dicens, Siquis sitit ueniat ad me & bibat. Fõs enim est & secundum prophetam qui ait. Venite & edite de meis panibus, & bibite uinum quod miscui uobis. Sicut ergo fons uitae est sapientia, fons gratiae spiritalis, ita fons uirtutum est caeterarum, quae nos ad aeternae cursum dirigũt uitae. Ex hac igitur anima quae culta est, non ex ea quae inculta fons iste procedit ut irriget paradisum, hoc est diuersarum fructeta uirtutum, quarum sunt quatuor initia, in quae sapientia ista diuiditur. Quae sunt quatuor initia uirtutum, nisi unum prudentiae aliud temperantiae, tertium fortitudinis, quartum iustitiae? Quae etiam sapientes istius mundi ex nostris assumpta, in suorum scripta librorum transtulerunt. Itaq; sicut fons sapientiae, ita etiam flumina ista quatuor quaedam ex illo fonte manantia sunt fluenta uirtutum. Phison igitur prudentia est, & ideo habet bonum au

Ambrosi. lib. de paradiso

Genesis. 2

Sapientia fons uitae

Ioan. 7

Prouer. 9

Diuina sapientia est quae iã fons uirtutum

Virtutes philosophi à nostris transtulerunt

Phison prudentia

rum splendidum carbunculum, & prasium lapidem. Aurū enim pro inuentis prudētibus frequenter accipimus. Vnde & dominus per propheta ait. Dedi illis aurū & argen-
Psal. 67 tum. Et Dauid de prudentibus dicit si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, et posteriora dorsi eius in specie auri, eo quod ueteri, & nouo qui inhæserit testamento, in ipsa secreta sapientiæ dei disputationis possit ubertate procedere. Hoc ergo bonū aurum diceret monetale, quod corruptibile ac terrenum est. Habet etiam splē-
Carbunculus didum (inquit) carbunculum in quo quidem animæ nostræ uiuit igniculus. habet et prasium lapidem qui uiride quod-
Prasius lapis dam atq; uitale coloris sui specie ostentare uideatur. Virēt enim arbusta quæ uiuunt, arescunt contra quæcunq; moriūtur. Viret terra dum floret, uirent & semina dum prorumpunt. Et bene primo loco hic fluuius positus est phison,
Phisō oris mutatio qui secūdum Hebræos phison dicitur, hoc est oris mutatio, qui nō unam gentem circunfluit, sed etiam per lydiā fluit.
Prudentia Augusta est, & uberrima non angusta quædam, Sed diues utilitatū prudentia est quæ pluribus prosit. Ideo prima, ut siquis de paradiso fuerit egressus, uelut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat ne cito poßit arescere, sed per hanc ad paradisum facile reuertatur. Hic fluuius à multis hominibus frequētatur, pulchritudinemq; & fertilitatem maximam habere perhibetur. Et ideo prudentia in specie huius accipitur, quæ plurimos fructus attulit in domini saluatoris aduentu. Atq; in extrema terrarum fluit, quia per sapientiam omnes homines sunt re-
Psal. 18 dempti. Vnde & dictum est, in omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Secundus est
Geon fluuius Nilus fluuius geon, iuxta quem lex data est Israelitis, cū essent in Aegypto constituti ut ex Aegypto recederent, & succinti

lumbos ederent agnum, quod in signe est temperantiæ. Ca Iuxta *quē stos.n. et sanctificatos oportet domini pascha celebrare.* Et *lex data ideo iuxta istum fluuium legitima primo obseruantia con= stituta est, quia significat nomen hoc quēdam terræ hiatū. Sicut igitur terra & quæcunq; uel purgamenta uel frōdes in eo sunt, hiatu absorbet, ita castitas omnes corporis paſ= sionis abolere cōsueuit.* Merito*q; ibi primum obseruantiæ constitutio, quia per legem absorbetur carnale peccatum.* Bene *ergo geon, in quo est figura castitatis, circumire ter= ram æthiopiam dicitur, ut abluat corpus abiectum & car nis uilissimæ restinguat incendium.* Ethiopia *enim abiecta & uilis, interpretatione latina signatur.* Quid *autem abie= ctius nostro corpore?* Quid *tam æthiopiæ simile quod etiā nigrum est quibusdam terrebris peccatorū?* Tertius *est flu= uius* Tigris, *qui uadit contra Assyrios, ad quem præuarica tor* Israel *captiuus est ductus.* Hic *fluuius dicitur uelocior esse omnibus, quem incolunt Assyrij, hoc est dirigentes. hoc enim significat interpretatio.* Ergo *quicūq; fortitudine animi præuaricantia corporis uitia captiuauerit, dirigens ad superna. iste huius fluminis similis æstimatur.* Et *ideo forti= tudo de illo qui est in paradiso dei fonte emanat.* Fortitudo *autem quodam cursu rapido resistētia quæq; trāsuerberat, nec aliquibus cursus eius impedimentorum hæret obstacu= lis.* Quartus *est fluuius* Eufrates, *qui latine fecunditas atq; abundantia fructuum nuncupatur, præferens quoddam in signe iustitiæ, quæ omnem pascit animam.* Nulla *enim abū dātiores uidetur habere fructus uirtus, quam æquitas atq; iustitia quæ magis alijs quam sibi prodest, utilitates suas ne glīgit, cōmunia emolumenta præponens.* Pleriq; *Eufrate* ἀπὸ τοῦ εὐφραίνεσθαι *dictum putant, hoc est à lætan=*

Est Geon terræ hiatus temperantiam significat

Ethiopia abiecta dicitur

Tigris fortitudo est

Assyrij dirigentes

Eufrates fecunditas iustitiam designat

Eufrates lætitia

do, eo quod hominum genus nullo magis quam iustitia & aequitate laetetur.

Eufrates auxem dicitur

Causam autem cur coeteri qua comeant fluuij describuntur regiones locorum, qua Eufrates cõmeat non describatur, illam accipimus, quia aqua eius uitalis asseritur & quae foueat atq; augeat.

Quare eius regio non describitur

Vnde Axem eum Hebraeorum & Assyriorum prudentes dixerunt. Contra autẽ fertur esse aqua aliorum fluminum. Deinde quia ubi prudẽtia, ibi & malitia, ubi fortitudo ibi iracundia, ubi temperantia. ibi intemperantia plerunque est, aut alia uitia sunt.

Iustitia cõcordia uirtutum

Vbi autem iustitia ibi concordia uirtutum est caeterarum. Ideo non ex locis qua fluit, hoc est, non ex partae cognoscitur.

Non est pars sed mater uirtutum

Non enim pars est iustitia, sed quasi mater est omnium. In his ergo fluminibus quatuor uirtutes principales quatuor exprimuntur, quae ueluti mundi istius incluserunt tempora.

4. Tempora mundi

Primum prudentiae ab Abel

Primum igitur tempus ex mundi principio usq; ad diluuium prudentiae fuit. quo in tempore iusti numerantur. Abel à Deo iustus dictus. Et Enos, hoc est homo ad imaginẽ dei factus, qui sperauit inuocare nomen domini dei. Et Enoch qui dicitur latine dei gratia, raptus ad coelum. Et Noe qui & ipse iustus, & quaedam requietis directio.

2. Temperantiae ab Abraham

Secundum tempus est Abraham & Isaac & Iacob, reliquorũq; numerus patriarcharum, in quibus casta et pura quaedam temperantia religionis effulsit. Immaculatus.n. Isaac per repromissionem Abrahae datus filius nõ tam corporalis partus, quam diuinae munus praeferẽs indulgentiae, in quo uera immaculati figura praecessit.

Gala.3

Vt apostolus docet dicens. Quia Abrahae dictae sunt repromissiones & semini eius. Non dicit seminibus tanquam multis, sed sicut in uno, & semini tuo qui est Christus.

Hebrae.11

3. Tempus

Tertium tempus est in Moysi lege et caeteris prophetis. Deficiet enim me tempus

enarrandi de Gedeon, Barac, Samson, Salomone, Dauid, et Samuel, et cæteris prophetis, Anania, Azaria, Misael, Daniel Hælia, Helisæo, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, perceperunt repromißiones, obstruxerunt ora Leonum, extinxerunt uirtutem ignis, Effugerũt acies gladij, eualuerũt de infirmitate, Fortes fuerunt in bello, castra ceperunt exterorum. Non immerito igitur in his species fortitudinis est. Secti enim sunt sicut infra habes tentati. In mactatione gladij mortui. Circumierunt in caprinis pellibus egentes angustiati, & doloribus afflicti, quorũ meritis non erat dignus orbis. In solitudinibus errantes, in mõtibus, et in speluncis, in foueis terræ. Recte igitur in his speciem fortitudinis collocamus. Secundum autem euangeliũ digna est figura iustitiæ, quia uirtus est in salutem omni credẽti. Deniq; ipse dominus ait, sine modo, sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Quæ quidem parens cæterarum est fœcunda uirtutum quadam ui. in quo aliqua harũ quas diximus principalis est uirtus, in eo etiam cæteræ præsto sunt quia ipse sibi sunt connexæ concretæq; uirtutes. Nam utiq; Abel iustus & fortißimus, ac patientißimus Abrahã & prudentißimi prophetæ, & Moyses eruditus in omni sapientia Aegyptiorum, maiorem honestatem æstimauit Aegypti thesauris opprobrium Christi. Et quis sapientior quam Daniel? Salomon quoq; sapientiam popoſcit & meruit. Dictum est ergo de quatuor uirtutum fluminibus, quorũ potus est utilis. Et auia phison aurũ bonũ terræ, et carbũculũ et lapidẽ prasiũ habere dictus est, hoc quoq; quale sit cõsideremus. Videtur .n. nobis tanquã aurũ bonũ enos, qui prudenter dei nomen scire desiderauit. Enoch autẽ qui translatus est, & mortem non uidet. Carbunculus quidam

à Moyse est fortitudinis

4. Tẽpus iustitiæ à Christo et euangelio

Roma. 1

Matth. 3

Virtutes cõnexe, probantur

Laus sanctorum patrum & uirtutes

Enos aurũ

Enoch carbunculus

est lapis boni odoris, quem operibus suis sanctus Enoch
Noc præsius *Deo detulit, gratiā quandā factis et moribus spirans.* Noe *uero tanquam præsius lapis.* Vitalem *colorem prætulit.* Si*quidem diluuij tempore solus uelut affuturæ constitutionis uitalis semen in illa arca est reseruatus.* Ergo *bene paradisus quæ pluribus fluminibus irrigatur secundum orientem,*
Zach. 3. 6 *non contra orientem, hoc est, secundum illum orientem cui nomen est oriens. i. secūdum* Christum, *qui iubar quoddam æternæ lucis effudit, & est in eden, hoc est in uoluptate.* Is*dem super psal. 118. Sermone. 12.* Est *ergo consummatio ma*
Ambrosi. super psal. 118. *litiæ, consummatio peccatorum.* Venit *agnus dei qui tulit peccata mundi, qui est* Christus Iesus *finis legis, principiū & finis, & remißio peccatorum.* Hunc *finem consummationis uidit propheta in spiritu, qui consummatū seculi aboleret errorem uidit sanguine eius diuersa omnium peccata mundari.* Bene *ergo dixit.* Omnis *consummationis uidi finem, hoc est, uidi consummati adulterij remissorem.* Vidi *consummatæ luxuriæ atq; lasciuiæ, consummatæ credulitatis atq; seuitiæ, omnis postremo flagitij per crucem suam delicti donantem.* Est *etiam consummata uirtus, consummata sapientia, consummata iustitia, sed habet finem.* Finis *omnium uirtutum* Christus *qui finis est legis ad iustitiam omni credenti.* Vides *quia finis est fidei.* Bene *ergo ait.* Omnis *consummationis uidi finem.* Nunc *quia consummationis fidem agnouimus, agnoscamus quid sit latum mandatū tuū ualde.* Legimus *quod angusta sit porta per quam ingrediantur qui æternæ uitæ fructum adipiscantur.* Rara *enim uirtus difficilis est paßionum tolerantia.* Plures *sunt qui seculi huius spatiosa sectentur, qui dicant.* Angusta *& arta nobis est uia quæ ad dominum ducit, conterimur in illa relinquamus*

Virtutum finis Christus

Roma. 10

Matth. 7

mus eam. Quomodo ergo dicit propheta, latum mãdatum dei, & ualde latum? Ideo quia angusta uia. Latum mandatũ necessarium est. Deniq; hic ipse propheta ait. In tribulatione dilatasti mihi, et iterũ in tribulatione inuocaui dominũ, & exaudiuit me in latitudine. Hæc latitudo mandatorũ cœlestium cor prophetæ dilatabat. Dilatabat & apostoli. Deniq; & ipse dicebat. Os nostrum patet ad uos o Corintij, cor nostrum dilatatum est. Dispensando enim cœlestia mandata cor suum dilatauerat, et quod ante persecutionis perfidia coartabat hoc Christi amplificauit gratia. Et qua ratione latum mandatũ? Ne nos coartaremur angustijs mãdatorum. Vnde ait. Non coangustamini in nobis. Si hoc Paulus. Quãto magis Christus qui clausa reseruit? Ergo dicit. Nolo coartetur in me populus meus in angusto uirtutũ tramite, debet latitudo præcepti mei uiantibus esse solatio, ne quis deficere possit aut cõteri. Ambulemus ergo in dei mãdato, quia satis latum est. Est enim latum mandatum, Sapiẽtia, quæ in exitu canitur, in amplis autem fiducialiter agit. Platea enim græci sermonis est, quæ latine dicitur latitudo. Dilatemus igitur cor nostrũ, ut recipiamus apostolicæ uim sententiæ, quæ ait. Capite nos. Recipiamus ergo eius sermones in cor nostrum, induamus uiscera misericordiæ benignitatem, humilitatem, patietiam. O homo quam latus es, si ad amplitudinem præceptorum cœlestium sinum mentis tuæ expandas. Quam latum mandatum est charitatis. Diligite (inquit) inimicos uestros. Omnes utiq; affectu charitatis inclusit, qui nõ exclusit inimicos. Quis enim uidetur exceptus, cum recipiatur inimicus? Vnde apostolus ait. Si fieri inquit potest, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non potest hoc Iudæis dici, non gentibus, ut cum omnibus

Psal. 4
Psal. 17
2. Corin. 6
Gratia
Christus
Prouerb. 1
2. Cori. 7
Matth. 5
Roma. 12

pacem habeant. Illi uix suos diligunt. Christiano etiam ini-
Coloss.2 micos non licet non amare, Christianum cum dico, perfe-
ctum dico. In Christo enim plenitudo diuinitatis est, cuius
Roma.12 nomen usurpas. Qui uocabulum geris, interpretationē uo
cabuli, perfectionemq; cur refugis? Audi latum mandatum.
Psal.108 Benedicite eos qui persequuntur uos, et nolite maledicere.
Iste qui latum dicit esse mandatum, probauit supra dicens,
Ille detrahebant, ego autem orabam. Quid orabas Dauid?
Ibidem Dicito nobis ipse sed dixisti. legi enim dicentem. Maledi-
Hierony. cent illi, & tu benedices. Hieronymus sup Esaiæ. 11. Absq;
Christo igitur nec sapiens quis esse pōt, nec intelligens, nec
cōsiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec plenus timoris dñi.
Gregori. Magnus Gregorius primo moraliū ca.36. flumina. 4.
designare uirtutum. 4. genera, facundia sua breui tamē enu
Virtutes cleauit in. 4. Vero angulis, inquit, domus ista consistit (.s.
4. sunt mentis nostræ) quia nimirum solidum mentis nostræ ædi-
4. anguli ficium, prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia sustinet.
domus sa- In. 4. ergo angulis domus ista subsistit, quia in his. 4. uirtu
pietiæ mē tibus tota boni operis structura consurgit. Vnde & 4. pa
tis nostræ radisi flumina terram irrigant, quia dum his. 4. uirtutibus
cor infunditur, ab omni desideriorum carnalium æstu tem-
Augusti. peratur. Augustinus idipsum confirmat. 4. uidelicet flumi
na à paradiso. 4. effigiare uirtutes.
Aurasica- In concilio auraficano ca.9. dicitur diuini est muneris,
nūm conci cum recte cogitamus, & pedes nostros à falsitate & in iu
lium.2 stitia tenemus. Quotiens enim bona agimus, deus in nobis,
atq; nobiscum, ut operemur, operatur. Et ca. 20. Multa in
homine bona fiunt, quæ non facit homo. Nulla uero facit
homo bona, quæ non deus præstet, ut faciat homo, & cap.
Esaiæ.26 22. Nemo habet de suo nisi mendatium & peccatū. Siquis

a'it habet homo ueritatem atq; iustitiã, ab illo fonte est, quẽ debemus sitire in hac eremo. ut ex eo quasi guttis quibus-dam inrorati, nõ deficiamus in uia. At de ecclesiasticis dogmatibus ca.25. ex primo Innocentio habetur, nemo nisi per Christum libero bene utitur arbitrio. Et ca.24. Neminem, nisi participationem sui ille donauerit, qui solus est bonus, esse p semetipsum bonũ, et ca.27. ita deus ex cordibus hominum atq; inipso operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium cõsilium, omnisq; motus bonæ uoluntatis ex deo sit, quia per illud bonum possumus, sine quo nihil possumus.

Esaiæ.10

De ecclesiasticis dogmatibus

Idẽ de spiritu & litera ca. 30

Cap. 32. Sine charitate & concordia uirtutes nõ sunt, et in humilitate sunt uirtutes unitæ, & uniuntur in fide uirtutes atq; copulãtur in præmio, et de castris uirtutũ.

Magnus Gregorius ait super Ezechielem homilia.8. Bñ ergo dicitur terribilis ut castrorũ acies ordinata. Quia electorum multitudinem, eo maligni spiritus pertimescunt, quo eos per charitatis concordiam munitos contra se, & conglobatos aspiciunt. Quanta autem sit concordiæ uirtus ostenditur, cum sine illa uirtutes reliquæ, uirtutes non esse monstrantur. Magna enim est uirtus abstinentiæ, sed siquis ita ab alimentis abstineat, ut cæteros in cibo diiudicet, & alimenta eadem quæ deus creauit ad percipiendum cũ gratiarum actione, fidelibus etiam damnet, quid huic abstinentiæ uirtus facta est, nisi laqueus culpæ? Vnde psalmista quo que nullam esse abstinentiam sine concordia designans ait, laudati eum in tympano & choro. In tympano enim coriũ siccum resonat, in choro autem uoces concorditer cantant. Quid ergo per tympanum nisi abstinentia, et quid per chorum nisi charitatis concordia designatur? Qui itaq; sic abstinentiam tenet, ut concordiam deserat, laudat quidem in

Canti.6

Abstinentia bõa cũ concordia

Psal. 150

tympano, sed non laudat in choro. Et sunt nonnulli qui dũ plus sapere quam necesse est student, à proximorum pace resiliunt, dum eos uelut hebetes stultosq; contemnunt. Vnde per se ueritas admonet. Habete in uobis sal. & pacẽ habete inter uos, ut quisquis habere sal sapientiæ studet, curet necesse est quatenus à pace concordiæ nunquam recedat. Quod uero de his duabus uirtutibus diximus, hoc de cæteris omnibus sentiẽdum est. Vnde Paulus terribiliter admonet dicens, pacem sectamini cum omnibus, et sanctimoniã, sine qua nemo uidebit deum. Quia autem nihil sine cõcordia deo placeat, ipsa per se ueritas demõstrat. Si offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ad altare, & uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Ecce a discordãtibus accipere nõ uult castũ sacrificiũ. Quia uero electi semp in charitate cõiuncti sunt, & hæc eadem eorum charitas sonum laudis, reddit authori, malignis uero spiritibus. i. antiquis suis hostibus pœnam incutit timoris, recte nunc de pennatis animalibus dicitur. Cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum. Debet autem ab exortu sanctæ ecclesiæ fidei oculos usq; ad finem mundi tendere, & hæc eadem castra quomodo ambulant uidere. Castra enim multitudines appellãtur exercitus, cum in procinctu pergunt, aut in certo quodam loco in itinere demorantur, castris ergo uia est uita presentis seculi, omnibus cõcorditer uiuẽtibus sanctis. Alia autem sunt castra prædicantium, qui huc illucq; pro colligendis animabus in sancti operis procinctu laborant. Alia castra continentium, atq; ab hoc mundo recedentium, qui cõtra malignorum spirituum bella quotidie in corde se

Marci. 9

Hebræ. 12

Matth. 5

Ezechi. primo

Castra q̃ sint ecclesiæ

præparant. Alia castra bonorum coniugatorum, qui uiuentes in amore omnipotentis dei concorditer, sic uicißim sibi carnis debitum soluunt, ut tamen quid deo de bonis operibus debeant, nullatenus obliuiscantur. Sed & si qua, ut homines delinquunt, hæc incessanter pijs actibus redimunt. Quia ergo distincti fidelium ordines ab exortu sanctæ ecclesiæ usq; ad finem mundi concorditer uiuentes, contra potestates aerias dimicant, castra ambulant, & fit quasi quidã castrorum sonitus, quia in eis ad laudem omnipotentis dei, & uirtutum gladij, & arma miraculorum sonant. hæc ille. Quare dicuntur castra fideles

Gregori. Cap. 28

isdem libro. 1. capi. 28. Et quia ex timore unumquodq; uitium premitur ex charitate autem uirtutes oriuntur, recte subiungitur nati sunt ei septem filij & tres filiæ, septem quippe filij nobis nascuntur cum per conceptionem bonæ cogitationis, sancti spiritus septem in nobis uirtutes oriuntur. Hanc nanq; internam prolem propheta dinumerat cũ spiritus mentem fœcũdat, dicens. Requiescet super eum spiritus domini, spiritus, sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Cum ergo per aduentum spiritus sancti, sapientia, intellectus, consiliũ, fortitudo, sciẽtia, Pietas, ac timor domini in animo unicuiq; nostrum gignitur, quasi mansura posteritas in mente propagatur, quæ supernæ nostræ nobilitatis genus eo ad uitam longius seruat, quo amori æternitatis sociat. Sed habent in nobis septẽ filij, tres proculdubio sorores suas, quia quicquid uirile hi uirtutum sensus faciunt, spei, fidei, charitatisq; coniungunt. Neq; enim ad denarij perfectionem septem filij perueniũt, nisi in fide spe & charitate fuerit omne quod agunt. Quia uero hanc præeuntium uirtutum copiam multimoda bono

Filij Iob et filiæ. 7. significant uirtutes Esaiæ. 11

7. Dona spiritus sancti

rum operum cogitatio sequitur, recte subiungitur. Et fuit possessio eius septem milia ouium et tria milia camelorum.

Grego. Cap. 7 — Isdem lib. 20. cap. 7. Et quia nonnunquam hæretici quanto magis in perfidiæ errorē dilabuntur, tanto amplius in exteriori sese operatione custodiūt, ita ut agere præ cæteris magna uideantur, Sancta uniuersalis ecclesia cūcta eorum opera despicit, quæ ex authoritate fidei non prodire perpēdit.

1. Corin. 13 — Cōtra hæreticos Cap. 8 — Vnde recte quoq; beati Iob uoce subiūgitur. Quorum uirtus manuū erat mihi pro nihilo, et uita ipsa putabantur indigni. Virtus quippe in manu est, magnitudo in operatiōe. Sed uirtus manuum hæreticorū sanctæ ecclesiæ pro nihilo dicitur, quia nullius esse meriti conspicit uera fide perdita

Matthæ. 7 — quicquid operantur. Charitatē quippe dei & proximi deserunt, quod & de deo falsa sentiunt, & à proximis iurgando diuidūtur. Sed uirtutem manuum sine charitate testatur

1. Corī. 13 — prædicator egregius non ualere, qui ait. Si distribuero omnes facultates meos in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

Cap. 8 — Et cap. 8. nonnunquam uero hæretici signa quoq; ac miracula faciunt, sed ut hic præmia afflictionis suæ abstinentiæq; recipiant, Videlicet laudes quas quærunt. Vnde & redemptoris uoce dicitur. Multi Mihi dicēt

Matth. 7 — in illa die, dn̄e, dn̄e, nōne in nomine tuo prophetauimus & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc cōfitebor illis quia nō noui uos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Qua nimirū sententia quid datur intelligi, nisi ut in hominibus charitatis humilitas non autem debeant uirtutum signa uenerari? Vnde nunc sancta ecclesia etiam siqua fiant hæreticorum miracu despicit, quia hæc sanctitatis specimen non esse cognoscit.

Virtutes hæreticorum nullæ

Miracula hæreticorum falsa

Probatio quippe sanctitatis non est signa facere, sed unum quenque ut se diligere, de deo autem uera cognoscere, de proximo uero meliora quam de semetipso sentire. Nā quia uera uirtus in amore est, non autem in ostensione miraculi, ueritas demonstrat, quæ ait, in hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicē. Qui enim non ait, in hoc cognoscetur quia mei discipuli estis, si signa feceritis, sed ait, si delectionem habueritis ad inuicem, aperte indicat, quia ueros dei famulos non miracula, sed sola charitas probat. Testimonium *ergo superni discipulatus, est donum fraternæ dilectionis. Quam uidelicet dilectionem, quia omnes hæretici habere refugiunt dum ab uniuersalis ecclesiæ unitate diuiduntur, iure de eis dicitur. Quorum uirtus manuum erat mihi pro nihilo.* Et *quia ad eadem signa quæ exhibent nulla humilitate concordant recte subditur.* Et *uita ipsa putabantur indigni.* Vel *certe omnes hæreticos sancta ecclesia uita ipsa fatetur indignos, qui nimirum sub nomine* Christi *militant cōtra nomē* Christi. *Isdem primo lib. moralium.* Et *mittentes uocabant tres sorores suas, ut comederent & biberent cum eis.* Cum *uirtutes nostræ in omne quod agunt, spem, fidem, et charitatem fiunt, quasi operantes filij, tres ad conuiuium sorores uocant, ut fides, spes, charitas in opus bonum gaudeant, quod unaquæq; uirtus administrat, quæ quasi ex cibo uires accipiunt, dum bonis operibus fidentiores fiūt, et dum post cibū contemplationis rore infundi appetunt, quasi ex poculo ebrientur, & cap. 24.* Cumq; *in orbem transissent dies conuiuij, mittebat* Iob *& sanctificabat illos.* Peracto *quippe orbe dierum conuiuij mittere ad filios & eos sanctificare, est, post uirtutū sensum intentionē cordis dirigere, et omne*

Probatio sanctitatis

Vera uirtus in amore est

Ioan. 13

Charitas facit dei famulos ueros

Grego. cap. 23

Cap. 24

Intentio dirigēda uirtutum

quod agitur districta retractationis discußione mundare, ne bona æstimentur quæ mala sunt, ne saltem ueraciter bona putentur sufficientia, cum perfecta non sunt. Sic .n. mēs plerunq; decipitur, ut aut qualitate mali, aut boni quantitate fallatur.

Cap. 25

Et ca. 25. Consurgensq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Diluculo nanq; consurgimus, cum compunctionis luce perfusi humanitatis nostræ noctem deserimus, et ad ueri luminis radios, oculos mētis aperimus. Atq; holocaustum per singulos filios offerimus, cum pro unaquaq; uirtute domino hostiam nostræ precis īmolamus, ne sapientia eleuet, ne intellectus, dū subtiliter currit, aberret, ne consilium, dum se multiplicat, cōfundat, ne fortitudo, dū fiduciam præbet, præcipitet, ne scientia, dum nouit & non diligit, inflet, ne pietas, dum se extra rectitudinem inclinat, intorqueat, ne timor, dum plus iusto trepidat, in desperationis foueam mergat. Cum ergo pro unaquaq; uirtute, ut pura esse debeat preces domino fundimus, quid aliud quā iuxta filiorū numerū holocaustum per singulos exhibemus? Holocaustum nanq; totum incensum dicitur. Holocaustum igitur dare, est totam mentem igne compunctionis incendere, ut in ara amoris cor ardeat, et quasi delicta propriæ sobolis, inquinamenta cogitationis exurat.

Quid diluculum uir tutum

Quod pro uirtutibus sacrificiū offeri debet

Holocaustum

Grego.

Isdem primo moralium ca. 33. in electorum corde prior bonorum sequentiū sapiētia nascitur, atq; hæc per donum spiritus quasi primo genita proles profertur. Quæ profecto sapientia, nostra fides est, propheta attestante, qui ait nisi credideritis non intelligetis Esaiæ. 6. Tunc enim uera ad intelligendum sapimus, cum cunctis quæ conditor dicit, credulitatis nostræ fidem præbemus, in domo ergo fratris primogeniti conuiuantur filij dum uirtutes relique epulātur in fide, quæ si nō

Sapientia est primo genita

Sapientia est fides

Virtutum in fide cōnexio

prima in corde nostro gignitur, reliqua quæq; esse bona nō possunt, etiam si bona uideantur, in domo fratris primogeniti, filij conuiuantur, dum uirtutes nostræ in habitaculo fidei, sacri eloquij cibo saturantur, scriptū quippe est, impossibile est sine fide placere deo. Tunc ergo *uirtutes nostras* Hebræ. 11
ueras uitæ epulas sumunt. Cum nutriri fidei sacramētis incipiunt, in domo fratris primogeniti conuiuantur filij, quia nisi uirtutes reliquæ sapientiæ epulis repletæ, ea quæ appetunt prudenter agant, uirtutes esse nequaquam possunt. Magnus Augustinus *iam satis supra ca. explicauit fide uirtu-* Augusti.
tes combinari, egere illa, & ab illa progredi. ut psal. 31. In- *quit principio & fine, & de gratia et libero arbitrio cap.* 7. Origenes *super* Lucam *homelia.* 8. *docet uirtutes in hu* Origenes
militate combinari. Anima *itaq;* Mariæ *primum magnifi-* *super* Lu-
cat dominum, & postea exultat in deo. Nisi *enim antea cre* *cæ.* 2
deremus, exultare non possemus. Quia *respexit (inquit) in humilitatem* Ancillæ *suæ.* In *quam humilitatem* Mariæ *respexit dominus?* Quid *habebat mater* Saluatoris *humile atq; deiectum, quæ dei filiū gestabat in utero?* Quod *ergo* Humllitas
dicit, respexit in humilitatem ancillæ suæ, Tale *est, quasi di* Mariæ *est*
xerit respexit in iustitiam ancillæ suæ, respexit in temperā omnis *uir*
tiam, respexit in fortitudinem, atq; sapientiam. Dignū *quip* *tus*
pe est, ut uirtutes respiciat. Respondeat *aliquis et dicat.* In*telligo quomodo deus iustitiam ancillæ suæ sapiētiamq; respiciat, quomodo autem intendat humilitatem, non satis liquet, consideret qui quærit talia, quoniam propriæ in scripturis una de uirtutibus humilitas prædicetur.* Ait *quippe* Matth. 11
saluator. Discite *à me, quia mansuetus sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris.* Quod *si uis nomen huius audire uirtutis, qūo etiam à philosophis appel-*

letur auſculpta eandem eſſe humilitatem quã reſpiciat deus quæ ab illis ἀτυφία ſiue μετριότης dicitur. Sed & nos quodam eam poſſumus appellare circuitu, cum aliquis nõ eſt inflatus, ſed ipſe ſe deijcit. Qui enim inflatur, cadit ſecũ dum apoſtolũ in iudicium diaboli. Siquidem et ille ab in fla-
1. ad Tim. 3 tione cœpit, atq; ſuperbia. Vt non (inquit) inflatus in iudicium incidat diaboli. Reſpexit ſuper humilitatem ancillæ ſuæ. Humilem me (inquit) & manſuetudinis ſectantem deiectionisq́; uirtutem reſpexit Deus.

Origenes

Omnes cõtinẽtur uirtutes ſub una generali perfectione

Item homelia. 4. ſuper Ieſu naue, inquit, iſdẽ origenes. Decima menſis primi. Iſta ipſa eſt dies, in qua & agni myſterium præcipiebatur in Aegypto. Decimo die menſis primi terram repromiſsionis incedunt, quod mihi ualde beatũ uidetur, ut eadem ipſa die qua errores quis ſubterfugerit ſeculi, etiam terrã repromiſsionis ingredi mereatur. i. in hac die qua in hoc ſeculo uiuimus. Omnis enĩ uita noſtra præſens in uno die deſignatur. Et ideo edocemur per iſtud myſterium ne actus noſtros, & opera iuſtitiæ in craſtinum diſ-

Vita præſens uno deſignatur die

feramus ſed hodie. i. donec uiuimus, donec in hoc mũdo de moramur, omnia quæ ad perfectionem pertinẽt, feſtinemus implere, & ita demum poterimus decima die menſis primi terram repromiſsionis. i. beatitudinem perfectionis intrare. Sed & alia quamplurima ſi diligenter obſerues, in

Vna generalis in nobis eſt perfectio, ſcilicet gratia uel charitas

hanc diem recapitulari ſcripturarum relatione deprehendes de libris ſingulis. Vti ne nunc ſermo nobis pluſquam uolumus dilatetnr, hoc ſentiẽdũ eſt de eo, quod ſæpius dies iſte repetitur, quia licet generalis nobis ſit una perfectio, tamẽ unamquamq; ſpeciem uirtutum quam aggredimur explicare, ſi eam potuerimus integre perfecteq; complere, eſt ipſius uirtutis ſua quoq; perfectio. Verbi cauſa, ſi is qui ira

cundus est uirtutem mansuetudinis cupiat adipisci sine dubio primo offendit in multis, donec longa meditatione usũ multi temporis in naturam conuertat. Et cũ obtinuerit qđ' proposuit, adipiscitur quidem perfectionem mãsuetudinis, non tamen ex hoc etiam perfectionem uirtutum omniũ pos sidet. Sic ergo per singulas uirtutes inueniuntur multæ per fectiones. Perfectio uero generalis illa est quæ omniũ in se perfectionum continet summam. Propterea ergo multa in hac die gesta recapitulantur, ut multas perfectiones ad unũ tendere significent finem, Sicut & propheta dicit multum peregrinata est anima mea. Et iterum dum dicunt mihi per singulos dies ubi est deus tuus, hæc rememoratus sum, & effudi in me animam meam, quia pertranseam in loco taber naculi usq; ad domum dei, in uoce exultationis, et confessio nis sonus epulantis. Post labores enim & tentationes quas in huius mundi eremo pertulerimus, post transitum rubri maris, post fluenta Iordanis, si digni fuerimus terram re promissionis intrare cum lætitia & exultatione peruenie mus, sequentes sacerdotes domini Christi & saluatoris no stri cui est gloria & potestas in secula seculorũ Amen. Sacer Ambrosius uestes esse uirtutes ipsas comprobat hominum Christi discipulorum. Ait unde & apostoli propria Christo uestimenta substernunt, quo facti gloriam euangeli ca prædicatione præferrent. In scripturis enim diuinis plerunq; uestimẽta uirtutes sunt, quæ gentium duritiam in ali quantulũ propria quoq; uirtute mollarent ut in offensa ue cture felicis obsequia, sedulis affectibus exhiberẽt. Cui Ori genes concordat tractatu uel homelia. 20. super Matthæo in cap. 22. ibi uide, Arma lucis eadẽ uocat Paulus ad ephe sios. 6. Et sanctus Dauid decorem, domini uestimentum no

Mansuetudo

Psal. 119

Psal. 41

Post huius uitæ erumnas gratia dei superatas, quies est et gloria in altero

Ambrosi. super Lucem ca. 19

Virtutes sunt uestimenta hominis

Origines

Paulus

Psal. 98

minat. Decor autem uirtus est dominus, inquit, regnauit de
Apoca. 19 corem indutus est. In Apocalypsi uero scriptum est. Et da-
tum est illi ut cooperiat se bissino splendenti & candido.
Bissinum enim iustificationes sunt sanctorum. Vestes ergo
candidissimæ sunt sanctorum & ecclesiæ dei iustificationes
id est operationes actiones uirtutũ quibus homo magis iu-
Ambrosi. stificatur crescitq; in iustitia & sanctitate. Isdem Ambro-
sius & recte astruit fructum finemq; uirtutum esse æternã
uitam, lib. 3. de fide cap. 3. dictum est Ioannis. 3. qui facit ue
ritatem uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius quod in
deo sunt facta. Ecce hic opera hominis in deo facta esse le-
gimus. Infra. Aut ut docet præsentis lectio testimonij. Vir
tutes quibus uitæ æternæ fructus acquiritur, in deo facta
æstimare debemus, charitatem, pietatem, religionẽ fidẽ, et
alia huiusmodi quæ in uoluntate dei facta sunt, unde id ad
Ephe. 2 ephesios. 2. Creati in Christo in operibus bonis, & in psal
mus fiat pax in uirtute tua & alibi omnia in sapientia feci-
Psal. 121 sti &c. Ergo in Christo sunt facta omnia, qui est sapientia,
Psal. 103 ergo & uirtutes, quare & ad ipsum tendunt quoq; uirtu-
Ambrosi. tes. Isdem Ambrosius lib. 2. de Abraham patriarcha ca. 8.
super id & merces tua magna nimis apud me. s. Gene. 15.
Nota Dei quoq; ait in eo prædicatur iustitia, qui remunerationẽ
pijs mentibus, non ex necessitate promissi, sed ex æquitatis
Præmium suæ contemplatione largitur, iudicans fore dignum quod hi
uirtutis qui militant sine aliqua mercedis humanæ remuneratione,
deus repositum habeant præmium in eius bonitate. Cui deuouẽ
das animas suas estimauerint. Simulq; adoreis bellicis ex
usu ipsius uictoriæ, aut hominum gratia paratum est præ-
mium. Pietatis autem & parsimoniæ, puritatis, cæterarũq;
uelut priuatarum uirtutum à deo soluitur. Quæ manifesta

ſunt hominibus, ipſi remunerant. Non *omnia autem maniſeſta, ſed quædam incerta & maxime occulta cordis.* Magnus Auguſtinus *de connexione uirtutum in charitate, inquit, de laudibus charitatis litera à. Charitas cauſa eſt & mater omnium uirtutum, quæ ſi deſit fruſtra habentur cætera. Si autem adſit, habentur omnia.* Omnia *fiunt facilia charitate.* Mandatum *dei non habet graue, quomodo enim eſt graue cum ſit dilectionis mandatum &c.* Ibidem, *Sicut enim radix omnium malorum eſt cupiditas, ita et radix omnium bonorum eſt charitas. Sermone. 39. de tempore ſere eadem inducendo probat, uide epiſtolam. 52. contra ſtoicos & epicuros & quod nō eſt uera uirtus niſi relata ad charitatem, quæ omnes uirtutes continet.* His Paulus ad Corinthi. 1. *ca. 13. primam enodauit originem. Si linguis hominū loquar & angelorum, charitatem autem non habeam &c. nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam, nō inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, nō cogitat mala, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem ueritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, Charitas nūquam excidit.* Ex *negatis his uitijs per charitatem, cōſtrue uirtutes oppoſitas, quæ à charitate uelut à fonte ſcaturire ſolent, compaſsio uidelicet quæ miſericordia et ſpecies eſt iuſtitiæ atq; liberalitatis, benignitas in conuerſatione cū ꝓximis maxime aūt minoribus aut ſubditis, mititas,* 3
iuſtitia illa diuina quæ omne malum prohibet, et ad omnia 4
habentem dirigit hominem, magnanimitas nō philoſopho 5
rum. Sed Chriſtiana, quæ ob honores aut dignitates oblatas, hominem intra ſe continet, deo ſubditum, paribus amicum æqualemq;, piū parētibus atq; patriæ, Sed minoribus

Auguſti.

Declaratio Pauli

cõmunissimum, utilem, atq; tutorem propter deum, humilitas conculcans uanam omnem gloriam mundi huius, sed tãtum deo suoq; dans nomini gloriã, spiritus paupertas, mansuetudo, temperantia cordisq; munditia. Amicitia, ea nanq; dolet super amici iniquitate quem ac se diligit, a quo, quod à se, malum omne prohibere solet, Veracitas, fortitudo in aduersa corporis. Fides prudentia, fiducia, cõfidentia, spes, constantia, tandem felicitas & immortalitas, quia inquit, non excidit, si non excidit aut ipsa est felicitas & immortalitas, aut sine ipsa nemo felix neq; immortalis perpetuus esse potest.

Cap. 33. Quo probantur uirtutes connexæ, rationibus pluribus.

Duo autem contra philosophos expedire oportet, quæ etiam sæpere polliciti sumus, primum, uirtutes ueras esse connexas, quanquam non omnes, hoc uerum negauerint philosophi, nam stoicorum secta hoc sanciuit. 2. est, donantur à deo, dum purificatur homo atq; iustificatur, simul cũ ipsa diffusa gratia iustitia & charitate quoq; uirtutes, licet etiam poßint more & consuetudine acquiri, sed illud muneris est diuini, signum quoq; excellentißimum diuinæ charitatis, qua regeneratum hominem statim armat donis mirabilibus, quorum si uellet ex tempore perfectiones consequi, neq; seculum forsan sufficeret, facit aũt hoc magnificus deus, ut oppido sint fortes sui filij, adoptione spiritali geniti, atq; ex prima à deo habita renascentia, perfecti sint in habitu, potentes operari undequaq; opera uitæ. Sed primum prosequi prius oportet, quod ex more præscribimus rationibus atq; patrum, eloquiorumq; diuinorũ firmis testimonijs. Veniam mihi tamen exoro a subtilißimis diuinisq;

Quare deus uirtutes infundat

theologis sapiētissimis, doctoribus inquam religionis meæ minoritanæ, domino Bonauentura uidelicet & subtilissimo Ioanne, quibus contradicere necesse est, etenim quod probabo, Aliorum quoq; sapiētum theologorum patrumq; est diffinitio. Non igitur cōtradictio est causa. Sed ueritas, cui omnes nos subditos esse ex christiana professione, iurauimus, quanquam intime speculanti, non erit quidem asseueratio nostra, illis contraditio, et nos postea id enūciabimus, sit igitur hæc ueritas prima, ueræ uirtutes quæ uidelicet pfectam habent rationem uirtutum sunt connexæ, ita inquā qd' una uirtus perfectam rationem uirtutis non habet completamq;, & in nullo deficiēs à perfectissima uirtutis consistentia absolutissimaq;, nisi omnes eidem uirtutes sint connexæ. 2. ueritas est, & quoniam fides catholica Christi dei cultus quoq; uerissimus unius dei conrequiruntur ad hanc connexionem, ideo. 3. sequitur ueritas, quod ueræ uirtutes inter infideles nunquam fuerunt. Ita ut uirtutum absolutissimam hauerint rationem perfectissimamq;, sed ut prædictū est uirtutis secundum quid umbratilisq; uel potius picturæ rationem habuerit eorum uirtus sique inter illos fuerit. Prima probatur quasi à priori, enimuero uirtutum inuētio institutioq;, non humani cōsilij, sed diuini opus est atque excogitatio, unde cum ab æterno hoc auxiliū homini præstare sanciuerit, semina quædam in eius animo seruit, quæ diligenter exculta tempore debito, uirtutum germinarent flores, fructusq; præberent, iustitia originalis fuit primū fortiusq; uiuificansq; semen radix propago potior, e qua prodirent, sed ratio prudentia illustris, fide. i. consilio, sapiētiā, scientia, & intellectu, quoq; irradiata, primis præstita parentibus (Ade præcipuæ) erant seminaria quoqu e uirtutū,

Excusatio

Prima ueritas

2. Veritas est

3. Veritas

Probatio primæ ueritatis

legem naturæ hæc continebant, nam fides illam continet, quam ſapimus omnes quicunque in uirtutibus abundamus, naturale iudicatorium appellant plures, mentem hac lege formatam, ſyntheresim alij, quidam etiam ei conſcientiæ nomen applicarunt, ſed hæc alias lima maiori cenſenda ſunt, ergo deus qui uirtutes ſtatuit à iuſtitia illa legendas fore & fide atque prudentia eas connexas exire ſtatuit, non quidem ſimul omnes uno effluere impetu, ſed colligatas, ita ut una exeunte altera ſequatur, manus enim unius alterius manum, uel ſaltem pedis alterius plantam tenere geſtit, aut forſan, due. 3. ſimul uel genere prodire conſtituit. Sicut ergo conſtitutum eſt à deo, ſic proprijſsime egredi eas optima lege conſantaneum eſt. Bene tamen ſcio qđ contingens hæc earum conſecutio, atque ordinata tamen, nempe, quia ſi aliter eas ſeparare accideret, aut uitio uirtus una copulata erit, aut denique tantum una ſederet in animo uirtus, quorũ utrunque nephas eſt, deum opinari excogitaſſe, & tũc quidem ſi ſtetiſſet Adam in innocentia qua cõditus fuerat, uirtutes propter delectationẽ decorũq; uerſaſſet. Sic enim ſcriptum eſt poſuit deus hominem ut operaretur in paradiſum uoluptatis, quod etiam uidetur innuere ſacer Ambroſius libro de paradiſo ca. 3. lignum quoque uitæ cuius ederet fructus quantum aueret, propaginem harum uirtum audinus eſſe, cuius eſſent fructus opera uirtutum ſimul & merita, in quibus exercendus eſſet Adam ſuiq; poſteri, & hic eſus hominis erat ſecundum mentem eius, qui ex uerbo dei habebat, unde nedum ſaginaret hominem, ſed ſine mortis guſtu immortalis trãſilijſſet e paradiſo in paradiſum. Hoc dei decretum conſiliumq; uirtutum expandit ſapiens ſanctusq; propheta cum, inquit, ad imaginem & ſimilitudinem ſuã

ad imaginem

Bonauentura

Geneſis. 2

Ambroſi.

Probatio

ad imaginem dei creauit illum. Palàm autem est deum om- Genesis. 1
nes simul uirtutes habere quæ perfectionem simpliciter di=
cũt. itaq; homo aut simul illas recepit ab domino habituali
ter, aut quidem cõnexas habere eum illas oportet. Sanctus
propheta, inquit, hõ cũ in honore esset nõ intellexit. Nõ po Ratio
test autẽ una uirtus sola honori subijci, quæ pluribus angu= Psal. 48
stiatur uitijs, unde & uirtutis perdit effigiem. Cuius sapiẽs
filius concionabatur in ecclesiaste, solummodo hoc inue=
ni, quod fecerit deus hominẽ rectum, et ipse se infinitis mi= Cap. 7
scuerit quæstionibus, rectitudo aũt non ea est quæ unica uir
tute cõparatur, sed aut omni in genere, aut sane nõ patitur Ratio
uitiorũ admixtionem. Manifestior sermo alterius sapientis
idipsum affirmat. Deus, inquit, ab initio constituit hominẽ,
& reliquit illũ, in manu consilij sui. Adiecit mãdata, et præ Eccles. 13
cepta sua, si uolueris mandata obseruare conseruabunt te,
& in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi a=
quam & ignem, ad quod uolueris porrige manũ. Ante ho=
minem uita & mors, bonum et malum. Quod placuerit ei
dabitur illi, quoniam multa sapientia dei, & fortis in poten
tia, uidens omnes sine intermissione, ecce legis mandata et
præcepta simul quidem exhibita, simul ergo omnia seruã=
da sunt. Nam qui in uno offendit factus est omnium reus Ia Iacob. ca. 2
cobus inquit. i. non dicitur seruator legis qui in minimo eã
præuaricatus est, iustitia quippe legalis totã ambit legem, Ratio
qui igitur in uno legis deficit, nequaquam iustus est, lex. n.
ex integro seruanda est, qui licet unus uel alter, minori sit
plectendus pœna, legis tantum deuaricãs præceptum unũ,
quã qui plurimis eius aduersatur edictis, tamen uterq; reus
legis habetur, etsi ille isto minor censeatur reus. Cum igi=
tur mandata legis connexa sunt, quæ uirtutum opera præ=

Ratio cipiunt, profecta opera uirtutum uirtutesq; ipsas connexas arbitrari oportet. Amplius prudentia legalis siue moralis quæ scientia ethica solet appellari uel ciuilis facultas, quam principantem cæteris, peripathetici confitentur ut prædictum est, non est de una, sed de omni uirtute politica cũ suis illis gradibus, aut iuxta platonicos, uel deniq; peripatheticos enumeratis. igitur cum simul sit uirtutum omniũ, oportet uirtutes simul esse cõnexas, despicit hanc rationem subtilißimus Ioannes minorita, & inquit primo quod sicut ars

Euasio respicit factibilia, ita prudentia agibilia, nec erit maior cõ

Scoti.36 nexio agibilium ut respiciantur ab uno habitu, quam facti

di.3.L. bilium. Sicut ergo diuersa factibilia requirunt diuersas artes proprias, ita diuersa agibilia diuersas prudentias proprias, & sicut aliquis potest esse moraliter bene affectus circa aliqua agibilia & male circa alia. Ita etiam in dictando potest esse habituatus ad recte dictandum circa illa & non circa ista, cum nec circa ista habeat principia ad dictãdum de illis, nec conclusiones sequentes ex eis. 2. dicit qđ generalis prudentia unus habitus est nõ formalis sed uirtualis, inquit. n. habitus. n. ille qui est de primo obiecto, est formaliter unus & est uirtualiter omnium quæ continentur in illo primo obiecto, sed non est formaliter omnium illorum. Ita ille habitus qui est formaliter alicuius finis in aliquibus agibilibus, est uirtualiter omnium eorum, quorum cognitio pratica uirtualiter continetur in illo fine. Sed nõ est formaliter omnium eorũ. Et ita una prudentia est uirtualiter omnium uirtutum, extendendo nomen prudentiæ ad habitum illum, qui est intellectus primi principij pratici. Hæc subti-

Cõfutatio lißmus doctor. Sed ut patet si secundum uerum est, & primum eius dictum non est omniquaq; stabile. Et tamen no-

ſtra de uirtutum connexione ratio efficacior reddita eſt. primum ſi. 2. dictum eius uerum eſt, ergo non eſt prudentia ſicut ars, ratiocinium deducitur, quoniam nunquam omnium factibilium una generalis ars eſt, quæ ſit formaliter unius obiecti primi, & omnium factibilium ad illud attributorũ uirtualis habitus, hoc enim a deo uſq; nũquam exhiberi potuit de arte una cõmuni, quanuis ars aliqua ſit reſpectu aliquarum aliarum architectonica ſiue imperans, ſed nunquã una ars omnium ſic eſt. Ciuilis enim facultas non ars eſt, Sed moralis ſcientia ſiue prudentia eſt, quæ omnibus imperat, militaris quoq; ars & ſi pluribus imperat ipſa tamen omnium quidem non eſt factibilium ars, ſed ei quoq; ciuilis principatur. Adhuc. 3. ſcientiarum ſiue philoſophiæ pars eſt moralis unica generalis, ita ut tãtæ ſit cõmunitatis in agibilibus ſiue uniuerſitatis, quantæ eſt methaphiſica de omnibus rerum principijs primis, uel naturalis de omnibus rebus phiſicis, iterum eſt de uno obiecto primo, ad quod omnia quæ ad mores pertinent ſiue publicos, ſiue domeſticos, uel deniq; unius hominis, attribuuntur, & ut iſdem doctißimus Ioannes recte quidem aſſerit, continens uirtualiter omnia illa, ergo colligata ſunt omnia quæ ſunt eiuſce ſcientiæ, & ordinem habent adinuicem & ad illud unum primum, quare connexa ſunt omnia moralia. Confirmatur apprime ratio, quia ſcientia moralis non eſt de illis tantum in ſciri, ſed in acquiri & fieri, igitur, ſi eſt de illis per attributionẽ, & connexionem ad partum, & fieri erit, & ita hoc. 2. primo repugnat eius dicto, non igitur habituatus una particulari prudenjia poteſt recte & moraliter habituatus eſſe ſine altera, immo perperam in altera ut ipſe imaginatur, formatur itaq; ſic ratiocinatio. Sicut in logica ſcientia & na=

1. Ratio

Confirmatio

2. Ratio

Confirmatio

Forma rationis

3.Ratio turali atq; metaphysica cæterisq; speculatiuis non est quis perfecte habituatus tota scientia illa cõmuni, quin sit perfecte habituatus in qualibet parte eius, nõ enim quis dicitur logicus sciens qui tantũmodo unam habeat logicæ facultatis notam conclusionem demonstratione, sed qui omnem. si logica scientia est, & sic de naturali, et metaphysica scientia, ergo similiter de morali per ipsum met, qui in. 2. dicto

4.Ratio sic cõparat moralem cæteris speculatiuis. Amplius primũ obiectum moralis scientiæ uel deniq; primus finis, uirtualiter cõtinet omnem ueritatem moralem, atq; etiam uirtutẽ, quoniam ut dictum est, non est propter scire sed operari. et quoniam est omnium moralium actionum principium primum finisq; primus eius, & ordinate quidem, ergo inseparabiliter, aliter continentia & attributio illa scientialis non

Alia rõ.5 esset per se, unde sicut naturalis scientia, quia est de obiecto primo uirtualiter continente omnem notitiam scibilium cõclusionum cõnexarum adinuicem, quia ordinatarum, si posset producere in esse reali, sicut in esse cognito res scibiles, profecto connexæ & analogicæ easdem produceret sicut continet, at in moralibus sic arbitrari contingit. Obiectum enim siue primus finis, & est principium in noscendo, atq; est primum principium in agendo, uoluntas enim mouetur ab obiecto primo, quod est primus finis in agibilibus ipsis,

Cõclusio.1 ideo subtilissimus Ioannes recte loquens in. 2. dicto, in primo quidem à mea paruitate accipi nel intelligi non potest. Est ergo omnium uirtutum una moralis scientia, cuius est

cõclusio. 2 unum primum obiectum primusq; finis, illas ordinate & cõnexe cõtinens uirtualiter in esse reali & cognito, ea pro

Ratio.6 pter uirtute sunt connexæ. Deinde cũ sæpe dixerimus Christum nostrum esse omnium uirtutum exemplar, similiter cũ

dem ipsum esse sapientem optimum perfectißimūq; à quo uirtutum determinationem suscipere oportet. Nempe non solum doctor is est solus apprime uirtutum maximus, sed factor & largitor, cum ergo & in se cōnexas ipse easdem gesserit, simul quoq; connexas edocuerit, ipsarumq; omniū connexas operas effecerat tota uita sua, qua audacia hominum quisq; eas adinuicem separabit? Si etiam deum ipsum, Ratio. 7
quem uirtutum deum ubiq; nuncupamus, perspicua mente contemplari uelimus, eundem quidem, etsi uniuue omnes uirtutes perfectionesq; continere nouerimus, nihilominus ipsum eundem deum connexe eas uirtutes uel uirtutū actiones semper & efficere, & præcipere compertissimum est. Nam non est fortis quin sit iustißimus, prudentißimus atq; temperatus non uincēs paßiones quas non habet, sed qua sua natura est ipsa temperantia, immo temperantiæ author nostræ nobisq; exemplaris temperantia. Sunt .n. in ipso exemplares uirtutes, & ut unico uerbo eas in deo expendam uirtutes cum domino dico, estote, Si quoq; perfecti ut pater uester cœlestis perfectus est. Hæc perfectio uirtutum quidem perfectio est. Secundum quas nos ad similitudinem eius, ipse nostrum author effinxit. Cum igitur magno Ratio. 8
Augustino teste. Virtutes deo seruire debeant contra Iulianum pelagianum lib. 4. ca. 3. neq; una sine altera deo seruire queat, uel ex hoc cōnexæ erunt, huius sanctißimi patris, superiori ca. quo errores philosophorū exterminabamus, sententia producta est. In angelis uero si uirtutes sunt equidem copulatæ sunt, unoq; fine prudentiaq; et ordine uelut uno filo contextæ. Exposcit autem rerum ordo ut quæ sunt in inferioribus sint quoq; in magis pfectis laudis digne uirtutes, ergo si in hominibus sunt erūt quoq; in angelis uirtu

Augusti.
Cap. 2
Ratio. 9

Ratio.10 tes. Sicut autem in orbe maiori connexæ sunt cœlestes rotæ uirtutesq; cœlorum, connexa quoq; sunt & elementa. Ordo quippe principiorum rerumq; hanc impermutabilem illorum connexionem exigit, ita quoq; in michro cosmo uirtutes morales & infusas connexas esse oportet. Sunt enim actionum principia ordinata, ergo sicut in illo maiori mũdo, ordo cõnexione principiorum angitur, Similiter in hoc minori, qui homo est, ordo connexionem uirtutum euehit.

Ratio.11 Oportet etiam unam esse inter uirtutes præcipuã, quæ sit metrum mẽsuraq; cæteris, ea est simpliciter charitas, at inter morales, iustitia latria quæ deum respicit prior perfectiorq; erit cæteris, quare si ordo ergo & connexio inter uirtutes erit, ubi enim ordo connexio necessaria contrahitur posterioris uidelicet ad prius. Nec indignatur prius colligari posteris, sine quibus nec noscitur sua mensurans perfectio eminentissima. Perfectio simpliciter uirtus est, ea quidem præcipue quæ circa actiones uersatur, quanuis et quæ passiones moderatur sit quoq; simpliciter perfectio. Nempe sibi accidit eas moderari, quoniam prima eius necessitatis ratio decor est naturæ quã perficit, atq; principiũ actionis honeste laudabilis præmiabilis quoq; esse, cum ergo sit ipsa in quolibet melior quam non ipsa profecto simpliciter perfectio omnis est uirtus. Si itaq; sic est uirtus, quia etiam actiuum princpium est, sine motu, conuersatur etiam in patria, in deo optimo maximo quam libenter inspicitur, eius quoq; maiestatem apprime uenustatur, dignaq; est coli, atq; uenerabili imitatione se cũctis exhibet spectabilissimã, Perfectio autem simpliciter, unitiuam cõcupiscit aliarum perfectionum identitatem, si in deo est summoq; perfecto, ergo in cæteris connexionem unionemq; conquirit perfectionũ

[Margin notes: Charitas prima uirtutum; 12. Ratio; Virtus est perfectio simpliciter; Anselmus monologiorum. 15; Scotus. 5. quolibeto]

aliarum, prout suſceptibili ineſt aptitudo uel capacitas. Eſt autem in homine & rationali quolibet, omnium uirtutum capacitas. Ergo connexio proculdubio uirtutũ in illo erit. Deinde ſtatuamus nobis perfectum moralem, aut à philoſophis cõmonſtratum eruditumq́;, aut deniq; illum inter hebræos lege illa deo inſinuante formatum, uel tandem inter christianos Chriſti diuina lege gratiaq́; ſua fauorabiliter fabrefactum, & attendamus quis ille is erit perfecte moralis aut una, uel duabus, aut pluribus, uel deniq; omnibus officijs præmunitus uirtutum. Omnes etenim uno ore concludent perfectum moralem eſſe, qui omnibus eniteat uirtutibus, ceteri uero aut pluribus aut paucioribus expleti officijs, Accedent ad illum magis minusq́;, uerum tamen perfectus moralis eorum nullus erit, uel eo argumento, quoniã eſt pro felicitate politica aut legis aut gratiæ omnium uirtutũ regulariter integra exigitur adunatio, felicitas enim ex cauſa integra redundat (quanuis in Chriſtiana philoſophia) præuẽtione diuinæ magnificẽtiæ quiſpiã beatus efficietur, qui qdẽ nullã præbuit uirtutis actionẽ priorẽ. Sed nequaquam ſine habitibus uirtutum omniũ quiſq; felix erit, quẽ uel puerũ uel adultũ dũ iuſtificat deus replet omni illo uirtuali dono, ut ſtatim diſſeremus. Itaq; ex hoc uno perfecto morali facile conijci poteſt uirtutũ cõnexio. Hæc autẽ ratio, principio fulcitur eo, quoniam uirtutũ neceſſitas eo tẽdit ut perfectum moraliter hominem reddat, omniquaq; decore, honeſtate delectabili, actioneq; perfectiua præcinctũ quibus felix eſſe queat. Ordo igitur neceſſitasq; rerum harum in induendo hominem ueſtibus decoris undiq́;, cõnexionem illarũ oſtentat. Huic ſtatim ſe præbet, alia collectio, comitẽ ſolus chriſtianus homo eſt ex integro pfectus omni

Ratio. 13

omniũ uirtutũ adunatio

Maxima

Ratio. 14

uirtute tum morali cum etiam supercœlesti, atq; gradu supremo. Docuit enim suos, optimus primusq; uirtutū omnium excellentium doctor, exemplar, et structor Christus, non una uirtute decoros esse, sed omni quidem oportere, post ipsum deniq; qui ei successerūt in philosophiæ suæ scolis idem constituerunt apostoli sui priores discipuli, ut manifestant in eorum quæ posteris reliquerunt monumentis, & infra statim annotabimus. Igitur cū solus Christi discipulus sit perfecte moralis. Neq; nisi omnibus redimitus uirtutibus is esse prædicatur. Ex hoc uel maximo argumento

Confirmatio. 15 *uirtutū cōnexio pspici debet. Et magis hoc affirmatur, ꝗppe ꝙ solis Christi sequacibus discipulisq; uera est donata felicitas, quæ omnium uirtutum est finis optimus et desideriū, ergo tantum in hominē christiano uirtutum pulchritudo, perfectio, nexus, sanctio, regula, elaboratio, excellētiaq; attendenda est, quas ut sæpe dictum est primus ipse Christus habuit, quoniam primus ipse solus inter homines felix beatusq; esse potuit fuitq;, etiam ab instanti primo suæ in utero materno uirgineoq; conceptionis. Neq;.n. tota ethnica philosophia aut poetarum theologia à deo usque unum è suis potuere felicem exhibere, quem si heroicū sola uoce cantabant, re tamen miserum, digitoque uitijs oppletū demonstrabāt, ut de Bacho, & Herculæ, Ioue, Saturno, Alexandro, Iasone, Theoseo, Priamo, Hectore, Marte, Scipione, Cæsare, Octauiano, aut cæteris facile notißimū est, quorum plura sunt uitia miseriæq;, quæ ab eisdem poetis, tunc amoris furore, uel denique alterius cuiusq; superstitionis gratia, aut uitiorum æstu furente, metro, lyraq; modulisq;,*

Ratio. 16 *numerorum quoque concentu fuerunt personata. Firmantur hæc omnia, quoniam dominus noster saluator & morū*

magistr scitissimus a ca.5.euāgelij Matthæi in finē usq; sau Christus
stissime oēm edocet uirtutē, sed etiā uirtutes nouas, earūq; Authorita
gradus præcipuos, suos tenere docet discipulos, quos etiā te scriptu=
gradus, alij doctissimi & à deo illustres facti cācellarij sui ræ proba=
euāgelistæ, cōsono sunt ꝓsecuti calamo. Ipse igitur Christus tur uirtu=
uirtutes connexas esse docuit, & unam sine altera inutilem tum conne
esse mōstrauit cum inquit. Si uis ad uitam ingredi serua mā xio
data, atq; perseuerantiam annexam uirtuti connexionemq́;
inquit, cum hæc omnia feceritis dicite serui inutiles sumus
quod debuimus facere fecimus. Tandemq́; in Ioan.13.pōst Lucæ.17
multa quæ docuit suos ait. Si hæc scitis beati eritis si feceri= Ioan.13
tis ea, & ascensurus in cœlum præcepit euntes ergo doce= Matth. 28
te omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij
& spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcūq; mā
daui uobis. Paulus uero unus ex apostolis cui isdem domi=
nus Christus diuina credidit eloquia inquit, de cætero fra=
tres, q̄cunq; sunt uera, q̄cūq; pudica, q̄cūq; iusta, q̄cūq; san Paulus
cta, q̄cunq; amabilibia, q̄cunq; bonæ famæ, siqua uirtus, si
qua laus disciplinæ hæc cogitate, ad Phil.ca.4. ad Ephe.ue
ro.ca.6. uirtutes nūcupat dei armaturas ut statim dicemus.
Ad Galatas autem fructus spiritus eas appellat ca.5. Sicut
dominus eas beatitudines sermone in mōte denominabat.
Esaias uero, spiritus dona uocabat. Paulus isdem uni chari Matth. 5
tati easdem copulat, ut riuulos fonte uno effluentes. 1. Co= Esaiæ.7
rint.13. Sanctus Iacobus astruit ea omnia uirtutū opera ad Paulus
profectiuam maioremq; iustificationem attinere ca. 2. Pe- Iacobus
trus apostolorū prīceps tota sua epistola prima et ca.1.2.3. Petrus
Et inde, atq; sua. 2. illas easdem connectit. Sic sanctus Iudas Sanctus
cum inquit. Vos autē carissimi super ædificantes uosmetip Iudas
sos sanctiss me nostræ fidei, in spiritu sancto orantes uos=

metipsos in dilectione dei seruate, ædificatio uero non uno
lapide sed omni uirtute conficitur, quam ædificationem per
Paulus uirtutũ opera omniũ Paulus ubiq; intonat præcipue ephe=
Ioannes sios.2. At Ioannes theologus sua prima ca. 3. dixit. Et qui
seruat mandata eius in illo manet, & ipse in eo, & in hoc
scimus, quoniam manet in nobis, ex spiritu quem dedit no-
bis, mandata eius dei sunt omnium uirtutum mandata ope
Lex gra= ra. Sed ijs plura statim subijciemus. Quod autẽ in lege grá
tiæ paradi tiæ quæ paradisus uirtutum omnium esse dinoscitur omnes
sus uirtu- uirtutes imperatæ fuerint. Etiam à lege ueteri facile deduci
tum est mus. Nam inquit Esaias uaticinans de quolibet Christi se=
Esaiæ. 4 ctatore. Et apprehendent. 7. mulieres uirum unum in illa
Hierony. die &c. quem locum Hieronymus de. 7. donis spiritus san
cti intelligendum enucleat, quæ Iesum uirum deum appre=
henderunt in simul, antea aut nunquam aut imperfecte ali=
cui forsan conuenientia ex hebræis, si uero Christus ea si-
mul habuit, profecto simul sui eadem omnes habent habitu
quidem, uel adminus in sacramento confirmationis, Paulus
enim inquit pro nobis omnibus tradidit illũ, quomodo non
Paulus etiam cũ illo omnia nobis donauit? Hebræi uero per legem
Roma. 8 datam à domino omnes cõnexas didicere uirtutes esse, sicut
& præcepta connexa. Amplius philosophi moralem scien
tiam de omnibus tradidere uirtutibus, non deniq; diuulsam
aut seiunctam tradidere notionem, quod etiam prædictum
est, cum Ioannem minoritam subtilißimũ alloqueremur do
Ratio. 17 ctorem. Videtur autem qui abnegant uirtutum cõnexionẽ
(pace eorum dixerim) noluisse pspicere uirtutes esse à deo
conditas propter hominem. Sunt enim in hominum usu &
de numero utibilium, non autem de fruibilium congerie re
rum, quare cum una tantum nullius usus sit homini uirtus,

sine alia uel denique tenuißime, idcirco omnes sunt illi ne-cessariæ, ob id igitur sunt omnes connexæ. Postea cõnectuntur in uno fine uirtutes, adunatæ sunt in una generali prudẽtia, sapientia, fideq́; diuina. Copulatæ *sunt in hominibus* Ratio. 18 Quotuplex uirtutum connexio *decorem tradendo unite in perficere, coniunctißime inoperari, matrem omnes eandem habent caritatem idem habẽt subiectum, hominem uidelicet* Similitudinem *dei, in præcepto simul iunctæ iussæ sunt inesse, eundem ipsum deum habent authorem primum.* Idem *exemplar* Christum *unum retinent, eundem doctorem* Christum *sanpiẽtißimum, ordinem unum analogiamq́; eãdem participãt uirtutes omnes.* Vnde ergo *diuulsæ esse cospicantur?* Dicẽt *forte ecce illum* Euasio *iustitia uidemus perfectum, nequaquam tamen continentia decoratur,* Et *huic similia plura aßignari possunt.* Respõdeo Responsio *ille quem iustum prædicas sine uirtute continentia, ego iniustum iudico, quia in se iustus non est, qui coràm deo nequit esse iustus.* Etenim *duo illi seniores iudicio* Danielis *damnati, iustitiam ministrabant* Hebræis *in* Babylone, & *tamen iniusti erant, quia non cõtinentes, hominum iudicio non est uera uirtus aliqua. sed dei eius primi constructoris. & sui* Christi *filij unigeniti.* Deinde *uirtus nõ est quid tantum* Ratio. 19 *absoluta res, quin etiam fuerit & relatiua.* Ideoq́; *non est uirtus nisi referat & cæteras secum uirtutes, iniustus ergo is omnino est, qui alijs noscit iustitiam legalem in dicere, in seipso autem oẽm in iustitiam prædominari mauult,* Matth. 23 *hoc modo iudæos pharisæos increpat* Christus *simul &* Paulus *ad* Roma. 2. *dicunt enim & non faciunt, et qui aliũ doces,* Paulus *ait, teipsum non doces.* Ergo *is preco est iustitiæ, sed non factor, iudicat recte secũdũ leges, unicuique ut potest ius suum retribuens.* Sed *nequaquam in semet il-*

lud experiens. Nego igitur illum esse iustum uirtute, qui in continens est, sed uero labijs iustum esse tecum affirmo. Iu
Ratio.20 stitia enim uera cōmunis est uirtus, proinde hic hypocrita est, iustitia quadam simulata apud Christum nostrum, non tamen uere iustus. Iterum humanum corpus totis integrum perficitur artubus, neque erit perfecte humanū, si totis non
1. Homine consistet membris, sua bellißima pulchritudine simulq; adu=
uirtutum natis situ, positione, integritateq; dispositis, figura, atque
perfecto specie, in corpore itaque uirtuali, ex integro omnis inquiri tur uirtus & exigitur, si pulchritudo, decor, et animastica uenustißimaq; species in illo conspicienda præfertur. Etiā
Ratio.21 si ad finem politicum uirtutes præordinentur, omnes sane connexas esse oportet, quoniam nequaquam unica uirtute bene potest politia disponi, similiter & si ad paßiones re=
Ratio.22 pagulandas illas easdem statuas, simul eas combinare necessum est, atque ad operationes decoras. Non enim uirtus p=censebitur quæque quam refrænantem paßionem unam ui tia multa comitantur, cum cæteris lætabundis dominanti=busq; paßionibus atque insultantibus illam. Neque uirtus una creditur siquis recte unū opus uerset, at pluribus opis euanescat & in indirectum abeat. Vel.n. ex omni, ue nul=la erat uirtus, quoniam malum est ex quolibet accidens de=fectu, uel unico aut tādem pluri. Item ut prædictum est, uir tutum unio harmoniæ cōparatur citharæ. Augustinus.n. & Gregorius hoc planè fatentur. Aristo. quoque Ethico=rum. 3. bonum ex causa integra animaduertit constare, cui Dionysius. 4. de diuinis nominibus omnino cōsentit. Itaq; sicut sonus citharæ harmoniacus ex omnibus tēperatis cor dis suauiter delectabilisque resultat, unaq; delirante chor=da tota deperit melodia, ita quoque de uirtutibus iudicādū,

idemque iudicium de corporea pulchritudine phas est arbitrari, Vnde tum in naturalibus, cũ artificialibus, atq; moralibus, non est perfecta bonitas neq; pulchritudo nisi ex toto siue integra causa, similiter in speculatiuis non est perfecta scientia, nisi ex omni uero illi scientiæ congruo atq; necessario. Iustitia autem cõmunis uirtus intelligitur apud sapientes legalis iustitia, quæ est uirtus moralis secundum quam unusquisq; recte dispositus est beneq; se habet ad totam legem uel naturæ & hoc primũ necessariumq;, uel ad legem ab homine inditam, unde non est omnis uirtus formaliter, sed uirtualiter. Et hoc maxime legislatoris debet esse, aut quidẽ magistratus, huic nisi sit annexa uirtus generaliorq; iustitia dicta à philosophis metaphorica. Nõ quidem prodest. Ea uero est qua quis sibi ipsi recte imperet, pax quoq; uocatur in animæ regno, quæ sensus ratione, uoluntatemq; contineat in ratione, et se totum hominem deo, atq; suo magistratui obtẽperare habiliter. Iustitia illa legalis hanc omnino, uel partem habet uel principium, metaphoricam. Vnde & de huius prudentia, latissimum est axioma. Nosce te ipsum, & de ea non minus est illud uulgatissimum. Recte qs alteri poterit imperare, qui seipsum optime regat, unde uirtus hæc utraq; iustitia profecto nũquam in homine erit, nisi omnibus uirtutibus suo modo sit homo affectus. Secundum quas in diuinis eloquijs de quibusdam dicitur, erãt ambo iusti ante dominum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela. Et iterum et erat uir ille simplex & rectus, ac timens deum, et recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam. Nec non sanctus propheta inquit, & retribuet mihi secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi, quia

Ratio

Quid iustitia legalis

Iustitia pax

Prouerbiũ

Lucæ.1

Iob.1

Iob.2

Psal.17

custodiui uias domini,nec impie gessi a deo meo, quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustitias eius non repuli à me. Item ubi malitia siue uitiũ excæcatio est sapien tiæ.3. Aristo. inquit. Malus omnis ignorans ethicorum.3.

Dionysius Dionysius uero.3. de diuinis nominibus inquit nullus opeꝛatur bonum ad malum aspiciẽs psal.2. Sanctus ait prophe

Psal. 2 ta tunc loquetur ad eos in ira sua & in furore suo conturbabit eos. Ergo ex his habemus,quod attendens ad malum ignorans est,conturbatus est atq; malitia obcæcatus est, Itaque uirtutem operari nequit uel secundum uirtutem (nisi forte à casu uel fortuito) quare non potest uirtus esse sola, sed cõnexe erũt ex una,atq; cõbinatæ uirtutes. Intelligo aũt omnes has deductiones & de uirtute secundum habitũ atq; operationem ne quis calumniandi ansam arripere uelit,etiã audio de uirtute in esse perfecto secundum quod poßit in actum progredi,iuuante & dirigente prudentia. Sed præcipue fauente dei gratia,fideq; monstrante finem illius opii

Ratio mum uerißimumque. Requirit autem omnis uirtutis actio

San.Thome. 1.2. q. 65 omnisque uirtus inesse et actione scientiam uel discretionẽ, hæc est prudentia,rectitudinem quoq; exigit, quæ ad iustitiam spectat,nisi uero moderationem claudat nõ est uirtus, sed temperãtiæ hoc est munus, Firmitas autem requiritur,

Grego. quæ est fortitudinis. Et diui Gregorij uisa uidetur hæc de-

Cap.37 ductio.22.moralium ut statim retexemus. Iterum consimilẽ

Augusti. perhibet rationem Augusti.6.de trinitate. Amplius apud

Bonauen. sanctum Bonauenturam ratio neceßitatis earum est aut à

3.distin.33. subiecto. Et sic prudentia requiritur ad perficiendum et re

q.4 ctificandum rationabilem potentiam, iustitia apud Ioannẽ

Scotus dis. minoritam ad rectificandum cõcupiscilem in ordine ad aliũ

3.q.3 & irascibilem etiam, atque temperantia ad rectificandum

concupiſcibile in ordine ad ſe, fortitudo ut moderetur ira=ſcibilem in ſemet ſibi ipſi. Alias requiruntur inordine ad actum. Tres enim ſunt actus qui neceſſario concurrunt ad uirtutem, ſcire. ſ. uelle, & impermutabiliter operari, primũ eſt prudentiæ. 2. quod eſt uelle bonum, eſt iuſtitiæ. 3. uero eſt temperantiæ in proſperis, & fortitudinis in aduerſis. Ratio S. Bonauẽtura

Adhuc. S. Bonauentura, & magnus Alexander minorita aliam uirtutum perſcribunt neceßitatem ex uia oppoſito=rum. Nempe à peccato. 4. nobis inflicta per dei ulciſcẽtem iuſtitiam, pœnalia ſane & ſemper deploranda, ignorantia primum eſt, inordinata concupiſcentia, infirmitas, & mali tia. Aduerſus primum prudentia eſt, temperantia in. 2. ſed 3. uincit fortitudo, at iuſtitia ſuperat. 4. Tãdem ex obiectis pluribus modis uirtutum infertur neceßitas, primo, quoniã aut ſumuntur uirtutes circa paßiones, et tunc aut innatas ut concupiſcentias, & ſic temperantia eſt moderatrix il=larum, aut illicitas & ſic fortitudo. Aut circa actiones & ſi intrinſecas in eligendo ſic prudentia exigitur, aut extrin ſecas ad quas moderandas iuſtitia aduocatur. Secũdo modo ex parte obiecti ſumitur alia uirtutum neceßitas, quoniam uirtus aut negotiatur circa bonum utile & expediens, & talis eſt prudentia, aut circa honeſtum & laudabile, & ſic eſt iuſtitia, aut circa bonum arduũ, & ſic eſt fortitudo, aut delectabile, & ſic eſt temperantia. Tertio modo adhuc ne=ceſſaria eſt uirtus quatruplex, quoniam uel ad ſe ordinati=ua eſt, uel ad prxiomum, ſi ad ſe uel eligendo & ſic neceſſa ria eſt prudentia, uel in reſpuẽdo, quomodo eſt temperan tia, Si uero ad proximum & in reddendo et ſic eſt iuſtitia, aut in ſubſtinendo, & ſic eſt fortitudo. Verum inquit huiuſ modi non ſunt omnino ſtabiles, Ideo modus neceßitatis ea=

Ratio Alexãder 3. pte e. 4

Ratio S. Bonauẽtura

Alia ratio Ex Bona=uentura

Ratio

Ratio

rum aßignatur alter. Cum enim uirtus Cardinalis ordinet hominem circa ea quæ sunt ad finem. Siue circa quid creatum, uel denique hoc aliud à se est, uel ipsemet homo. Tunc uirtus cardinalis aut est relatiua actuum respectu sui, & tripliciter esse contingit, aut respectu rationalis, & sic est prudentia, aut concupiscibilis, & sic est temperantia, aut irascibilis, & sic est fortitudo. Si uero ad alterum, sic est una uirtus quæ uocatur iustitia, quæ est una prout ad alterum ordinat ratione debiti, & tamen est omnis, cum hæc ratio potest attendi secundum actuum cuiuslibet potentiæ, illuminatus doctor Franciscus minorita altiorem ostendit uirtutum necessitatem inquiens, quatuor sunt diligenda ex charitate, uidelicet deus, anima nostra, proximus noster, corpus nostrum. Oportet autem nos circa hæc recte disponi. Virtus autem moralis etiam est per quam circa hæc nos bene habere debemus. Itaque per uirtutem latriæ nos ad deũ bene habemus secundum fortitudinem ad animam nostram. Nẽpe fortitudo per prudentiam docetur qđ magis sustinenda est mors quam anima uitijs inquinetur, per temperantiã ad corpus nostrum, per iustitiam ad proximum. Et qualitercunque hæc aßignetur uirtutũ necessitas sufficientiaque manifestum est has omnes sufficientias uirtutum moralium connexionem ostendere. Neque desunt ex habitus conditione quatripartita, uirtutum, 4. præfinire opportunitatẽ. habitus enim prõpte facit operari, ecce prudentia. delectabiliter ergo temperantia faciliter atque fortitudo, recte uero, quia moralis sed nõ nisi à iustitia hæc euenit rectitudo. aut quidem ab omnibus simul isthæc habitui morali inesse accidunt. Cum uero prudentiam inter uirtutes cõnumeramus. nõ admiretur quispiam, loquimur enim ut plures. Et quoniam

Ratio Franciscus 3. dist. 33. q. 2

Forma rationis ex dictis

Cauilli remotio

niam nulla uirtus moralis sine prudentia, unde recte illis combinata est uelut cognatissima. Reducimus tandem potis *simam rationem doctissimi* Ioannis *minoritæ præclarissimi præceptoris nostri pro hac ueritate ad hunc modum, quan do sunt plures perfectiones partiales* Analogicæ *idem susceptibile non potest esse simpliciter perfectum in summo nisi habeat eas ordinate, licet nō in æquali gradu.* Si *enim careret aliqua puta inferiori, iam nō esset perfectum in sum mo.* Et *præcipue hæc maxima uera est in pfectionibus simpliciter, q̄ de sui natura sunt unitiuæ cōpossibiles apud eundem doctorem nostrum.* Maximum *autem huius nostræ assertionis fundamentum est, quia uirtus generatur ex conformitate & ordine ad superiorem dirigentemq; regulam. oportet igitur easdem exoriri exortasq; operari conformiter ad illā.* Si *uero difformiter illi aut exeāt in opera uel gignantur.* Iam *non uirtutes. sed peccata protinus erunt.* Lex *autem ratioq; superior siue illa sit diuina uel deniq; ciuilis facultas eas simul non seiunctas præcipit. ergo omnino connexæ sunt si uirtutes sunt.* Reliquum *uero est eandem ueritatem, diuinorum eloquiorum censura, atq; sanctorum patrum testimonijs confirmare.* Scias *tamen subtilissimū Ioānem opinari.* Vel *uirtutem esse in nobis supplemētum defectus naturalis,* Vnde *non ponuntur in angelis secundū quosdam,* Nec *in statu innocentiæ fuissent tales in natura quales nunc.* Nec *ergo tunc fuisset necessitas habendi uirtutes omnes quas & nunc.* Et *hoc specialiter de uirtutibus quæ non habent bonum pro obiecto, sed malum ut pœnitentia, quia in statu illo non fuisset illud malum.* Sicut *forte nec tūc fuisset patientia, quia nec materia patientiæ.* Vel *aliter dici potest quod pœnitentia est habitus inclinās faciliter ad uin*

Ratio Scoti.36.3. artic.1

5. Quolibeto

Scoti notandum triplex, An uirtutes morales et pœnitētia & patientia fuissent in statu innocētiæ uel

in patria Ex regula fidei po= test nasci uirtus moralis

dicandum in se reum. Et quod in se hoc est materiale, quia formalis, rõ uirtutis esset eadem, si cõmitteretur sibi uendicare in aliũ reũ. Beatus aũt et innocẽs possunt habere habitũ prõpte uindicandi in aliũ reũ, ergo in se, si reatus fuisset. Hæc ille. 4. dis. 14. q. 2. ad. 6. Opinatur etiã qđ ex regula euãgelica põt innasci uirtus moralis. q. 3. Arbitratur quoq; qđ illa uirtus est superior simpliciter (Cui ex obiecto cõuenit ĩperare, qua rõne infert. Charitatẽ posse uti et imperare oẽm actũ alterius uirtutis & pniæ. q. 2. artic. 1. ante finem. 2. & 3. ueritas patent à cap. 29. ad. 32.

Charitas ĩperat omnibus uirtutibus

Cap. 34. Ex sacra scriptura probans cõnexas esse uirtutes, ubi multa de pœnitentia, & de. 8. beatitudinibus.

Ambrosius lib. de paradiso cap. 3

Plura quidem exempla, Sacer Ambrosius, sanctorum, supra deduxit, quibus luce clarißima patet in sanctis ueteris testamenti simul iunctas infuisse uirtutes, quæ quidẽ repetere non est necesse. Solum igitur claras scripturæ diuinæ ueritates idipsum auspicantes producere oportet, primus locus ab euangelio sumendus proponitur, quoniam de uirtutibus clarius euãgelica lex loqui uidetur, quæ tota uersatur in illarum constructione. Nullum enim bonum nouit lex gratiæ nisi uirtutem, malũq; aliud non agnoscit esse nisi uitiũ uel peccatũ Hieronymo teste sup Esaiæ. 11. inquit enim

Hierony.

audiãt à nobis (.s. Iudæi) nihil esse bonum, nisi uirtutem, et nihil malum nisi uitium, dicente psalmista, qs est homo qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Cõpesce linguam tuã

Psal. 33

a malo, & labia tua ne loquantur dolum, declina a malo et fac bonum. Diuitiæ autem, & sanitas corporis, & rerum omnium abundantia. Et his contraria paupertas & infirmitas inopia. Etiam apud philosophos seculi, nec inter bona reputantur nec inter mala, Sed appellantur indifferẽtia.

Indifferẽs actus

Vnde & stoici qui nostro dogmati in plerisq; concordãt. Nil appellant bonum nisi solam honestatem ac uirtutem, nihil malum nisi turpitudinem. hæc ille. Primus locus erit Matth.3. baptistam.n. Ioãnẽ docẽs Christus de humilitate seruãda atq; exẽplaritate uirtutũ. Sine modo inquit, sic nos enim decet implerere oẽm iustitiã. ut ergo iustitia decor, sit hominis, omnis esse debet, omnis autẽ iustitia omnis est uirtus. Hunc locum de connexione uirtutũ, sacer audit Ambrosius lib. de paradiso ca.3. quem infra referemus. 2. locus est, Matthæi. 3. quem Lucas. 3. magis explicat Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum, & descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum qui quanuis nunc oculo illabi corporali uisus fuerit in Christum, tamen à principio suæ conceptionis, requieuit in illo, cõceptus est enim de spiritu sancto. Sanctus Esaias igitur inquit. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis. spiritus sciẽtiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini, quod dominus de seipso interpretatur Lucæ. 4. quando locum similem Esaiæ. 61. de seipso explicat intelligendum, spiritus domini super me &c. Hieronymus ait porro in euangelio cuius suprafecimus mentionem (.s. Hebræorum) hæc scripta reperimus. Factum est cum ascendisset Iesus de aqua descendit fons omnis spiritus sancti & requieuit super eũ. Et dixit illi. fili mi in omnibus prophetis expectabam te ut ueníres et requiescerem in te. Tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum. Qui spiritus domini appellatur et spiritus sapientiæ. Omnia.n. per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil quod factum est, & in psalmis canitur. Quã magnificata sunt ope=

[Marginal notes: Stoicorum opinio — Primus locus Matthæ. 3 Christus — Ambrosi. — 2. Locus Lucæ. 3 — Esaias. 11 — Lucæ. 4 — Hieronymus super Esaiæ. 11 — Psal. 103]

ra tua domine omnia in ſapientia feciſti. Et apoſtolus ſcri-
Paulus bit Chriſtus dei uirtus & dei ſapientia. Et in prouerbijs di
1. Corin. 1 citur deus in ſapiẽtia ſua fũdauit terrã et parauit cœlos pru
Prouerb. 3 dentia. Et quomodo idem ſermo dei uocatur lux, & uita, & reſurrectio? Sic ſpiritus ſapientiæ & intellectus conſilij & fortitudinis, ſcientiæ & timoris domini nũcupatur. Nõ quo diuerſus ſit iuxta differentias nominum. Sed unus atq; idem cunctarum uirtutum fons ſit atq; principium. Abſq; Chriſto igitur nec ſapiens quis eſſe poteſt nec intelligens nec conſiliarius nec fortis nec eruditus nec plenus timoris dei. Et notandum quod ſpiritus domini ſapientiæ & intellectus conſilij fortitudinis ſcientiæ et timoris domini. Id eſt ſeptenarius numerus, qui. 7. oculi in uno lapide dicuntur
Zachar. 3 in Zacharia, hæc ille. Cum igitur ſimul connexi riuuli ab uno deriuentur fonte, atq; coniuncti. 7. oculi ſint in uno lapide Chriſto. 7. dona hæc quæ ſunt. 7. uirtutes. Manifeſtum
3. Locus eſt ex hoc loco connexas eſſe uirtutes. Tertius locus eſt. Cũ
Chriſtus iſdem dominus inquit pœnitentiam agite, appropinquabit
Matth. 4 in uos regnum dei. Vbi uero pœnitentia uera. Niſi ſit omnium uirtutum exercitatio, aut uana eſt aut prorſus nulla pœnitentia. Tota enim pœnitentia, ſi uno maculetur uitio inanis redditur. diſputatur hæc cauſa tota diſtin. 3. de pœnitentia, per uarias ſanctorum patrum ſententias quas non
Quid pœnitentia oportet annumerare. Vnde & recte diffiniunt ſancti pœnitentiam ueram eam eſſe per quam præterita deflentur ſcelera, & non cõmittuntur deploranda ex Ambroſio, Auguſtino, Gregorio, & Iſidoro &c. huic ueritati fons ueritatis
Eſaiæ. 1 deus aperuit ſemitam in Ezechiele, Eſaia, & Iohele prophetis, lauamini, inquit, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum ab oculis meis quieſcite agere peruerſe.

discite bene facere quærite iudicium, subuenite oppresso, iu dicate pupillo, defendite uiduam. In Ezechiele autem aper- *tius loquitur* Dominus. *Si autem dicit impius egerit pœni tētiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, et custo dierit omnia præcepta mea & fecerit iudicium et iustitiam uita uiuet & in morietur.* Ecce pœnitentiæ coniungit om- *nium mandatorum obseruantiam, quæ certe est uirtutū om nium expensio, additq; iustitiam facere iudiciumq;, iudiciū intelligens, consilium cum electione uirtutum habere, & iu stitiam omnem deniq; audit uirtutem esse, omnis enim uir- tutis actio, iustitia est, quia deo sibiq; uel proximo reddit, uirtute operans, quod debet,* Et *enim homo institutus est à deo in principio, tantummodo fructus uitæ arboris legere edereq;, quod est opera uirtutis gerere deoq; sibi proxi- moq; illa faciendo satis largiri.* Iohel *publica uoce quasi ro boante tuba intonat. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiu- nium, uocate cœtum, cōgregate populum. Sanctificate ec- clesiam &c.* Quid *autem est ecclesiam sanctificare pœnitē do, nisi sanctam facere ecclesiam, quia scriptum est sancti estote, quia ego sanctus sum,* Sanctitas *aūt est nō unius sed omnium uirtutum cumulus atq; excellentior gradus.* Dum *ergo Christus pœnitentiam præcipit, omnium planè uirtu tum imperat actiones, quapropter astruunt & recte sapiē tißimi patres,* A*gente pœnitentia opera uirtutum alias pec catorum puluere tecta mortificataq;, reuiuiscere, quod di- uo patrocinante* Hieronymo *in Malachiā cōfirmare solet. Cuius rapsodia distinctio. 50. & purgabat, solet annotari.* Et *iterum diffiniunt, pœnitentia uim conferente, hominem resurgere ad opera fortiora, eodem* Hieronymo *teste super.* Ezechielem, *cuius memoria ponitur distin. eadem cap. quid*

Ezechi. 18

Iohelis. 2
Leuiti. 20

Quid est sanctitas

Scitū theo logorum

Hierony. distin. 50

Hierony. distin. 50

Scotus est hoc, impense fauet dictis subtilissimus Ioannes minorita
Augusti. 4. distinc. 22. Magno etiam Augustino his consentiente
de pœnit. lib. de pœnitentia. Cuius fragmentum ponitur de pœniten-
distin. 3 tia distin. 3. ca. pium, prædictis subscribit disti 14. q. 9. 10.
Bonaduen. 11. 4. Dominus diuusq; Bonauentura. Cui concors diuinus
sanctusq; Thomas aspirat. 3. q. 89. & 3. distin. 31. q. 1. &
2. distin. 29. q. 1. de Adam loquens. distin. 14. 4. q. 1. Confir-
mantur quæ dicta sunt, unius pœnitentis mulieris memora
Lucæ. 7 bili opere. Magdalena enim peccatrix in ciuitate accedit ad
Iesum manducantem in domo pharisæi. et stans retro secus
pedes domini lachrymis cœpit rigare pedes eius, & unguē
Ioan. 12 to ungebat. In Ioāne autem legimus, & domus impleta est
ex odore unguenti, quo unxit pedes Iesu, in duobus alijs le
Matth. 26 mus quoq; fracto alabastro effudit super caput eius. Ecce
Marci. 14 igitur post pœnitentiæ lachrymas, unguentum pretiosum
effunditur ad pedes domini saluatoris primo, inde sup ca-
put eius. Non est autem dubium sanctos doctores, unguen
tum odoremq; eius audire uirtutum opera bona, odora
proximis suauiaq; etiam optimo deo quæ libenter odorat,
Cantico. 1 unde & in canticis odor unguentorū sponsi, fama celebris
Paulus uirtutum sponsi eius intelliguntur. Paulus quoq; admonuit
2. Corin. 2 omnes esse Christi bonum odorem, lege Ambrosium lib. 2.
ca. 8. de pœnitentia, magnum quoq; Gregorium homelia
Conclusio super Lucæ. 7. Ex dictis itaq; clarum est, cum dominus ad
ex dictis pœnitentiam uocat peccatores, ne dum ad lamenta cōmisso
Matth. 3 rum eos prouocat. Sed uel maxime ad omnia uirtutum ma
Lucæ. 3 ioraq; opera, Et hi sunt digni pœnitentiæ fructus, ad quos
inuitabat magnus ille pœnitentiæ prædicator, exemplūq;
uirtutum rarum domini præcursor Ioannes baptista. Au-
Chrysost. reus, inquit, Chrysostomus homelia super eodē Matth. 3.

& Lucæ. Non enim satis est pœnitentibus peccata dimittere. Sed opus est eius fructus ferre, secundum illud declina a malo & fac bonum. Sicut non sufficit ad sanationem sagittam euellere, sed oportet ulceri medicamentum apponere. Duo hinc Lutheranorum exterminatur errores, primū abijcimus quo asserunt pœnitentiam non ad præteritam uitam, sed nouam attendere uitam. 2. uero quo opera bona libera esse portentant. Nempe aiūt sunt libera. i. fieri uel nō fieri nostræ uoluntatis esse, non uero iuris aut præcepti, neq; etiam diuini, Pugnant hæc duo illorū dicta inter se, Si mulq; totā pœnitentiæ corrūpunt formā essentiāq;. Nanq; pœnitentia tria omnino secum tempora claudit, præteritū uidelicet, in peccatis exactum, quæ castigat punitq;, præsens quod in bonis oportet exercere uirtutum iustitiæ operibus uniuersalis. 3. uero futurum, quod magna prouidētia, perseuerantiæ dono, diuinaq; promouente gratia, & a peccatis præseruet atq; in bonis semper perseueret, oportet. n. pœnitentem conari nunquam peccare amplius. Votumq; hoc habere perpetuum. Sed corruptores, fidei Christi, Lutherani hæc ignorant adulterantq;. Nam Christus præcipit uade, amplius noli peccare, peccatum uero nunquā uitare possumus nisi recte sancteq; uel per gratiam operantes, etiam in cœlis ubi felicitas continua, attualis nostra est operatio. Sed de his in sequentibus augustior deo fauente erit sermo futurus. 4. Locus est, beatitudinum simul aggregatio, quas. 7. uirtutes esse facile explicat subtilißimus Ioānes minorita, adnotat tamen qnandoq; eas specialiori nomine uel specie nuncupari, inquit igitur. Beatitudines quas saluator numerat Matthæi. 5. sunt idem habitus cum uirtutū 7. habitibus, tamen aliquendo nominantur species specia-

Duo errores Lutheranorum

Cōfutatio

3. Tempora pœnitētia continet necessario

Fœlicitas est cōtinua operatio

4. Locus Christus Scotus. 34 distin. 3

Temperātia liores, uirtutum, quam ſumantur in numero uirtutum ſeptenario. Nempe temperantiam enumerat in duabus ſuis ſpeciebus. ſ. humilitatem nuncupans paupertatē ſpiritus, quæ moderatur primum delectabile, honorem uidelicet. Et hoc

Auguſti. Auguſtinus intelligit in de uerbis domini ſermone, quapropter ait recte hic intelligūtur pauperes ſpiritu humiles & timentes deum. i. non habentes inflantem ſpiritum. Chryſoſtomus addit, quoniam enim ſunt multi humiles rerū neceßitate coacti, nō eſt laus, unde illos beatificat, q ſe ex electione humiliant. Aliam temperantiæ ſpeciem moderantē uoluptates in cōmuni explicat cum ait, beati mūdo corde. Munditia enim cordis eſt immunitas uoluntatis ab omni inordinata delectatiōe tam reſpectu ſenſus quam ſui quoq; reſpectu. Chryſoſtomus in homilia, inquit, mundus autem hic intelligitur uel eos qui uniuerſalem uirtutem poßident, & nullius ſibi malitiæ cōſcij ſunt. Vel eos qui in temperantia conſiſtunt, quæ maxime neceſſaria eſt ad uidendum deum, ſecundum illud Pauli pacem ſequamini cū omnibus & ſanctimoniam, ſine qua nemo uidebit Deum. Quanuis Auguſtinus. 1. de trinitate fidem intelligat cordis mūditiam, cuius merces eſt dei uiſio ex illo actuū. 15. Corda fide purificans, quod nequaquam de ſola fide Petrus intellexit, quoniā illi gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti copulauit, & datum ſpiritum ſanctum, ut patet legenti librum actorum apoſtolicorū. Ideo Lutherani cæcutiunt in hac parte adulterātes apoſtolica uerba, ſicut & ſemper mos fuit hæreticorum, et hæc moderantur concupiſcibilem potentiam. Cū uero Auguſtini explicatio optima ſit, ne pigeat in cordis munditia fidem intelligendo ſubaudire quoq; prudentiā. Eſt enim fides prudentia lumine irradiata diuino, ſimiliter. Fortitudo

[Margin notes: Chryſto. in homelia — Quid mūditia cordis — Chryſoſt. — Hebræ. 12 — Auguſti. — Cōtra Lutheranos — Actuū. 15 — Quid prudentia — Fortitudo]

auditur, cum inquit, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nam patientia nobilior est fortitudinis species. nempe magna uirtus est inter aduersa seruare uirtutes ut Chrysostomus, inquit, super Lucæ. 6. Iustitiam exprimit in suis speciebus uidelicet amicitiam, cum ait beati mites. Sane mites sunt mansueti at nulla ma or est quam inter beneuolos amicosq; mansuetudo. mititas, inquit Ioannes, beneuolentia est, quoniam plus ea est beneuolentia, Sed amicitia maior est beneuolentia, quoniam est non latens in contrapassis beneuolentia. i. amicitia est mutua beneuolentia reciprocaq; non latens. s. amantes amicosq;, alicuius boni gratia amabilis propter se. mititas igitur minimum in amicitia illam hic expendit. Accedit huic sententiæ, quoniã existimatur qui mitis est omnia sua perdere propter seruandã uirtutem pacemq;, ut Chrysostomus ait in homelia præsentis loci. Magis autem cõmunicabit sua propter amicitiæ iustitiam. Sic dominus se mitem dicit. i. amicum omnibus dilectoremq; qui sua seq; impartijt suis fidelibus, quos amicos non seruos suos quam lubenter magnanimæq; uoluit esse, licet Ambrosius & Augustinus mititatem obaudiant, non irasci male agentibus, neq; resistere inferentibus mala, quæ sit optima constantia mansuetudoq; illa, de qua propheta inquit, mansueti autem hæreditabunt terram, Et dominus inquiebat non resistere malo, sed siquis te percusserit in dexteram maxillam tuam. præbe illi & alteram. Obedientiã alteram iustitiæ speciẽ & præsidentiam complicat cum ait Beati pacifici, pax nanq; seruatur dum recte operatur præsidens atq; subditus recte obtemperat, uel iustitiam quidẽ legalem illam uniuersalem intelligimus pacem quæ & præsidentiam obedientiamq; simul sibi conciliat iustitias par-

9
Chrysost.
iustitia
Amicitia
Aristo. 8 Ethicorũ
Chrysost. Matth. 11
Ioan. 15
Psal. 36
Matth. 5
Obedientiam
Iustitia legalis

Augusti. tiales. Inquit enim Augustinus in sermone domini in monte Pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes & subijcientes rationi. Carnalesq; concu-
Pacifici sunt regnũ dei piscentias habentes edomitas, fiunt regnum dei, in quo ita ordinata sunt omnia, ut quod est in homine præcipuum & excellens, imperet cæteris reluctantibus, quæ sunt in nobis belluisq; cõmunia, atq; id ipsum quod excellit in homine. i. mens & ratio subijciatur superiori quod est ipsa ueritas fi-
1. Recte lius dei. Neq;. n. imperare inferioribus potest, nisi superioribus subijciatur. Et hæc est pax quam Paulus iustificatos habere prædicabat, cum domino, per Iesum Christum. Li-
Paulus Roma. 5 beralitatem uero non quamcunq;, sed quæ misecordia est. Speciem quoq; iustitiæ quæ moderatur externa bona corporalia, enũciat dicens. Beati misericordes. Nullo enim alio
Liberalitas modo, inquit, doctor Ioannes potest aliquis esse perfecte dispositus circa exteriora cõmunicada proximo, quam per
Misericordia misericordiã. Nempe quia cõmunicat non ut re habeat, uel ut priori beneficio allectus. Sed tãtum propter dominum.
Scotus Et in hac uirtutis iustitiæ specie. Non hæreticus Luthera-
Ratio nus impius, qui sacrilegum consulit, ut elemosyna fiat. Sed
Cõtra Lutheranos pijssimus attendat christicola catholicusq;. Nam huic soli repromissa est a deo misericordia. Si enim cœlorum regna penetrare uoluero, ꝑ misericordiæ portas me intrare opor-
Portæ cœlorũ sunt 2. Misericordiæ tet. Sunt autem duæ hæ portæ, una uidelicet dei misericordia, interior, qua scelera dimittit. altera tuæ est meæq;, porta, misericordiæ, qua uel proximis dimitto, aut presto miserans uitæ subsidia, utraq; tamen una charitas sunt, fons uidelicet et riuulus, illa dei, hæc mea, sed hæc ab illa et ꝑ illã porta est paradisi. Charitatem autem theologicã infusamq; uir-
Charitas tutem ponit, cum inquit, Beati qui esuriunt & sitiunt iusti-

tiā, propriissime enim, inquit, doctor Ioānes, charitas uiæ, est habitus quo esurimus iustitiam et diligimus deum in se, quod est uera iustitia, Chrysostomus, inquit sup Matthæū, qui enim omnem iustitiam facit & cogitat deum uidet, quoniam iustitia figura est dei. Deus enim iustitia est, Hieronymus addit, non nobis sufficit uelle iustitiam, n si iusti tiæ paciamur famem, ut sub hoc exemplo nunquam nos satis iustos, sed semper esurire opera iustitiæ intelligamus. Hilarius subijcit Sitientibus autem & esurictibus iustitiam, beatitudinem tribuit. Significans extensam in dei doctrinam sanctorum auiditatē, pfecta in cœlo facietate repleri. Chrysostomus subinfert. Saturabuntur. s. largitate remunerantis dei, quoniam maiora erunt præmia dei, quām sanctorū desideria. Est autem sitis & cibus iustitiæ refectio, quippe, quoniam meus cibus est, inquit, dominus ut faciam uoluntatem patris, & qui biberit ex hac aqua fiet ei fons saliētis aqua in uitam æternam, & non sitiet unquam, spem astruit inquiens, Beati qui lugent, luctus enim habitus desiderandi est bonum summū. Glosa inquit. per luctum duo genera compunctionis intelliguntur. s. pro miserijs huius mūdi & pro desiderio cœlestium. unde filia Caleph petiuit irriguū supius & inferius. sancti uero Ambrosius, Chrysostomus, Hieronymus, Hilarius, Augustinus, uirtutem pœnitentiam in hoc luctu perhibent, quæ etiam iustitiæ cōmutatiuæ atq; distributiuæ species est, cōmutat enim diuino indulgente spiritu æternum peccatorum reatum in temporalem, atq; singulis peccatis distribuit pœnam opportunam. s. tristitiam mentis, gemitum & dolorem, & externa quædam. Ne uero quisquam Ioanni subtilissimo calumniam ingerat, quoniam Augustinus has. 7. Beatitudines. 7. donis spiritus san

Deus iusti tia est
Chrysost.
Hierony.
Hilarius
Chrysost.
Maior dei præmiatio quām meareamur
Ioan. 4
Glosa
Roma. 8
Iudicū. 1
Ambrosi.
Pœnitētia est iustitie cōmutatiua & distributiua
Defensio Scoti

cti coadunare uidetur. Scito & dona. 7. septemq; celebres
Ambrosi. uirtutes, atq;. 7. beatitudines eadem esse, tantūmdo uariata
non fine, neq; gradu essentiali. Sed potius nomine, aut com
paratione diuersa, & gradu accidentali. Vnde et sacer Am
brosius super Lucæ. 6. Beatitudines, uirtutes obaudit esse,
Quatuor tantum, inquit, beatitudines sanctus Lucas posuit
8. uero sanctus Matthæus. Sed in istis. 8. ille. 4. sunt, & in
4. istis ille. 8. Hic enim. 4. uelut uirtutes amplexus est car=
Temperā dinales, ille in illis. 8. mysticum numerum reserauit. Octa=
tia ua autem summa uirtutum est. infra, Beati pauperes spiritu
Iustitia habes temperantiam quæ à peccato abstinet, seculū calcat
illecebrosa non querit. Beati qui esuriunt & siciunt, qui. n.
Iustitia est esurit, esurienti cōpatitur, cōpatiēdo largitur, largiēdo fit iu
materia stus, quia dispergendo pauperibus iustitia eius manet in
uirtutum æternum, quia iustitia uirtus quasi materia quædam uirtu=
Qūo cū tum est. Beati qui nunc fletis. Habes prudentiam. Cuius est
8. cōueniūt flere occidua, & ea quæ æterna sunt querere deum pacis in
4 quirere, Beati eritis cum uos oderint homnes. Habes forti=
Ordo bea tudinem. Sed eam quæ non odium mereatur ex crimine, sed
titudinum persecutionem patiatur ex fide. Ergo temperantia, cordis
Probatio habet animiq; munditiam. iustitia misericordiam, pacē pru
ex beatitu dentia, mansuetudinem fortitudo. Si uero ordinem conne=
dinibus, xionemq; harum uirtutum Ex istis. 8. uel. 7. uelis habere.
connexio= Sacrum audiamus Ambrosium sic differentē, prima est be=
nis uirtu= nedictio beati pauperes. Cum deposuero omne peccatum,
tum & ex uero omnem malitiam & simplicitate contentus ero
1. Beatitu= inops malorum. Pauper à crimine, pauper à uitijs, supest
do ut mores meos temperem. Beati mites, sed quid prodest ca=
2. Beatitu= rere secularibus, nisi fuero mitis atq; mansuetus? mitiga af
do fectum tuum, ut non irascaris, aut certe iratus ne peccaue=

ris. Depone igitur quæ improba sunt, egeto uitijs secũdum bonam paupertatem. Beati qui lugent. Cum hoc feceris me mento quia peccator es. Et lugeto peccata tua, lugeto delicta. Et bene. 3. benedictio est peccata deflentis, quia trinitas est quæ peccata condonat. Beati qui esuriunt, deposui peccatum, temperaui mores, delicta defleui. Esurire incipio iustitiam, qui esurit utiq; uirium querit augmentum, quod autem magis uirtutum incrementum quã norma iustitiæ? post has. Beati misericordes, Iustitiam enim sequitur misericordia dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Beati mundo corde. Sed etiam qui misericordiam defert, mercedẽ amittit, nisi mũdo corde misereatur. nam si iactantiam querat nullus est fructus, cum uero diligenter tuæ mentis mundaueris aream, compatieris libenter, his qui impugnantur, quiq; tuo indigent subsidio facile intelliges. Sed nisi tu prius interiora tua uacua feceris ab omni labe peccati, ne dissensiones cõtentionesq; ex affectu tuo prodeant, Nõ potes alijs ferre medicicinam. Beati ideo dicitur pacifici. A te igitur pacem incipe, ut cũ fueris ipse pacificus, pacem alijs feras, quomodo enim potes aliorum corda mũdare, nisi tuum mũdaueris ante? Beati estis cũ maledixerint &c. Profuisti igitur alijs, tulisti auxilium pluribus. festina, cõtende ad finem. Usq; ad finem ergo te ducit, usq; ad martyrium prosequitur, & constituit beatitudinum palmam. Vide igitur ordinem. Oportet te fieri pauperem spiritu. Humilitas enim spiritus, diuitiæ uirtutum sunt, Nisi pauper sis, mitis esse non poteris. Qui mitis est potest lugere præsentia. Qui inferiora luget, potest desiderare meliora. Qui superiora querit, inferiora deuitat, ut & ipse a superioribus adiuuetur. Qui miseretur, cor suum mundat.

3. Beatitudo
4. Beatitudo
5. Beatitudo
6. beatitudo
7. beatitudo
8. beatitudo quæ finis est
Epilogus ordo

Mundare animum Quid mūdare est animum, nisi sordem mentis abluere? ele- mosyna enim à morte liberat, patientia uero perfectio est
Tobiæ.4 charitatis. Sunt ergo hæ beatitudines, quoniam in philoso=
quare sint phia Christi à beatitudine inchoatio est ueluti ab ultimo fi=
dictæ bea= ne summoq; bono. Et quoniam per has Deus uidetur qui
titudines est summum bonū. Sunt quoq; in uia hæ beatitudines, quip pe, his omnibus charitas dei possessio est atq;, ut decet deus ipse in uia poßidetur, quoniā mādata dei sunt hæc ad quem
Laus sapiē pater & filius & spiritus sanctus ueniunt in quo manent
tiæ Christi quæ quisq; ea seruauerit, primusq; illarū sicut doctor Chri
Corolla. stus fuit sic quoq; seruator. Iam uero, huius sapientißimi ue rorum philosophorum antistitis sapientia celeberrima cun ctis nota esse potest, qua breui semita clarißimaq;, uirtutes omnes statuit, ordinat connectit officia distribuit, atq; uerissimum illarum explicat finem, et quod in moralibus est de= sideratißimum, nedum regulam se præbet et exemplum ea rum obseruatoribus, sed adiutorem, quia reuera sine eo nil
Cōtra Lu boni possumus facere, patet etiam aduersus Lutheranos,
theranos quomodo ad præmium æternæ uitæ non peruenimus, sine
Corolla. magnis à deo istis præceptatis actionibus, quibus prædomi natur Christi meritum, sine quo nihil quidē sumus, nihilq; boni possumus, etiam ad iustificationem nostram patet mul
Cōtra Lu ta requiri ultra fidem, ut facer in primis tribus benedictio-
theranos nibus diligenter adnotauit. Sed operepretium erit semel in= choatum sermonem de uirtutibus terminare secundum con
Quæstio dictam Christi philosopiam. Quæritur igitur finiū diuersi tatem tantam, quare magnus ueritatis magister uirtutibus connexis ampliauit. Nempe paupertati, persecutioniq; .i. temperantiæ, & iustitiæ, regnum cœlorū pollicetur, at mū ditiæ cordis, dei uisionem adhibet, sed saturitatem iustitiæ,

elemosynæ misericordiam, & pacificis dei filiationem, atq; mansuetis terræ possessionem repromittit. Et de cæteris facilis esse queat concordia, sed de mitibus non uidetur omni quaque sapida terrena possessio, nihil minus enim illa, uirtutes concupiscunt quæ dei sunt inuēta propter seipsum. Nullius enim potest esse uirtus ex integro, nisi cuius diuina uisio posit esse possessio. Soluunt sapientes theologi simulq; sancti patres. Chrysostomus enī uidetur asserere p hæc uniuersa nihil aliud quam regnum cœlorum occulte insinuari? Addit etiam, ut nihil sensibile expectes, neque enim inquit beatus est qui in his coronatur quæ cum præsenti uita discedunt. Augustinus concordat in primo, inquit enim unū autem præmium quod est cœlorum regnum uarie nominatū est. Sed deinde addit & ista quidem in hac uita possunt cōpleri, Sicut cōpleta esse in apostolis credimus. Nam quod post hanc uitam promittitur, nullis uerbis exponi potest. Ambrosius inquit, denique sicut incrementa uirtutum. Ita etiam sunt incrementa præmiorum. plus enim est esse dei filium, quam posidere terram, & cōsolationem mereri. Sed quia & primum præmium regnum cœlorum est. et ultimū quoque, nunquid æquale præmium incipientibus atque perfectis est? Ne forte mystice docemur, quia est primū regnū cœlorum, illud apostolicum, dissolui & esse cum Christo, habes primum regnum, quando sancti rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aera, prima ad Tessalo. 4. Multi. n. dormientium surgent, isti in uitam æternam, illi in opprobrium. primum ergo regnum cœlorum in sanctis propositum est in absolutione corporis, secundum regnum cœlorū est, post resurrectionem esse cum Christo. Cum fueris in regno cœlorum, tunc processus est mansionum, etsi unū est

Notabile dictum

Solutio

Chrysostomi opinio

Augustini opinio

Ambrosij opinio

Dubitatio

Solutio

Philip. 1

Duo regna cœlorum

regnum, diuersa tamen merita sunt in regno cœlorum, post resurrectionem terram tuam incipies possidere absolutus à morte. Ille enim cui dicitur terra es, & in terram ibis. Gene.3. non possidet terram suam. Non enim potest esse possessor, qui non capit fructum. Absolutus igitur per dominicã crucem si tamen intra iugum domini fueris inuentus, consolationem in ipsa possessione reperies, consolationem sequitur delectatio delectationem diuina miseratio. Quem autẽ miseratur dominus & uocat, qui uocatur, uidet uocantem, qui deũ uiderit in ius diuinæ generationis assumitur. tũc demũ quasi dei filius cœlestis regni diuitijs delectatur ille igt cipit, hic repletur. Nã et intra hoc seculum multi in imperio romano sunt, sed maiorem imperij gratiam, qui propioresim peratori sunt consequuntur. hæc ille.

Solutio obiecti de terra mitibus promissa

Cap. 35. Aliud de expositione beatitudinum alia.

Expedit autem nosse etiam in hoc articulo theologorũ sapientum doctissimam resolutionem, inter quos diuinissimus Thomas prior præfatur, post doctissimos magistros suos Alexandrũ minoritam, & Albertum de ordine prædicatorum archiepiscopum ratisponensem. Triplicem beatitudinem opinabãtur antiqui, quandam enim posuerunt in uoluptate quidam, alij in actiua uita ciuiliq; , & nõ nulli in contemplatiua. in prima bonorum affluentiam externorũ, puta diuitias & honores statuebant, nec non omnes corporeas cæteras delectationes, in qua passiones sequebãtur uel concupiscibilis uel etiam libenter irascibilis. In.2. uero erat exercitium tam circa magistratus quam circa domesticos, unde tota uersabatur circa proximos recta directio atque ciuilis felicitas, cui honos dignitatum propius erat scopus. In.3. uero posuerunt sciẽtias speculatiuas maxime metaphysicam.

Opinio S. Thomæ 12.q. 69
Prima etiã felicitas
Additio nostra & opinio cũ sancto doctore cõmunicans
2. Eorum felicitas
3. philosophorũ felicitas

ficam. Sed qui peritiores erant cæteris huic primam & .2. colligabant ut peripathetici. Volentes per uirtutes morales primam & .2. moderari, quas partes priores, huius tertiæ crediderunt. Dominus noster Iesus Christus sapientißimus omnium uirtutum magister atque uerius beatitudinis dator oēs has. 3. beatitudines fatuas esse ostendens, atq; à philosophis in docte & inordinate insufficienterq; uirtutes præfinitas. Volens quoque ex illis quas uoluptates actiones & contemplationes dilectißimas, uanas tamen carpebant homines, inania illa sectantes, retrahere suos ad suauißimam delectationem illa priori nobiliorem iocūdiorem, atque ad actiones præstantiores. 2. tum quoque contemplationem. 3. eminentiorem, Simul perpetuas has nec fallaces tradere beatitudines neque deficientes atque mundum uniuersum corrigere ne fatuis philosophorum illecebris deciperētur ueriores statuit beatitudines, quæ illarum trium eminenter continerent omnē perfectionem uel uoluptatis aut actionis uel contemplationis. Quoniam igitur in prima beatitudine homines quærunt diuitias & honorū abundantias mūdanorum quæ tamen caduca sunt & laboriosa neque tuta, ideo horum abundantiam ueriorem perpetuamq; & suauissimam uoluptatem suis promittens sequacibus. Dixit beatitudinem ueram esse, has huius mundi diuitias contemnere honoresque per spiritus paupertatem. Et cœlestes honores diuitiasque perpetuas uelle sectari quæ sunt regnum cœlorum. Quoniam gloria & diuitiæ in domo eius, & posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso, & de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Et qui uicerit dabo eis sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici et cōsedi cum patre meo in throno eius. Et ubi sum ego ibi sit et minister

Christus quid intendat in tractando .8. beatitudines

1. Beatitudo

Psal. 111

Psal. 20

2. Timo. 4

Apoca. 3

Ioan. 12

meus. Vnde & hac beatitudine duo statuit dominus scitu dignissima. Virtutem uidelicet illarum uoluptatum moderatricē perfectissimā. s. humilitatem, et eiusce uirtutis præmiū regnum cœlorum. s. quo uoluptuosa illa satis meliora continentur perpetuaq́;. Adhuc homines primam quærentes fatuam beatitudinem, ferocitate quadam per lites & bella sæpe diuitias & honores iniustissime sibi uendicant, quāobrē hos corrigens dominus, Velut qui se beatos esse credebant

2. beatitudo *dum uictores, & triumphatores hostium essent. Veriorē eos beatitudinē circa hæc inquiēs docuit. Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terram. Nēpe qui suos terrenos uincebant hostes, tamen uicti sunt à tyranno superbo dæmone, et cupiditatibus suis. Tandemq́; pdiderūt simul cū uita iniuste omnia parta. Idcirco & deus noster per mititatem uirtutē docet illa moderari atq́; æternum possidere præmium, ter-*

Psal. 141 *ram uiuentium inammissibilem iuste quæsitam, quia scriptum est, portio mea domine sit in terra uiuentium, & qui*

Apoca. 2 *uicerit dabo illi potestatem super gentes & reget eas in uirga ferrea, & tanquam uas figuli cōfringentur. Sicut et ego accepi à patre meo, & dabo illi stellàm matutinam. Et qui uicerit non lædetur à morte secunda. Et iterum qui uicerit*

Apoca. 3 *faciam illum colūnam in templo dei mei & foras non ægredietur amplius. Et scribam super eum nomen dei mei et no*

Apoca. 2 *men ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem, & esto fidelis usq́;*

1. Cori. 15 *ad mortem, et dabo tibi coronam uitæ. Sed deo gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum. Duo autem hac beatitudine nos magnus magister docet, & uirtutem moderatricem illorum, atq́; præstantiorē triumphum in terra uiuentium. Quæ duo irascibilem apprime refrenant uirtutem. Adhuc in prima uana homines*

beatitudine per concupiscentias gustus & tactus se crede
bant esse beatos, unde in uitæ huius cõsolantibus uoluptati 3. beatitudo
bus se felices credebant. Hanc ergo corrigens fatuitatem do
minus concupiscentiæ uoluptates laudabiliores in sua philo Psal.33
sophia docens, & mundanas illas condemnãs tertiam præ
dicãs beatitudinem inquit, Beati qui lugent. Quoniam ipsi
consolabuntur. Nempe gustate & uidete, quoniã suauis est Lucæ.22
dominus, beatus homo qui sperat in eo, & ego dispono uo
bis sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, ut edatis et bibe
tis super mẽsam meam in regno meo, et sedeatis super thro
nos iudicantes duodecim tribus Israel, & Apoca.2. Vincẽ
ti dabo edere de ligno uitæ quod est in paradiso dei mei, et
Lucæ.16. *Recordare fili quia recepisti bona in uita tua, &* Lucæ.16
Lazarus similiter mala. Nunc autẽ *hic consolatur, tu uero*
cruciaris, & exultabunt sancti in gloria & lætabuntur in Psal.149
cubilibus suis. Et *iterum lætitia sempiterna super capita eo* Esaiæ.51
rum, gaudium & exultationem obtinebunt, quia gaudiũ est Lucæ.15
in angelis dei, super uno peccatore pœnitentiã agente, quo
niam in flumine lachrymarum pertransibunt pede, & ibi
lætabimur in ipso, & amen dico uobis, quia plorabitis, &
flebitis uos, mũdus autẽ gaudebit, uos uero cõtristabimini, Psal.65
sed tristitia uestra conuertetur in gaudium, & gaudium ue= Ioan.16
strum nemo tollet à uobis. Docet autem duo, *& uirtutem*
illorũ moderatricem, præcellentiorẽ cæteris. s. pœnitentiã,
& præmium æternam consolationem. Deinde *ad actiuam*
beatitudinẽ quam. 2. uocauimus supra. In qua *ad proximũ* Ioan.16
ordinatur homo, in qua & magnificentiam, liberalitatẽq;,
amicitiam, iustitiamq; moderatrices uirtutes constituebant
philosophi. Cum ciuili philosophia & œcumenica arte, In
hac errantes quoq; homines refrenans magister ueritatis

4. beatitudo Christus docet. 4. beatitudinem. Beati, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Nam cũ homines sæpe nimium se amentes, inordinate se habeant circa proximos suos, & ut prædiximus docuissent philosophi actum primum esse iustitiæ neminem cuiq; nocere nisi lacessitus iniuria, uetusq́; homo aliud scire nequibat nisi sua retinere, aliena concupiscere, si rapere non posset, unde nec debita suis dabant proximis. Hæc corrigens dominus, sitire iustitiam et esurire suos, recte philosophatus est, cui præmium adegit saturatione. Satiabor, inquit propheta, cũ apparuerit gloria tua. Nempe etsi res perdant corporaq; patiantur, animam tamen perdere non possunt, quam replendam bonis æternis dominus repromittit. Quia esurientes replet bonis, & diuites dimittit inanes, id est, esurientem animam satiauit bonis, reuera enim in bonis non solutis proximo, neque iniusti satiari potuerunt. In satiabilis quippe oculus cupidi in partem iniquitatis non satiabitur) in Hieremiæ uero. 31. dicitur, & conuertam luctum eorum in gaudium, et consolabor eos, & lætificabor a dolore suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine & populus meus bonis meis adimpleaitur ait dñs, quia cibabit, eos ex adipe frumenti. i. uerbo uitæ et de petra Christo melle saturabit eos i. felicitate suauißima ppetuaq;. Igitur & hac uirtute iustitia christiana moderatur illa, præmiumq́; præstat diuinam perennemq́; felicitatem. Adhuc in hac. 2. felicitate, beneficijs alios proximos homines nõ solum non honestabant. Sed ad minus uel concupiscebant aliena. Nam & in miserijs subsistentes non subleuabant beneficijs, putantes misereri non esse sapientis officium, quia neq; uiscera, deo impij, pietatis habere poterant. hos ergo corri

Margin notes: Psal. 16 — Matth. 10 — Beata Maria in cantico Lucæ. 1 — Psal. 106 — Eccle. 14 — Psal. 80

gens. 5. præcipit beatitudinem inquiens beati misericordes, 5. beatitu-
quoniam misericordiam consequentur. Nempe ipse est, qui do
coronat in misericordia & miserationibus. Etenim conna Psal. 102
turalis homini misericordia debet esse, unde & sanctus Iob Iob. 31
inquit ab infantia mecum creuit miseratio. Et dei miseratio
nes sunt super omnia eius. Et iocundus homo qui miseretur Psal. 144
& cõmodat, & iustus miseretur & tribuet, quoniam me-
lior est misericordia tua super uitas, & non est opus ualen Psal. 36
tibus medico sed male habentibus, euntes autẽ discite, quid Psal. 62
est misericordiã uolo, & non sacrificium. Exhibet autem Matth. 9
duo hæc nobis beatitudo, uirtutem moderatricem illorum,
& præmium magnum in cœlis, quia misericordia ædifica- Psal. 88
tur in cœlis. i. regnum cœlorum ex misericordia ædificatũ
est. 3. uero beatitudinem imperfectissimam illorum, multaq;
cõmixtam falsitate. s. contemplatiuam philosophiã corrigit
magnus ueritatis magister, duas alias astruens ueritates bea 6. beatitu-
tificas. Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipse deum ui- do
debunt. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Nem- Fides sed
pe in hoc gradu propinquissima est ad filicitatem disposi- non sola iu
tio. Hæc est uirtus qua homo iustificatur, purus efficitur, stificat
& mundo corde fides quæ est sapientia reuelata, non phi-
losophia mundana de deo & abstractis quæ de deo, motus Non est de
uia & dependentiæ, conficit notionem, quæ licet perducat us qui non
ad ens optimum, tamen nunquam deduxit ad deum iustifi- est trinus
catorem, quia una persona deus tantum non est deus iustifi & unus
cator, quia neq; potest esse deus, qui non est deus unus & deus
trinus, nam sic. 2. persona iustificat meritorie, quod non 2. Persona
prima. Sic est deus homo, quod non prima neq;. 3. persona totum iusti
deus homo est, deus ergo philosophorũ. Si nõ est trinus in ficat meri-
personis, non est uerus deus. Si non est filius non iustificat torie

meritoriæ, licet deus trinus iustificator est effectiue primo.

Charitas perficit iustificationem

Non tamen sola fides purificat corda, munditia enim cordis charitatem desiderat, fides eam inchoat sed charitas sola eam pficit. Tria enim sunt fides spes charitas, in hoc opere tamē maior horum charitas. Hæc est diuina iustitia, qua

Dei misericordia iustitiam parit nostrā.

iustus homo a deo misericorde efficitur, mirabile magnūq; est quod misericordia iustitiam pariat, quam iustitiam? illā quæ est imago dei. Cuius dei? Iusti dei. quis est hic iustus deus? Christus est, quia ipse est iustitia nostra. Quomodo iu

1. Corin. 1
Hier. 23. b
Roma. 4
Ephe. 2
Roma. 5

stitia nostra? quia mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationes nostras. Sed quomodo à misericordia iustitia nata est? quia propter nimiam charitatem qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis cō uiuificauit nos Christo. Cōmendat enim charitatem suam

Philosophi nō potuerunt iustificātem uirtutē inuenire

deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis passus est. Ad hāc uirtutem nunquam potuerunt philosophi peruenire. quæ ut uides aut sola charitas est, aut si sapientia dicitur diuina, triplex est, Sed mundare, proprium charitatis est. Hic est gra

In 6. beatitudine uirtutes habent esse pfectum

dus in quo ueræ uirtutes habēt esse perfectum suntq; dei, i. ad deum uirtutes, in hoc gradu est uera contemplatio dei, quam inchoat in uia deus, sed nō auferetur à nobis in patria, immo augebitur summe, omni deducta in perfectione, Hac ergo beatitudine magister ueritatis duo cōcludit, quia

Lucæ. 10

abijcit uelut spuriam. 3. beatitudinem philosophorū, suāq; ueram constituit sapientiam, sed perfectam faciēs, eiq; optimam charitatem collegam atq; dominatricem unit. Deinde huius præmium optatissimum præbet, uidere deum, quia hoc est uita æterna, ut te uideant uerum deum solum, et quē misisti Iesum Christum, ergo & spiritum sanctum consub

ſtantialem deum utriſq;. Vltima beatitudo à Chriſto enumerata illa eſt in qua philoſophi heroicam uirtutem ſtatuerũt quæ tres illas eorum beatitudines continebat. Sed quoniam ore eam loquebantur at re nunquam præſtare potuerũt, miſeratus Chriſtus illam docet & præbet ſuis inquiens, beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur, pax intelligitur cum deo imprimis, qua ſemp in cũctis deo obtẽperat homo Chriſti diſcipulus, pacẽ cum proximis diligendo, orãdo, ſubueniendo eis, nunquam in eos tranſgreßione diuini præcepti peccans, pacem in regno animæ ſuæ, qua totus ipſe cogitat concupiſcit, uult, operatur tantum, et ſemper, quæ dei ſunt. Hanc pacẽ quotiens Chriſtus magiſter ueritatis impreßit, cõmendauit, præcepitq; ſuos philoſophãtes diſcipulos habere, tum cum illis conuerſans in hac uita, cum ad cœlũ ſcãdere uolens, illis locum parare, nobisq; regnum, pacem habete inter uos, inquit, pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, non quõ mũdus dat, ego do uobis , iterum hæc locutus ſum uobis ut in me pacem habeatis. Hanc angeli in ortu *ſaluatoris magno concinerunt exercitu, per ſolũ Chriſtum datam hominibus, gloria in excelſis deo et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, populi uero Hebræorum, Chriſto obuiam euntes cum ramis, à Chriſti inſpirati ſpiritu, eandem deprecabantur & cõfitebantur per Chriſtum habere, dum clamant benedictus qui uenit rex in nomine domini, pax in cœlo, & gloria in excelſis, atq; reſurgens & intrans ad diſcipulos ianuis clauſis inquit ſtans in medio eorum pax uobis, ego ſum, nolite timere, & iterum dixit eis pax uobis, & poſt dies.8. iterum* Ieſus *ſtetit in medio & dixit eis pax uobis, propterea* Paulus *Chriſti philoſophia excellenter imbutus, pacem ſemper ſuis propoſuit*

[Margin: 7. beatitudo — Pax tripliciter — Matthæi.5 — Marci.9 — Ioan.14 — Ioan.16 — Lucæ.2 — Lucæ.14 — Lucæ.24 — Ioan.20 — Per omnes epiſtolas]

exoptauitq;,similiter Petrus,& Ioannes,Iudasq;. Hæc au
Galatas. 5 tem fructus est spiritus sancti inhabitantis in nobis, quam
iustificatos habere.i.retinere præcepit ad Roma.5.Nempe
Philip.4 quia pax Christi exuperat oẽm sensum.Est nanq; quies ani
mi.i.à nullis pturbationibus paßionibusq; pmutari in ma=
lũ,quam solus Christus dare potuit suis ut dixit Ioan. 16.et
Paulus Ephe.2.Ipse est nostra pax qui fecit utraq; unum,
quam philosophi heroicam proferebant uirtutem, sed non
attingebant. Huius præmium dedit deus filios dei nomina
ri.i. qui hac potitur pace,uere filius dei,adoptione, nuncu
pabitur,hæc est illa potestas de qua Ioannes theologus,in=
Ioan.1 quit,Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatẽ
filios dei fieri.Nam certe ni fallor spiritus sanctus hæc po
testas est præcipue,cuius fructus pax est,quod alijs uerbis
Ioan.12 Ioannis.12.protulit Christus, dum lucem habetis credite in
lucem ut filijs lucis sitis,lux autem intermina deus est, quo
niam qui spiritu dei aguntur ij filij dei sunt.Non enim acce
Roma.8 pimus spiritum seruitutis iterum in timore. Sed accepistis
spiritum adoptionis filiorũ dei in quo clamamus,abba pa=
ter,ipse enim spiritus testimoniũ reddit spiritui nostro, qđ
Conclusio sumus filij dei.Si autem filij & hæredes.Ex his igitur sa=
ex dictis tis patet has beatitudines siue uirtutes connexas esse,ut de
Ordo uir= duxit Ambrosius.Ordo earum,atq; finis ultimus isdem, li
tutum cet gradus diuersi,ut etiam Ambrosius innuit, quorum ali
qui hic inchoantur ut Augustinus confirmat, sed consu-
mãtur in patria,ut omnes affirmamus,et quomodo sunt.8.
quia.8. est finis omnium, pati enim pro Christo est potior
actus omnium uirtutum in uia,qui immediatißimus est feli
citati nam mori pro Christo statim coronam regni recipit.
Opinor autem in hac parte prolixiorem fuisse,quam deli=

beraueram, Multa quoq; præterijsse ab alijs dicta. Redeundum igitur ad institutum nostrum.

Cap. 36. Probans iterum à scripturæ authoritate connexas uirtutes.

Christus noster quotiens de uirtutū operibus egit semper colligauit ea in simul, ut Matthæi. 19. Si uis ad uitam ingredi serua mandata, & Lucæ. 18. mandata nosti, & Matthæi. 7. Omnis qui audit uerba mea & facit ea, aßimilabitur uiro qui ædificauit domum suam supra petram, & Ioānis. 14. si diligitis me mandata mea seruate. 15. Si præcepta mea seruaueritis manebitis ī dilectiōe mea, si hæc scitis beati eritis si seruaueritis ea. Ioan. 13. qui si aliquando sua oīa, unum mandatū uel præceptum appellauerit, hoc ideo, quia eius omnia mandata ad unam charitutem pertinēt, qua propter ut Gregorius inquit, Omnia dominica præcepta multa sunt et unū. Multa per diuersitatem operis unum in radice charitatis, Ideo Paulus, inquit, finis præcepti est charitas, plenitudo legis est dilectio roma. 13. ut supra exposuimus, præcipit autem dominus ne sua diuulsa sint præcepta uirtutesq;, ne uitij inter eas misceatur fermentum. Cum inquit cauete à fermēto pharisæorū. Ambrosius ait libro de pœnitenti primo, Non absurda autem uidetur ad hunc locum assumptio comparationis huius, Si quidem regnū cœlorum est peccatoris redemptio, & ideo farina ecclesiæ cōspergamur omnes boni & mali, ut simus omnes in noua cōspersione. Quis autem non ueretur, ne fermentum uitiosioris admixtio massam de coloraret? Ideo Paulus, inquit, expurgate uetus fermentū ut sitis noua consperſio sicut estis azymi, Nescitis quia modicum fermētū totam massam corrumpit, Cui alter subscripsit apostolus, Quicunq; autem to

Tacite obiectio. solutio

Super Ioānes. 15

Matth. 16

Ambrosius cap. 15

Peccatoris redemptio est regnū cœlorum

Paulus

1. Corin. 5

Iacobus. 2

tam legem seruauerit offenderit autem in uno factus est om
Matth.24. nium reus, dominus autem perseuerantiam non in uno sed
in omnibus mandatis uirtutum præcepit usq; in finem.5. ta
lenta dedit uni ut lucrum ferret Matth.25. Apostoli ut præ
Cap.32 dictum est omnes hoc confirmant. Paulus enim cõcatenat,
Paulus charitati omnes uirtutes.1. Corin.13. spiritus fructus easdẽ
Roma.13 nũcupat & colligat simul Gala.5. Arma appellat lucis om
Ephe. 6 nes uirtutes Ephe. 6. et Rom.13. Quibus indui debeamus,
inquit, abijciamus ergo opera tenebrarum & induamur ar
Tempe- ma lucis. Sicut in die honeste ambulemus, propterea ait acci
rantia pite armaturã dei ut poßitis resistere in die malo, & in om
Iustitia nibus pfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in-
pax fides ueritate, et induite loricam iustitiæ, et calciati pedes in præ
Spes sapiẽ parationem euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fi
tia quæ est dei, in quo poßitis tela omnia nequißimi ignea extinguere,
charitas & galeam salutis assumite, & gladiũ spiritus, quod est uer
uel prudẽ- bum dei. Ambrosius ait, arma lucis sunt gesta bona, boni er
tia spiritus go actus sunt arma lucis, impugnantes tenebras quæ sunt
Paulus uitia carnis. Oportet autem christianum militem connexe
Roma.12 totum armatum esse, itaq; arma lucis connexa sunt, catalo-
gum uirtutum concatenatum annumerat ad Roma.12. dile
ctio habeatur inquiens sine simulatione, odium mali, adhæ
sio boni, fraterna charitas, præuẽtio honorifica alterius ad
alterum, Solicitudo, spiritus feruor, latria. spes, gaudiũ, pa-
tientia, instantia orationis, misericordia, hospitalitas, bene-
dictio maledicentibus, gaudere cum gaudentibus, flere cum
flentibus.i. amicitia, unitas fidei, humilitas in sapere, prudẽ
tia spiritus, prouidentia, et exemplaritas, pax mansuetudo,
Petrus.2 uictoria cõtra omne malum, Princeps apostolorum Petrus
cap.1 sua.1. cap.5. combinat easdem. Sed.2. cap.1. explicatiorem

uirtutum exhibet unionem,inquit,uos autem curam omnẽ subinſcrẽtes,miniſtrate in fide ueſtra uirtutẽ, in uirtute ſciẽ tiam; in ſcientia autem abſtinentiam,in abſtinentia autem patientiam,in patientia autem pietatem,in pietate amorem fraternitatis,in amore fraternitatis charitatẽ. Hæc enim ſi uobiſcum adſint, & ſuperent, non uacuos nec ſine fructu uos conſtituent in domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione,Iacobus cap.3. inquit,quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt,deinde pacifica, modeſta ſuaſibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia,& in fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione.fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur facientibus pacem,cap.4.congregat ſimul uirtutum operationes & ſimiliter cap.5.at cap.1.ait,ſcientes quod probatio fidei ueſtræ patientiam operatur, patiẽtia autem opus perfectũ habet,ut ſitis perfecti & integri, in nullo deficientes,indumenta uocantur uirtutes ut prædictum eſt ex Ambroſio & Origene cap.32.unde apoſtolus nos induiſſe Chriſtum baptizatos manifeſtans, planè cum Chriſto omnia dona uirtutesq; induiſſe nos,ſignificat. Sed manifeſtum eſt totos nos indutos eſſe debere,ut honeſte ambulemus.igitur totæ nobis connexæ ſunt uirtutes,ueteri autem ſcriptura,hoc etiam patet uerũ eſſe,nam toto pſal.118. ſanctus propheta iuſtificationes dei deſiderat, texit, operatur, amplexatur omnes, quæ ſunt omnia diuina mandata Chriſti legis, quam ſolas iuſtificationes ueriores eo intelligit æternasq; in eo. iuſtus ex ſua fide uiuit, inquit, Abacuch,ergo ubi uita iuſti ibi fides, ubi fides ibi iuſtitia, iuſtitia eſt omnis uirtus.neq; enim iuſtus ſola una uirtute per fidem uiuere poteſt,Sanctus Dauid,ait & enim benedictionem dabit legislator ibunt de uirtute in uirtutem,qua

Cathena uirtutum

Iacobus.3

Cap.4

Cap.5

Paulus Galatas.3

Ex *ſcriptura ueteri teſtimonia*

Abacuc.2

Pſal.83

rum finis est uisio dei in Sion, iterum dominus uirtutũ ipse
Psal.23 est rex gloriæ, primo ergo est dominus præcipiens suis uir
tutes simul non unam, deinde est rex & dator gloriæ, sicu
ti apud romanos ex æde uirtutũ, ad ædem uictoriæ siue ho
noris transitus erat, & alias decantabat domine deus uirtu
tutum conuerte nos, ostende faciem tuam & salui erimus,
Psal.79 q̃a à uirtutibus ad faciẽ dei, cõuersione præposita à uitijs,
nostra est pẽgrinatio post baptismũ. Illud quoq; Esaiæ. 11.
& requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus,
satis indicat, ut prædictum est, uirtutes donaq; esse coadu-
nata simul, quoniam sint unius eiusdemq; spiritus fructus
Iob.18 donaq;. Quamuis autem magnus Gregorius (ibi nunquid
coniungere poteris mutantes stellas pliades) aiat quod usus
spiritus septiformis, in solo Christo fuit perfecte, quod in-
S. Bonauẽ telligi queat, quo ad usum eorum donorũ in esse summo pos
tura.3.dis. sibili, & actu elicito, tamen quo ad habitum in omnibus re
36.q.2 generatis per Christum cum analogia omnino donantur,
Ambrosi. & exeunt in actũ ordine suo fauente et præmouente Chri
Augustini sto, Ambrosius libro de sacramentis.3.cap.1.&.2. similiter
Augustinus explicans.7.beatitudines, & sapientes theolo
Genesis.2 gi distin.7.4. simul omnes concludunt. Deinde fons paradi
si, à quo.4. per uniuersum orbem deriuabãtur flumina.4.
designant simul combinatas uirtutes, ut sacer Ambrosius
Exodi.30 superius enũtiauit, cõpositio thymiama ex stacte, onycha,
galbano boni odoris, & thure lucidissimo, apud Ghego-
Nume.8 rium idipsum significabant, ut statim.7. lucernæ candelabri
Iosue.6 7. buccine sacerdotales.7. uirtutes quæ astant ante dominũ
Tobiæ.12.7. Eunuchi regis Assueri reginã custodiẽtes E-
sther.1.7. filij. Iob.7. Sapientiæ domus colũnæ, prouerb.9
Eccle.11 da partes.7. nec non &.8. sapiens inquit ecclesiastes, quia

ignoras quid futurum sit mali super terram, ad.7.& .8.illas saluatoris beatitudines alludūt facile.7.mulieres apprehenderunt u rum unum.7.gradus ascensus in domū domini Ezechie.40. et super lapidem unum oculi.7. in Zacharie.3.cum.7.lucernis aurei cādelabri ca.4.7.sportæ fragmētorum quæ superfuerint de.7.panibus, duobus piscibus in Marci.8.&.7.stellæ in dextera filij hominis cum.7. aureis candelabris in quorum medio erat filius hominis pode re uestitus aureaq; præcinctus Zona.7.quæ lampades ardentes anta throuum dei. Esaiæ.4 Apoca.1 Apoca. 4

Hi quidem septenarij omnes, morali siue tropologica expansione.7.uirtutes. 7 . dona, septemq; beatitudines.significant in homine perfecto simul adunatas connexasq;, Tandem Ioannes theologus. Et ciuitas ait in quadro posita est.s.ciuitas dei noua. Glosa exponit ciuitas in quadro posita.4. est uirtutibus fulta concretaq; ciuitas dei &c.propterea sanctus aiebat propheta & quadrigæ tuæ saluatio. Cui Esaias.66. concordans ait ecce dominus in igne ueniet charitatis.s.& ut turbe, quadrige eius, quoniam cum Christus uenit in terram abundantia uirtutū super terram inspersa est de spirituali fonte eius uberrimo. quoniam præcæcinit ille orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.i.uirtutum heroicarum abundantia. Hic nempe deus, uirtutum deus, per omnem prophetiā appellatus est, quotiens is quoq; sanctus propheta, uirtutū consonantiam cōnexamq; harmoniā citharæ cōparauit. Et psalterio dechacordo, ut psal. 32. 70. 56.97.42.91.246. & in.150.coucludit, laudate eum in sono tube laudate eum in psalterio & cithara. Nam postquam docuit gentes laudare deum in singulis operibus mundi a deo factis Nouissime monet in operibus uirtutum pari consonantia gestis, eū Apoca. 21 Abacuc. 3 Psal.17 Psal. 150

dem nos laudari incessanter debere. In canticis uero, floribus, malo granatis, uineæq; florenti hortulo, currui, uehiculo Salomonis, fonti, unguentis suauibus. Virtutes connexæ lilijsq; suauiter odoris cōualliū, sæpe comparantur, pluraq; alia ex scripturæ promptuario in huius causæ patrocinio afferre possum. Nempe illa tota uersatur in uirtutū eruditione connexa, desuper illabente diuina gratia, præcipue in euangelio, prouerbijs, psal. ecclesiastico & epistolis apostolicis. Cōfirmat, unius immaculate uirginis deiparæq; beatæ Mariæ, uita singularis, speculumq; omniū uirtutū, Veritatē prædictam, in qua non per partes, sed tota se infudit plenitudo gratiæ. Enimuero cum omnis anima uirtutibus præcincta sit imago deiq; similitudo. Hæc felicissima domina præ cæteris, ornata uirtutibus, dei erat in terris appropriata similitudo uenustiorq; imago. Nempe sicut deus pater de sui essentia .i. filium consubstantialem genuit deum Christum. Ita hæc immaculata mater, deum hominē Christum & de sanguinibus genuit suis, & de uirtutibus suis eminentissimis, cōsimilem in substantia humana & uirtutibus generauit filium suum. Hæc sapide intelligas, quia non illa, huius summi sanctiq; sanctorum fuisset electa parēs uirgo. Nisi eam deus formasset in utero etiam materno immaculatam, plenamq; omnium uirtutum. Astitit, huius attauus uetustissimus puellæ, inquit, regina à dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. Cuius minister uirgineus de ea protulit. Signum magnū in cœlo apparuit. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum. 12. quæ sunt eius celebriores uirtutes, charitas fides, spes, uirginitas, iustitia, fortitudo, innocentia, sapientia, uerecundia, pietas, magnanimitas, modestia, prudē

Cantica Canticorū

Confirmatio

Beata maria dei uerior imago quam cæteri

Psal. 44

Apoca. 12

Virtutes beatæ Mariæ

tia, clementia, sollicitudo, perseuerantia, humilitas. charitas est Sol, Luna est eius humilitas, quibus deum ardentißime coluit, & hæc, mundi huius, omnia respuit, ideo orãs, post filium ad cœlos ascendentem, precabatur. Domine imploro te audi me, q̃a tu es deus meus, pater meus, nutritor meus, doctor meus, rex meus, princeps meus, saluator meus, medicus meus, fides mea, charitas mea, sapiẽtia mea, lux mea, gloria mea, ignem tuæ dilectionis in cor meum semper accende, quia pro te cupio mori, & omnem mundum contemnere, & nihil peto à te nisi ut te uideam, nihil cupio nisi ut tibi fiam propinqua. Cõuerte te ad me & ego ad te, digna re me osculari pedes tuos, & introduc me in possessionem regni tui, trahe me post te, & ostende mihi faciem tuam. sonet uox tua in auribus meis, quia amore langueo, dissolui cupio & esse cum Christo, emitte manum tuam de alto & trahe me post te, & pone me iuxta te in regno tuo in secula seculorum, amen. Hæc illa orabat.

Oratio beatæ Mariæ ad deum

Cap. 37 Authoritatibus sanctorum probans uirtutes esse connexas.

Gregorius. 21. moralium ca. 3. Nulla enim sunt bona cætera si occulti iudicis oculis castitatis testimonio non approbantur, omnes quippe uirtutes in conspectu conditoris sui uicaria ope se subleuant, & quia una uirtus sine alia uel nulla est omnino uel minima, uicißim sua coniunctione fulciãtur. Si enim uel castitatem humilitas deserat uel humilitatẽ castitas relinquat, apud authorem humilitatis & munditiæ prodesse quid præualet uel superba castitas uel humilitas inquinata? Sanctus igitur uir ut ab authore suo in bonis reliquis poßideri mereatur cordis munditiam custodiens dicat. Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidẽ

Grego.

Virtutes connexæ

de uirgine. Quam enim partem haberet deus in me desup, & hæreditatem omnipotens de excelsis? Ac si aperte fateatur, dicens. Habere me possessionem suam cœlorum conditor renuit, si mens mea ante conspectum illius in infimis desiderijs tabescit. Isdē. Non est pax oßibus meis à facie peccatorum meorum. Sicut iam dictum est per ossa uirtutes accipimus, quia sine eis nullū in anima robur habemus. Omnes autē uirtutes in conspectu dei uicaria ope se subleuant, nec uirtutes ueræ sunt si à se inuicem aliqua diuersitate discordant. Vna enim uirtus sine altera, aut omnino nulla est aut minima. Si enim aut castitatem humilitas deserat, uel humilitatem castitas derelinquat, cum deus detestetur tam superbiam quam immunditiam quomodo oculis eius accepta erit castitas elata, uel humilitas immunda? Non enim bona accepta sunt deo, quæ malorū admixtione maculantur, qa modicum fermentum totam massam corrumpit, & qui in uno offendit, multa bona perdit. Et qui sine humilitate uirtutes cōgregat, quasi in uentum puluerē portat. Quia ergo uirtutes animæ aut uitijs impugnantur, aut plerunq; elatione deprimūtur, recte nunc dicitur. Nō est pax oßibus meis à facie peccatorum meorum. Isdem. 22. moraliū cap. 1. Hoc autem primum sciendum est, quia quisq; uirtute aliqua pollere creditur, tunc ueraciter pollet, cum uitijs ex aliqua parte non subiacet. Nam si ex alio uitijs subditur, nec hoc est solidum ubi stare putabatur. Vnaquæq; enim uirtus tanto minor est, quanto desunt cæteræ. Nam sæpe quosdam pudicos qudem uidisse nos contigit, sed non humiles. quosdam uerò quasi humiles, sed non misericordes, quosdam quasi misericordes, sed nequaquā iustos, quosdā uerò quasi iustos, sed in se potius quam in domino confidentes. Et certum est, quia

Super. 3. psal. pœnitentiali

Nota Gregorij dicta

Grego.

nec

nec castitas in eius corde uera est, cui humilitas deest, quippe quia superbia se intrinsecus corrumpente fornicatur, si semetipsum diligens, à diuino recedit amore. Nec humilitas uera est, cui misericordia iuncta nõ est, nec debet humilitas dici, q̃ ad cõpaßionẽ fraternæ miseriæ nescit inclinari. Nec misericordia uera est, quæ à rectitudine iustitiæ existit aliena, quia quæ potest per iniustitiam pollui, nescit proculdubio sibi metipsi misereri. Nec iustitia uera est quæ fiduciam suam non in conditore omnium, sed in se fortasse, aut in rebus cõditis ponit, quia dum à creatore spem subtrahit, ipse sibi principalis iustitiæ ordinem peruertit. Vna itaq; uirtus sine alijs aut omnino nulla est, aut imperfecta, ut enim sicut quibusdã uisum est, de primis quatuor uirtutibus loquar, prudentia, tẽperãtia, fortitudo, atq; iustitia, tãto pfectæ sunt singulæ, quãto uicißim sibimet cõiunctæ. Disiũctæ aut pfectæ esse nequaquã possunt, qa nec prudẽtia uera est, q̃ iusta tẽperans, & fortis nõ est, nec pfecta tẽperãtia q̃ fortis, iusta, et prudẽs nõ est, nec fortitudo integra, q̃ prudẽs, tẽperãs, et iusta nõ est, nec uera iustitia, q̃ prudẽs, fortis et tẽperans nõ est, Beatus itaq; Iob qd' non unã sine alia sed coniunctas in se uirtutes habuerit, enumerando singulas innotescit, nam bona pudicitiæ insinuans dicit. Si deceptum est cor meũ super muliere. Atq; ut eidem pudicitiæ demonstraret humilitatis gratiam nullatenus defuisse, post cætera subiungit. Si contempsi iudicium subire cum seruo meo. Qui ut humilitati suæ ostenderet misericordiam fuisse coniunctam, paulo post dicit. Si negaui quod uolebant pauperibus. Atq; ut misericordiam suam ostenderet de iustitiæ radice descendere, paulo superius præmisit dicens. Si ambulaui in uanitate & festinauit in dolo pes meus. Atq; ut monstraret quam fue-

Vna uirtus sine alia aut nulla aut imperfecta

Iob. 31

rit ad cuncta pauidus, & ad omnia circunspectus, inferius asserit dicens, semper enim quasi tu mētes super me fluctus timui dominum. Qui.s.in prosperis positus, atq; abundantia rerum fultus, si spem aut in suis actibus, aut incircūfluētibus rebus poneret, profecto iustus nō esset. Sed qn̄ iste uir sanctus in se spem posuit qui aperte dicit. Ecce non est auxilium mihi in me? Isdem in.1. Regum cap. 14. lib.5.

Grego. Congregatoq; exercitu pcussit Amalech & eruit Israel de manu uastatorum eius. Quid est quod exercitum congregauit? nisi quia ad extinguēdum fornicationis spiritum, uirtus una non sufficit. Abstinentia quidem ciborū cōtra hoc uitium fortissima est, sed sola non præualet, uelut enim miles est, & pugnare potest, superare non potest, quia Amalech non uincitur, nisi exercitus congregetur. Qui ergo fornicationem percutere appetit, addat abstinentiæ corporis uirtutem humilitatis. Nam si mens deo subdi humiliter despicit carnis suæ desideria dominando, ac præeminendo nō premit. Sed adhuc necesse est, ut cōgreget, qa exercitū paruum habet. Virtuti ergo humilitatis & abstinentiæ corporis addatur frequens numerus orationis. Affectus quidem cordis intenti cœlestibus, contra carnis bellum fortes milites sunt. Iam ergo in frequenti assiduitate precum aciem habet, sed exercitus non unam tantum aciem, sed plures habet. Adhuc itaq; exercitum perfectum non habet, et Amalech percutere nequaquam ualet. Nūquid ei prodest, quod ieiunando se atterit, quod ad tempus orando compūgitur, si mens lubrica cogitet, & phantasmata lasciuiæ in semetipsam portet. Sed uitare turpes cogitationes nō præualet qui honestas in se nō habet. Quia enim semper cogitamus, exquirenda sunt nobis bona, ne mala cogitemus. Quid uero

Abstinētia humilitas (margin)

Oratio (margin)

Castitas (margin)

ſunt omnes turbæ bonarum cogitationum, niſi innumerabi les mentis acies? Nam dum mentem ambiunt, & minuunt, ad eam accedere turpiſſimos inimicos non permittunt. Et ſunt acies quia cogitãdo ad deſiderium magnæ puritatis accẽdimur, armis potentibus milites noſtri induti ſunt, quibus fornica- tionis impetus, & depellendo, & in fugam uertunt, & ad nihilum deducendo, perimunt. Nam unde ad animam intra re cogitationes poſſint, non habẽt, quæ fortiſſimo quaſi mi lite, honeſtate cogitationum bonarũ undiq; ornata eſt. Nũc ergo exercitũ anima cõgreget, quæ Amalech uult perire, et de manu uaſtatorum eius uidentem ſpiritum liberare. in harum medio reſideat, ut cincta exemplis electorũ fortiũ, circũdata doctrinis ſcripturarum, nullam partem ſui uacuã habeat unde hoſtis irrũpat. Quia ergo innumerabilia ſunt exempla fidelium, quia multa documenta ſcripturarũ, exer citus magnus & fortis eſt, ſed ad congregandũ difficile nõ eſt. Bene ergo de Iſraelis rege dicitur. Congregato exerci- tu percuſſit Amalech, quia fornicationis ſpiritus non ante uincitur, quam per abſtinentiã corpus atteratur, & omnis turpitudo obſcœnæ cogitationis bonis mentem replẽtibus, effugatur. Tunc quippe eum lambere .i. delinire populus lambens delectando non poteſt, quia domita carne ieiunijs, humilitatis arce prædita mente, orationis armis accincta, intenta doctrinis cœleſtibus, exemplis munita, impiæ ſugge ſtioni aditum præbere conſentiendo non præualet. Quæ nimirum exercitus congregatio bene rebus .i. eccleſiæ do- ctoribus conuenit, quia quiſquis ad extinguendam fornica tionis rabiem electos ſubditos inſtruere nititur, hæc plura auxiliorũ agmina ei uerbo cõgreganda ſunt. Bene & Iſrael erutus de manu uaſtatorum eius aſſeritur. Erui quidẽ euel-

Cogitatio nes bonæ

Et ſunt acies mentis

Exempla ſanctorum

ſcriptura diuina

Exercitus eccleſiæ

quis

li dicitur. Et quod euellitur, altas radices in profundiora mersisse sentitur. Manus uero uastatorum potestas est malorum spirituum. Vnde etiam scriptum est. A quo quis uincitur, eius seruus efficitur. Curãdum itaq; est, ne bona nostra pauca sint, curandum ne indiscussa, ne aut pauca agentes, inueniamur steriles, aut indiscussa relinquentes, uecordes. Neq;.n. unaquæq; uere uirtus est, si mixta alij uirtutibus

Exodi. 30 nõ est. Vnde rectè ad Moysen dicitur. Sume tibi aromata & stactem, & onycham, Galbanum quoq; boni odoris et

Thymiama thus lucidissimum, faciesq; Thymiama compositum opere unguentarij, mixtum diligenter & purũ, Thymiama quippe ex aromatibus compositum facimus, cum in altari boni operis, uirtutum multipliciter redolemus. Quod mixtũ & purum fit, quia quanto uirtus uirtuti iungitur tanto incensum boni operis syncerius exhibetur. Vbi et bene subiungitur. Cũq; in tenuissimum puluerem uniuersa aromata contunderis, pones ex eo coràm testimonij tabernaculo in tenuissimum puluerem aromata nniuersa conterimus, cũ bona nostra quasi in pilo cordis, occulta discussione tũdimus, & si ueraciter bona sint, subtiliter retractamus. Aromata ergo in puluerem redigere, est uirtutes recogitãdo terere, & usq; ad subtilitatem occulti examinis reuòcare. Et notãdum quod de eodem puluere dicitur, Pones ex eo coràm testimonij tabernaculo, quia tunc nimirum bona nostra ueraciter in conspectu iudicis placent, cum hæc mens subtilius recogitando conterit, & quasi de aromatibus puluerem reddit, ne grossum durumq; sit bonũ, quod agitur, ne si hoc arcta retractationis manus nõ cõminuat, odorem de se sub

Canticorum. 4 tilius non aspergat. Hinc est enim quod sponsæ uirtus spõsi uoce laudatur, cum dicitur. Quæ est ista quæ ascendit per

desertum, sicut uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris & uniuersi pulueris pigmentarij? Sancta quippe ecclesia sicut fumi uirgula ex aromatibus ascendit, quia ex uitæ suæ uirtutibus in interni quotidie incensi rectitudinem proficit, nec sparsa per cogitationes defluit, sed sese intra arcana cordis in rigoris uirga constringit.

Isdem lib. moralium ca. 5. ait, hi qui chordarum harmoniam temperant, tanta hanc arte dispensant, ut plerunq; cũ una tangitur, longe alia ac multis inter iacẽtibus posita corda quatiatur, cũq; ista sonitum reddit, illa quæ in eodem tã tum temperata est, alijs impercussis tremit. Sic ergo in scriptura sacra plerũq; de uirtutibus, sic de uitijs agitur, ut dũ loquendo aliud insinuat, aliud tacendo innotescat, ergo nos ex hoc concludimus quod dum perfecte una uirtus colitur, altera semper resonat & resonando coniungitur priori, præterquam ex uirtutibus, in nuptijs animæ, nulla prorsus harmonia personare dulciter aut persentiri potest. Virtutum connexio harmoniæ chordarũ comparatur

Idem ca. 32. eiusdem primi libri moralium. Et ibant filij eius inquit, & faciebant conuiuium unusquisq; in die suo, filij per domos cõuiuium faciunt, dum uirtutes singulæ, iuxta modum proprium, mẽtem pascunt. unde bene dicitur, unusquisq; in die suo, dies enim uniuscuiusq; filij, est illuminatio uniuscuiusq; uirtutis. Vt enim hæc ipsa dona breuiter septiformis gratiæ replicẽ, alium diem habet sapientia, aliũ intellectus, alium consilium, alium fortitudo, alium sciẽtia, alium pietas, alium timor. Neq; enim hoc est sapere quod est intelligere, quia multi æterna quidem sapiunt, sed intelligere nequaquam possunt (.i sperant certa sapidaq; et felicissima æterna gustare præmia, sed non penetrãt adhuc subtilem illorum speculationem, ut recti, simplices, & mũdi cor Virtutum cõuiuium donorũq; Distinctio uirtutum

Nota certitudinem de) sapientia ergo in die suo conuiuium facit, quia mentem de æternorum spe & certitudine reficit. Intellectus in die suo conuiuiũ parat, quia in eo quod audita penetrat, reficiẽdo cor, tenebras eius illustrat. Consilium in die suo conuiuium exhibet, quia dum præcipitem esse prohibet, ratione animum replet, Fortitudo in die suo conuiuium agit, qui dũ aduersa non metuit, trepidanti menti cibos confidentiæ apponit. Scientia in die suo conuiuium parat, quia in uentre mentis ignorantiæ ieiunium superat. Pietas in die suo con=conuiuium exhibet, quia cordis uiscera misericordiæ operibus replet. Timor in die suo cõuiuium facit, quia dum præmit mentem ne de præsentibus superbiat, de futuris illam spei cibo confortat. Sed illud in hoc filiorum conuiuio perscrutandum uideo, quod semetipsos inuicem pascunt. Valde enim singula uirtus quælibet destituitur, si non una alij uirtus uirtuti suffragetur. minor quippe est sapiẽtia, si intellectu careat, & ualde inutilis intellectus est, si ex sapientia non subsistat, quia cum altiora sine sapientiæ põdere penetrat, sua illum leuitas grauius ruiturum leuat. Vile est cõsilium, cui robur fortitudinis deest, quia quod tractãdo inuenit, carens uiribus, usq; ad perfectionem operis non perducit. Et ualde fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur, quia quo plus se posse conspicit, eo uirtus sine rationis moderamine deterius in præceps ruit. Nulla est scientia si utilitatem pietatis non habet, quia dum bona cognita exequi negligit, sese ad iudicium arctius stringit. Et ualde inutilis pietas, si scientiæ discretione caret, quia dum nulla hãc scientia illuminat, qũo misereatur, ignorat. Timor quoq; ipse nisi has etiam uirtutes habuerit, ad nullum opus proculdubio bonæ actionis surgit, quia dum ad cuncta trepidat,

Virtutes se inuicem pascunt

Ratio quare uirtutes sint connexæ, & dona.

ipsa sua formidine ab omnibus torpens uacat. Quia ergo alternato ministerio uirtus à uirtute reficitur, rectè dicitur qd' apud se filij uicißim conuiuantur. Cūq; una aliam subleuando subleuat, quasi per dies suos numerosa soboles pascēda conuiuium parat. Sanctus Bonauentura diligentißime haec conuiuia uirtutum donorumq́; expandit opusculo proprio quod de.7. donis intitulauit. S.S. S. Bonauētura

Ambrosius lib. de paradiso. ca.3. Inquit. *Secūdum autē euangelium digna est figura iustitiae, quia uirtus est in salutem omni credenti.* Deniq; *ipse dominus ait. sine modo.* Sic *enim decet nos implere omnem iustitiam, quae quidem parens caeterarum est foecūda uirtutum quadam ui.* In *quo aliqua harum quas diximus principalis est uirtus.* In *eo etiam caeterae praesto sunt, quia ipsae sibi sunt cōnexae concretaeq; uirtutes, & probat inductiue in sanctis patribus* Abel *Abraham,* Moyse, Daniele, *&c.* Ambrosi.

Isdem super Lucam. 6. *connexae sibi sunt cōcatenataeq; uirtutes, ut qui unam habet plures habere uideatur, & sanctis una cōpetit uirtus. i. simul, sed eius quae fuerit uberior, uberius est praemium, ergo unicuiq; plura praemia, quia plura incentiua uirtutum.* Isdem lib. officiorum. 2. ca. *liquet igitur etiam scripturam diuinam, quae antiquior est, sapientiam sine iustitia esse non posse, quia ubi una earum uirtutū, ibi utraq; est,* Daniel *quoq; quam sapienter alta interrogatione fraudulentae accusationis deprehendit mendacium, ut calumniatorum sibi responsio non cōueniret.* Prudentiae *igitur fuit uocis suae testimonio reos prodere. Iustitiae quoque nocentes supplicio dare, innocentē subducere.* Est *ergo indiuiduum sapientiae atq; iustitiae contubernium, sed uulgi usu diuiditur una quaedam forma uirtutum, ut temperantia* Ambrosi. Cap. 9 Ambrosi.

ſit in deſpiciendis uoluptatibus. Fortitudo *ſpectetur in laboribus & periculis.* Prudentia *in delectu bonorum ſciens cõmoda et aduerſa diſtinguere, iuſtitia quæ ſit bona cuſtos iuris alieni & uindex proprietatis, ſuum cuiq; conſeruans.*

Ambroſi. cap.10 *Iſdem de exceſſu fratris ca. 10. Supereſt ut ad concluſionem cardinalium uirtutũ, etiam iuſtitiæ partes in eo debeamus aduertere.* Nam *etſi cognatæ ſint inter ſe concretæq; uirtutes, tamen ſingularum quædam forma expreßior deſideratur maximæq; iuſtitiæ etc.*

Hierony. Hieronymus *ſuper* Eſaiam *(referente magiſtro, diſtin. 36. 3) Omnes uirtutes, inquit, ſibi hærent, ut qui una caruerit, omnibus careat, qui ergo unã habet oẽs habet. Iſdẽ ad* Pãmathiũ. *Quatuor uirtutes deſcribunt ſtoici ita eſſe cõnexas & mutuo cohærentes, ut qui unã nõ habuerit oĩbus careat, et q unã habuerit oẽs habeat, neq; hoc cõſutat ille.*

Auguſti. cap.4 Magnus Aurelius Auguſti. *non diſcedit à ſuo magiſtro diuo* Ambro. 6. *.n. de trinitate ait. Sic.n. uirtutes q̃ ſunt in aĩo humano, quãuis alio modo ſingulæ intelligantur, nullo tamen modo ſeparantur ad inuicẽ ut quicunq; fuerint æquales.* V. G. *in fortitudine, æquales ſint & prudentia, & temperantia, & iuſtitia. Si enim dixeris æquales iſtos fortitudine, ſed illum præſtare prudentia, Sequitur ut huius fortitudo minus prudens ſit, ac per hoc nec fortitudine æquales sũt, quoniã illius fortitudo prudentior. Atq; ita de cæteris uirtutibus inuenies, ſi omnes eadem conſideratione percurras.* Non *enim de uiribus corporis agitur, ſed de animi fortitudine. Quanto ergo magis in illa incõmutabili æternaq; ſubſtantia incomparabiliter ſimpliciore quàm eſt animus humanus, hæc ita ſe habent. Humano quippe animo non hoc eſt eſſe, quod eſt fortem eſſe, aut prudentem eſſe, aut iuſtum, aut temperatum. Hæc ille,*

quibus arguit loco à fortiori ex nobis ad deum, ostendens in deo has simul esse uirtuales perfectiones, & summe, atq; per identitatem, siue unitiuam cōtinentiam .i. quoniam sunt illæ in nobis connexæ simulque. Isdem Augustinus lib. de quātitate animæ inquit, uirtus est æqualitas uitæ undiq; rationi cōsentientis. nam si aliud ab alio in uita disceptet, magis, ni fallor, offendimur, quam si aliqua pars circuli, maiore minoréue interuallo, quam aliæ partes distent à puncto, Nam et rō non dicenda est aut existimanda nisi uera, & cuius uita p oīa cōgruit ueritati, is est pfecto uel solus, uel certe maxime, qui bene atq; honeste uiuit, et qui ita sit affectus, solus habere uirtutē, et ea uiuere iudicādus est, sed certe illud etiā uides, ut opinor, similiorē esse uirtuti circulum quā figurarū planarū aliā quālibet. Hinc est. n. qd' apud Horatiū magnis laudibus solemus extollere illū uersū quo ait, cū de sapiēte ageret foris et in seipso totus teres atq; rotundus. et recte, nā neq; in animi bonis qcquā iuuenis, qd' magis sibi ex omni parte cōsentiat, quā uirtutē, neq; in planis figuris q̄ circulū. Quāobrē si circulus nō magnitudine spatij, sed quadā cōformatione cæteris præstat, quāto magis de uirtute existimādū est, qd' nō maioris loci occupatione, sed diuina quadam congruentia rationū atq; cōcordia, cæteras affectiones animi superat. Isdem de moribus ecclesiæ cōtra Manichæos, ca. 5. Quod si est consequens, sicuti est, ut ipsum corpus cum ab aīa regitur, q̄ uirtutis cōpos est, multo & melius regatur & honestius, eoq; optime se habeat qd' est optima illa quæ sibi iusta lege dominatur, id erit hominis optimum, quod animam optimā facit, & ca. 6. Nemo autem dubitauerit, quin uirtus animam faciat optimam, at cap. 15. ait. Quod si uirtus ad beatam uitam nos ducit, nihil

Vis rationis

Augusti.

Quid uirtus

Virtus circulo aßimilatur

Virtus ex omni parte sibi conuenit

Augusti. cap. 5

Virtus optimam facit animā

Virtus est sũmus amor dei

omnino esse uirtutem affirmauerim. nisi summum amorem dei. Nanq; illud quod quadripartita dicitur uirtus, ex ipsius amoris uario quodam affectu, quantum intelligo, dicitur. Itaq; illas. 4 uirtutes, quarum utinam sit in mentibus uis, ut nomina sunt in ore omniũ, sic etiam diffinire nõ dubitem. Vt temperantia sit amor, integrum se præbens ei, qd' amatur. Fortitudo amor, facile tolerans oĩa propter quod amatur. Iustitia amor, soli amato seruiens & propterea recte dominans. Prudentia amor, ea quibus adiuuatur ab eis à quibus impeditur sagaciter seligens. Sed hunc amorem, nõ cuiuslibet, sed ei esse. i. summi boni, sũme sapientiæ, summeq; concordie. Quare definire etiam sic licet, ut temperãtiam dicamus esse amorem, deo sese integrum incorruptũq; seruantem, fortitudinem amorem, omnia propter dominũ facile perferentem, iustitiam amorem, deo tantum seruientem, et ob hoc bene imperantem cæteris quæ homini subiecta sunt, prudentiã amorem, bene discernentem omnia quibus adiuuetur in deũ, ab ijs quibus ĩpediri potest. hæc ille, deinde longo progressu. 4. uirtutes probat earundem quoque officia per sacros utriusq; scripturæ tramites. Hæc autem si uera sunt, ostendunt apprime uirtutes esse connexas, non enim per unam illarum tantum anima esse potest optima, neq; amor dei, eas trũcas disseparatasq; egredi pati q̃at in opus suum. In epistola autem ad Hieronymum quæ est 29. pertractãs immo mouẽs. q. de dicto sancti Iacobi. Qui offenderit in uno factus est omnium reus. Ambigens more scholastico primo disputat, eam ueram esse sensu quo stoici dicere assolent uirtutes esse in sapiente uero connexas, qui licet in cæteris dogmatibus stoicos non probet. In hoc tamen approbare uidetur, ponitq; quomodo quispiam aliqua

Quid temperã quid fortitudo quid iustitia, qd prudentia

Iterum qd temperantia, qd fortitudo, qd iustitia, qd prudentia

Collectio rationis

Augustinus ad Hieronymum

uideatur carere uirtute alias habens, quoniam sic, inquit, potest dici habere, aliam non habere, aliam magis, aliã minus habere uirtutem, Nam & quia maior est in isto charitas, quã in illo, recte possumus dicere; & aliqua in isto nulla in illo, &c. Et ex illa epistola sententiarum magister pro uirtutum connexione longam sumpsit rapsodiam. 3. distin. 36. Veruntamen mihi nullus locus firmus ex illa tractari potest epistola, quoniam interrogans Hieronymum de Iacobi themate proposito, disputatiuo procedit modo pro utraque parte. Habet tñ illam claram sententiam. Si autem qd' puto uerius esse sacrisq; literis cõgruentius. Ita sunt animæ intentiones (.i. uirtutes) ut corporis membra. Non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus, & aliud illuminatur magis, aliud minus, Ex quo patet qd' ad perfectũ hoĩem simpliciter oĩm exigĩt uirtutũ ĩtegritas cõnexioq;. Sãctus Bernardus ad Eugeniũ in principio. Aduertere etiã est suauissimum quendam concentum complexumq; uirtutum, atq; alteram pendere ex altera, sicut uideo fortitudinis matrem esse prudentiam, & non fortitudinem, sed temeritatem esse, quemlibet ausum quem non parturiuit prudentia, infra. Iustitia quærit, prudentia inuenit, uendicat fortitudo, temperantia possidet. Glossa super Apocalypsis. 21. simulq; connexas mutuoq; se iuuantes ad cõuiuendum opinatur uirtutes esse. Ego autem cum in hac parte magis credam sanctis uelut expertis, quam quibuscunq; etiam doctis qui ratione forsan & non certa experientia de his loquantur, idcirco & patrum sanctorum & scripturæ diuinæ produxi testimonia. Nunc etiam unius præclarissimi inter sanctos atq; in uirtutibus omnibus expertissimi testimonium perhibeo, qui à deo sanctificatus & illuminatus sic de uir-

Magister sentẽtiarũ 3. dist. 36

Augusti.

Virtutes in anima si cut in corpore membra

Bernar.

Glossa

Patribus sanctis credendum expertis de uirtutibus

Sanctus Franciscus

tutum connexione dictabat: Is est pater meus Seraphicus sanctus Fracíscus minorũ pater inclytus, qui suos circa hãc causam admonens fratres, eos docebat. Vbi charitas inquiebat & sapientia uera, ibi nec timor nec ignorãtia. Vbi paupertas cum lætitia, ibi nec cupiditas, nec auaritia, Vbi est quies & meditatio, ibi nec solicitudo nec uagatio. Vbi est timor domini ad custodiendum atrium suum, ininicus nõ potest habere locum ad ingrediendum. Vbi est discretio & misericordia, ibi neq; superfluitas neq; deceptio. Nullus homo est penitus in toto mundo, qui poßit habere unã ex uirtutibus nisi prius moriatur, qui unam habet, omnes habet, & alias non offendit, qui unam offendit, nullam habet, & omnes offendit. unaquæq; autem confundit uitia & peccata. Sancta sapientia confundit sathanam & omnes eius malitias. Sancta pura simplicitas confundit omnem sapientiã huius mũdi & sapientiam carnis. Sancta paupertas cõfundit superbiam & omnes honores huius mundi, & oĩa quæ sunt in mundo. Sancta charitas confundit omnes diabolicas & carnales tentationes & carnales timores. Sãcta obediẽtia confundit oẽs carnales & proprias uoluntates et carnales amores, & habet mortificare corpus ad obediẽtiam spiritus, & ad obedientiam fratris sui, & facit hominem subditum & suppositum omnibus hominibus huius mundi, et non tantum hominibus, sed etiam omnibus bestijs & feris, ut poßint facere de eo quicquid uoluerint quãtum eis datũ fuerit desuper à domino. Sectantur hanc sententiam diuinißimus Thomas. 12. q. 65. Et illuminatus Franciscus doctor minorita. Dicendum hic, inquit, quod uirtutes morales sunt connexæ in habitudine ad iustitiam legalem, quia p iustitiam legalem homo bene se habet ad totã legem iustam

Qui unã habet, uirtutes oẽs habet

Virtus nõ ẽ nisi ĩ homine uitijs mortuo

Sapientia

Simplicitas

Papertas

Charitas

Obediẽtia

3. distin. 36 q. 2. arti. 13

et per consequens habet actus imperatos omnium uirtutũ. cõfirmo hanc opinionem, quia lex præcipit omnem actum uirtutis, & prohibet omnem actum uitij. Et Ioãnes *ait om nis, qui facit iustitiam iustus est.* Paulus *dicit quoniam iusti tiam quæ ex lege est, qui fecerit homo uiuet in ea, & intel ligo de lege decalogi pro nũc ut nostro hæc subseruiũt, ppo sito, et de lege gratiæ quo ad agibilia, atq; de lege naturæ. Stoicorum ut prædictum est fuit hæc assertio quos Mar* *cus* Tullius Cicero *laudat & imitatur, ubiq;, eos uero nõ utcũq; sequimur, neq; etiam in radice eorũ assertionis, quo niã errarũt in multis, uidere potes* Augustinũ *epistola. 29. ad* Hieronymum, *qui etiam simulant paria esse peccata, & omnes æqualiter esse sapientes, quæ nõ iudicamus uera. Se neca quoq; magnus apud* Romanos *morum magister huic ad hæsit opinioni, cuius erat ratio.* Omne *enim ĩquit, quod bene fit, sit iuste, fortiter, et temperate. Sed opus cuiuslibet uirtutis bene fit, ergo necesse est quod fiat iuste, & fortiter, & temperate, ad omne igitur uirtutis opus. 4. requirun tur. Similitudinem quoq; adduxit inquiens. Si unam de tur mis siue cortinis tuis dimiseris, poteris dicere supellectilem tuam tibi saluam. Si autem unam de uirtutibus dimiseris, nullam te habiturum necesse est, ut confitearis.* Aristoteles *autẽ qui propius cæteris uero uidetur inter philosophos accessisse* Ethicorũ. *6. inquit patet igitur ex dictis, fieri nõ posse, ut sine prudentia sit homo proprie bonus.* At *enim & ea ratio qua quispiam disseruerit separari uirtutes (.s. non idem ad omnes uirtutes suscipiendas, ingenio aptissi mus est, ergo unam iam accepit, & alteram nondum acce pit) hinc solui potest.* Hoc *enim in naturalibus quidem uir tutibus fieri potest, at in ijs quibus absolute dicitur homo*

Ioannes. 1 cap. 3

Paulus

Roma. 10

Stoici

Seneca

Aristote.

bonus, fieri nequit. Et enim cum prudentia quæ est una, si= mul inerunt uniuersæ. cõmentator idem fatetur in. 6. Ethi= corum. Non existente, inquit, temperantia qualiter erit iusti tia. Et iterum temperantiam hoc appellamus uelut saluan= tem prudentiam, Sorores adinuicẽ uirtutes sunt. Disputat Tullius eleganter & docte hanc causam in paradoxis.

Eusthachius. f.

Augusti. epistol. 29

Augustinus etiam refert epistola ad Hieronymum. 29. Nã illud de inseparabilitate uirtutum, nisi forsan fallor, ta= men si uerum memini, quod uix memini, omnibus philoso phis placuit, qui easdem uirtutes agendæ uitæ necessarias esse dixerint. Sed de parilitate peccatorum soli stoici ausi sunt disputare, &c.

Cap. 38. Vltimam resolutionem arbitrans circa uirtutum connexionem, Et contra Lutheranos quod obe= diendum sit pastoribus & regibus.

Optima cõparatio Augustini est epistola 29. ad Hieronymum & Lactantij

Paulus 12. Corin. 1 Roma. 12 Ephe. 4

Omnis doctrina & uirtus. Si uera sit illa, at lux ratio= nis recta quoq;, atq; perfecta uirtus sit, toti quidem corpori perfecto in membris cum capite uiuenti, assimilari solent humano, in quo caput est ratio sana, sapientiaq; uera imbu ta, membra uero sunt uirtutes omnes. Nempe omnibus mẽ bris corporis pulchritudo cõstat humani situ positione po tẽtia opereq; diuersis, sed tamen ordinatis mutuoq; se iuuã tibus. Si ergo desit uera sapientia, est sine capite corpus. Si etiam desint uirtutes, erit sine corpore caput, sapientia ue= ra non est sine religione uera quæ est uerus dei cultus. sine qua, membra si sint suis locis & figura habitudineq; uideã tur inesse. tamen sensu carent & uita uera, Itaq; mẽbra illa .i. uirtutes formam tantũmodo uirtutum habẽt, usum tamẽ perfectionemq; non habent. At si etiam caput sit sine cor= pore, Is tunc similis est qui cum deum agnoscat uiuit iniu=

*ſte. Id enim tunc habet quod maximum eſt, ſed fruſtra, quo
niam uirtutibus caret tanquam membris. Propterea utrũq;
præfinimus neceßarium eſſe. Caput corpusq́; ſapiẽtiam ue
ram quæ religionem capit uirtutesq́;. Alterumq́; ſine alte=
ro nullius eſſe frugis. Vnde & illi laici ſapientes qui uirtu
tes ſine ſapientia ſapientemq́; ſine uirtutibus eſſe impoßi=* Stoici &
bile cõfitebantur, à ueritatis ſcopo non aberrabunt. Quan Ariſto.
*uis iniuſtam ſapientiam, & uirtutes inanes, ueluti ſine deo
uero principio fineq́;, autumabant. Formato igitur uiro* Solus chri
ſapiente, qui ſolus chriſtianus eſt (nec refert, ſi Hebræus ſtianus uir
ſit abſconditus uel ſpiritu, dum tamen carnalis non ſit) nun ſapiens eſt
quam eundem uno alteroq; carere contingit. Nam ſi ca= Chriſtus
ret uirtutibus aut una ſtultus eſt, ſi uera fide ſapientiaque Matth. 7
*iniuſtus eſt inſipiensq́;. Si uero ſapiens eſt utrunq; decorẽ
indutus eſt. Magnus magiſter ueritatis perhibet utrumlibet
inquit, Omnis qui audit uerba mea, et facit ea aßimilabitur
uiro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſuper petram. Et
omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, ſimilis eſt
uiro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, Pe=
tra eſt Chriſtus, & Chriſti uera fides cultusq́; quæ ſunt ſa
pientia, arena eſt aut infidelitas et maculata religio, aut qui
dem arida fides inanis et uacua, prior eſt charitatis imbre,
fortis & rorata uirtutum ſtillicidijs, poſterior eſt uel non fi
des, uel uitiorum obreſa ſpinetis ſterilis dei agnitio. Ex in=
terpretibus ſuis unus philoſophorum eius præclarißimus
inquit, Siquis auditor eſt uerbi (.i. ſapientiæ dei) & non
factor, hic comparabitur uiro conſideranti uultum natiui=* Iacobus
tatis eius in ſpeculo, conſiderauit enim ſe, et abijt iterũ obli cap. 1
*tus qualis fuerit, mente captus inſipiensq́; permanſit. At=
tende natiuitatem & ſpeculum, ſpeculum omnis ſapientiæ*

et actionis rectæ, Christus est, natiuitas, regeneratio spiri
talis est, in hac quidem Christi uita actionesq́ꝫ, speculū om
nibus regeneratis proponitur quod imitari debeant, in quo
se purificatos renatosq́ꝫ perspicuūt ad Christi similitudinē,
reformatos renouatos creatosq́ꝫ. Seqtur. Qui aūt pspexe-
rit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non au
ditor obliosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto
suo erit, lex libertatis Christus est suaq́ꝫ doctrina sapiētiaq́ꝫ
quæ nos liberos factos esse per Christi sanguinem gratiāq́ꝫ
docet liberos inquam à peccatis & ab tyrannide serpentis
iniqui, atq́ꝫ in libertate spiritus inde uicturos esse. i. in ope-
Error Lu- ribus iustitiæ. Non ut insipientes carnalesq́ꝫ Lutherani do
theranorū cent suos miseros, liberos. i. sine lege, sine operibus bonis,
sine obedientia, atq́ꝫ sine rege, & sine spiritali capite Chri
sti dei uicario, tum quoq́ꝫ sine legum ecclesiasticarum obser
uantia uotisq́ꝫ. Quā insipientiā profitentur, & ita paßim
suos infœlices docent sectatores, cum Christus, inquiunt, nos
à lege, & rege, & Caypha liberauerit, liberosq́ꝫ ab ijs om
Cōfutatio nibus esse iusserit. Cur iterum legem, regem, pōtificem, uo
Luthera- taq́ꝫ super humeros nostros imponere debemus? At insipiē
norum tes hoīes dicite à qua lege nos Christus eripuit & onere,
1. ratio nisi à maledicto legis mosaicæ onereq́ꝫ eius? ut testantur om
Actuū. 15 nes apostoli concilio Hierosolymitano. Sed tamen lex fidei
2. ratio nunquid abolita est? quam eodē concilio, per Christum præ
3. ratio dicatam, confirmant, authore spiritu sancto. Attamen in le
4. ratio ge fidei, nónne uotorum consiliorumq́ꝫ eminentißima ope-
Lucæ. 30 ra tractātur? Matth. 5. 6. 7. Nónne regi, & præpositis præ
Ioan. 21 cipitur obtemperandū, redite inquit, quæ sunt Cæsaris Cæ
Lucæ. 22 sari? Et quæ sunt dei deo, Et pasce oues meas, & tu aliquan
Lucæ. 10 do conuersus confirma fratres tuos, Et qui uos audit me au
dit,

dit, & qui uos spernit me spernit, de his Paulus ad Roma 5.ratio
nos ulti. inquit, uestra enim obedientia, in omni loco diuul= Paulus
gata est. Et obedite præpositis uestris, & subiacete eis. Ad cap.16
Philip.2. itaq; charißimi mei, sicut semper obedistis, nõ ut Hebræ.13
in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia
mea, cum metu, & tremore, uestram salutem operamini, et
prima ad Tessal.5. Rogamus uos fratres, ut noueritis eos,
qui laborant inter uos, & præsunt uobis in domino & mo
nent uos, ut habeatis illos abũdantius in charitate propter
opus illorum & pacem habete cum eis, quoniam scriptum
est. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis impe 6.ratio
rio, qui eo tempore ministrat domino deo tuo. ex decreto Deuter.17
iudicis morietur homo ille & aufferes malum de Israel, & 7.ratio
omnis populus audiens timebit, ut nullus deinceps intume
scat superbia. Audis hæretice Lutheranæ causam inobediẽ 8.ratio
tiæ, superbiam quidem, nõ libertatem spiritus. Quomodo
enim à spiritu sancto inobediẽtia innasci potest? Aut iugum
salutare humilitatis per eum excuti potest? cum fructus spi
ritus sit bonitas, & quæ melior bonitas quam obedientia 9.ratio
quæ sacrificium excedit? fructus etiam spiritus est gaudium
pax patientia, & quæ pax sanctior, gaudium salutare, & 10.ratio
patientia deo gratior, quam obedire hilariter, etiam si quæ
sunt arduißima? Iusta tamen, quia non nisi iusta est obedien
tia, fructus etiam spiritus est charitas at charitas non infla 11.ratio
tur, non irritatur ergo obedit humiliter. Ne uero causeris
de præcepto illo ueteris legis non esse in noua firmatum. 12.ratio
Audias hæreticæ illius cõfirmationem, quæcunq; dixerint
uobis seruate & facite tantũmodo secundum opera eo=
rum nolite facere, & iterũ quæcunq; ligaueritis super ter= 13.ratio
ram erunt ligata & in cœlo, & quæcunq; solueritis super

terram erunt soluta & in cœlo. Et suo inquit, uniuersali ui
14.ratio cario, tibi dabo claues regni cœlorum & quodcunq; solue
ris super terram erunt soluta & in cœlis, & quodcunq; li=
15.ratio gaueris super terram, erunt lagata et in cœlis. de Paulo in=
quit actuum.15. Lucas euangelista, quod perambulabat sy=
riam & Ciliciam, confirmans ecclesias, præcipiens custodi
ri præcepta apostolorum & seniorum, similiter actuũ.16.
16.ratio inculcatur. Scribit autem & explicat Paulus quam spiritus
Roma.6 libertatem per Christum dominum consecuti sumus, libera
1.Petri. ca ti à peccato, serui facti estis iustitiæ, & quia non sumus an=
pi. 26 cillæ filij. i. legis mosaicæ, sed liberæ. i. legis Christis, q̃ lex
Galatas.4 est gratiæ & amoris, in qua sumus amore operatores, non
timore seruili, spiritus libertatis. i. charitatis. Augusti. epi=
stola.29. Est autem fides, ipsa lex Christi Romanos.3. Istud
autem fieri opus esse, Paulus manifistat à priori. Et ipse do
Ephe. 4 minus dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autẽ pro
17.ratio phetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores, & do
ctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij
in ædificationem corporis Christi, Dominus ergo si insti=
tuit pastores, profecto obediendum est illis. Paulus quoq;
18.eatio duas ratiões astruit subtilissima arte sua ut solet in hac cau=
sa, una est ad consummationem sanctorum, ergo in ecclesia
dei nõ est cõsũmata sanctitas si pastores nõ sunt. Itaq; neq;
quisquam sanctus est, si non obedit pastori, esse autem san=
ctum. i. iustum sine peccato & uerum christianum omnes
intelligmus Christiq; imitatorem, quo fit, ut qui non obe=
19.ratio dit pastori non attineat ad sanctam ecclesiam, quæ Christi
sola est uera ecclesia. 2. ratio est in ædificationem corporis
Christi. i. pastores instituti à domino ut sint ædificatores
Christi ecclesiæ, obedientes sunt lapides ex quibus ecclesia

uelut dei templũ ciuitas regnumq; ædificatur, qui ergo, nõ obedit non pertinet ad ecclesiæ Christi ædificationem, non ergo est ecclesiæ Christi lapis. Igitur reprobatus est, extra ecclesiam est. At tu bone Christi et obediens Iesu discipule et ꝑ amore et eius præcepto etiã pastoribus humiliter obediens perpende ex uerbis Pauli quanta sit pœna pastorum, qui non ædificant. Sed scandalizant structuræ simplices lapides, quod etiam ex uerbis domini alibi nosce potes, deinde, inquit dominus. Oues illum sequuntur quia sciunt uocẽ eius, ꝑ idẽ obedientiã regibus præstandã habes, etiã & causam Matthæi. 17. dum præcipit etiam Petro ut soluat pro se & ipso staterem, ne scandalizentur præsides, à fortiori laicus hoc reddere tenetur regi, at hic obedientiæ & subiectionis signum est in laicis, in spirituali uero persona, cuius est iudicare & non iudicari, ne scandalum eueniat est hoc ꝑmissum facere. Paulus ad Roma. 13. hoc Christi præceptũ de obediendo regi, suo magno ut solet spiritu ample prosequitur, cui præscripsit Petrus sua prima cap. 2. Et de utraque hac obedientia cap. 5. similiter & cæteri apostoli. Sed redeamus ad inchoationem nostram. Quoniam Christus non sine lege uixit, deditq; suis omnibus obedientiæ exemplum ab initio uitæ suæ, usq; ad mortẽ crucis, nihilq; in eo antiquius obedientia fuit. Vnde qui sine lege sunt & sine obedientia uiuere eligunt, ut hæretici Lutherani, planè nedum christiani non sunt sed homines esse desierunt, brutorumq; induunt naturam & imagnem. fuit etiam hæresis hæc Aerij siue Aeriana. Ergo ex dictis habemus, insipiens in Christi philosophia iudicatus est tã qui nõ credit, quã credens nec tñ uirtutum actiones omnes exercens, qd' isdẽ eius auditor Iacobus explicans profitetur. Quæ autem de sur-

Corolla.
Matth. 18
Ioan. 10
20. ratio
21. ratio
22. ratio
23. ratio
24. ratio
Corolla.
Lutherani hæretici sunt nõ homines sed bruta sine lege
Hæresis Aerij
Iacobi. 3

ſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordiæ & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione, fructus autem iuſtitiæ, in pace ſeminatur, faciētibus pacem, Sapiēs Salomon hoc certa experientia uerum eſſe teſtatur. Inquit enim, Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum in omnibus, quoniam antecedebat me iſta ſapientia, & ignorabam, quoniam omnium bonorum mater eſt, infinitus enim theſaurus eſt hominibus quo qui uſi ſunt participes facti ſunt amicitiæ dei propter diſciplinæ dona cōmendati, quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt & ſapientium emendator et de ſapientia eadem dicit. Omnium enim artifex docuit me ſapientia, eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ ſanctus multiplex, unicus, ſubtilis, modeſtus, diſertus, mobilis incoinquinatus, certus ſuauis, amans bonum, actus, qui nihil uetatur benefacere, humanus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnem habens uirtutem, omnia perſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus intelligibiles, mūdus ſubtilis, omnibus enim mobilibus molior eſt ſapientia. Attingens autē ubiq; propter ſuam munditiam uapor eſt enim omnis uirtutis dei & emanatio quædam eſt claritatis oīpotentis dei ſincera, & ideo nihil inquinatum in eam incurrit, cādor eſt enim lucis æternæ & ſpeculum ſine macula dei maieſtatis & imago bonitatis illius, hæc ibi. Quare manifeſtiſſimū eſt, ubi uera hæc ſapientia eſt, non ibi uitium aut macula eſt peccatorum, ſed omne bonum, iuſtum, rectumq;, ideoq; ſunt cōnexæ per eā uirtutes, quæ tamen ſapientia philoſophorum Chriſti propriſſima eſt atq; chriſtianorum. Capitulo autem ſequenti idem ſapiens connectit eaſdem attingit ergo à fine uſq; ad

Sapien. 7

Proprietates ſapiētiæ

Vis rationis

Sapien. 8

finem omnia suauiter. Et siquis iustitiam d'ligit & labores huius magnas habent uirtutes. Sobrietatem enim & sapiētiam docet & iustitiam & uirtutem quibus utilius nihil est in uita hominibus. Si autem quæras inquibus est cōnexio illarum? licet satis supra hoc patuit, tamen repentibus nobis recte dicta, sic asserimus. Combinantur uirtutes ab authore uno deo, in uno homine sapiente subiecto, ab una prudētia siue sapientia recta, diuina sapientia, fideq; una. A fine uno optimo ueroq; uirtutum, in una pœnitentia, in una uera & circunquaq; perfecta actione, in eo quod perfecte & ordinate perficiunt, eo quod sunt una alterius circūstantia, & quoniam. 4. illa simul requiruntur ad rectam operationem. Tandem quia omnes sorores sunt, quarum una genitrix est charitas ut prædictum est, et quoniam earū usus nō est in scire sed operari, & in hoc differt pratica scientia à speculatiua. Atq; simul eas præcepit deus & nō separatim habendas. Deniq; in una iustitia legali omnes conueniunt, atq; simul, in homine christiano uero q; sapiēti philosopho christiano, cum gratia donantur ut statim differemus, in habitu quidem non in actu, combinantur quoq; in actu meritorio ut manifestum. In dispositione ad iustificationem deinde in perseuerantia, & augmento iustitiæ condonatæ gratiæ siue charitatis.

In quibus est uirtutū connexio

Cap. 39. De opinione sancti Bonauenturæ.

Siqui uero aliud opinari uolunt, & pro minoritarū doctorum reuerentiam uirtutes non connexas ex omni arbitrari uelint diuum Bonauenturam *audiant.* Dicendum, *inquit, quod in ista quæstione cōtrouersia fuit inter ipsos philosophos secundum quod inquit,* Herony. & Augusti. *Nā quidam philosophorum qui stoici dicebantur, dixerunt uir*

S. Bonuentura. 3. distī. 36. q. 3

Stoici

Seneca tutes necessario esse cōnexas, ut qui una caruerit cæteris careat de quorum positione uidetur fuisse Seneca, ait enim sic si unā de turmis siue cortinis tuis dimiseris, poteris dicere supellectilem tuam tibi saluam. Si autē unam de uirtutibus dimiseris nullam te habiturā necesse est ut confitearis. Alio-

Positio aliorum rum positio fuit quod una potest haberi sine altera, sicut aliquis potest habere castitatem, ita quod non habeat iustitiam. Ratio autem huius diuersitatis ex hoc fuit quod stoici ponebant quod uirtus nō esset in aliquo nisi in sapiente, pro eo quod regimen totius uitæ hominis secundum regulam moris pendet à rectitudine rationis. Sapientem autem

Augusti. dixerunt secundum quod dicit Augusti. de ciuit. dei. in quē nulla cadit perturbatio. Ille enim secundum eos sapiens dicebatur, qui oībus paßionibus animæ dominabatur. præter hoc etiam ponebāt quod cum uirtus sit circa medium, & medium sit uno modo & indiuisibili, nemo habet uirtutem nisi habeat eam in summo & perfecte. Perfecta autē uirtus non habetur ubi regnat aliquod uitium, & ubi aliæ uirtutes desunt. Et propter istas rationes duas dixerunt stoici uirtutes politicas esse connexas, uidelicet, quia non possidentur nisi à sapiente, cui non dominatur uitium, & sunt circa medium indiuisibile, à quo per quodlibet uitium fit

Cōfutatio recessus. In huius autem positionis suæ fundamento nimis excesserunt quātum ad utrunq; prædictorum. Tum ex hoc quod non ponebant sapientiam in proficientibus sed solum in perfectis. Tum etiam quia dixerunt non referre quantū ad amißionem uirtutis parum uel multum à medio pūctuali recedere. Et ideo reprehendit eos Augusti. ad Hiero. di-

Episto. 29 cens. Sic mihi uidentur stoici esse falsi, qui proficientem hominem in sapientia nolunt habere omnino sapientē. sed tūc

ſolum cum eſt perfectus. Dicunt *enim ſicut nihil intereſt ad præfocandum hominem, utrum aquam ſtadijs multis habeat, ſupra ſe uel uno palmo, ſic eſt de illis, qui ſunt in gurgite erroris ad ſapientiam*. Et *ſatis rationabiliter repre hendit eos* Auguſti.*propter hoc quod uiam ſalutis in bono ualde artant, dum dicunt in ſolis perfectis eſſe uirtutem & ſapientiam, & in malitia ualde dilatant dum dicũt quod nõ refert utrũ quis magis uel minus à medio uirtutis recedat*. Auguſti.
Et *propterea aliorum philoſophorũ poſitio magis fuit rationabilis. Qui poſuerunt ſapientiam non ſolum eſſe in perfectis ſed etiam in illis, qui proficiũt*. Poſuerunt *etiam mediũ uirtutis latitudinem habere ſecundum quod latitudo habet medium ſummitatis, quoniam ergo ſecundum politicam ueritatem uirtutes paulatim acquiruntur in his qui proficiũt ad ſapientiam, ideo poſuerunt quod una uirtus poteſt haberi in perfectione maiori & minori ſecundum diuerſa tempora*. Vna *etiam pot ſeparari ab altera*. Et *iſtorum ſententia ſecundum dictum* Auguſti.*magis eſt approbanda*. Poſitio aliorũ
Re*ſpondendum eſt igitur ad quæſtionem propoſitã quod ſimpliciter loquendo uidelicet quantum ad omne tempus, & quantum ad ipſos habitus uirtutum non eſt connexio inter uirtutes politicas, licet aliqua inter eas poſſet connexio reperiri ratione ſtatus alicuius determinati & quarundam cõditionum cõmunium*. Propter *quod notandum eſt quod cõuenit loqui de de huiuſmodi uirtutibus politicis quãtum ad propria & quantum ad appropriata*. Si *quãtum ad appropriata*, Sic *eſt in eis connexio, quia illæ quatuor cõditiones prius habitæ quæ ſunt diſcernere & medium tenere, & huiuſmodi ſigillatim his quatuor uirtutibus appropiantur, et tamen ſimul ad quãlibet uirtutem requiruntur*. Si *uero lo=* Reſpon. Propria s.Bonauẽ. Notãdum Connexio

quamur quantum ad propria hoc potest esse dupliciter, aut simpliciter, aut secundum statum perfectionis. Si secundum statum perfectionis, sic est adhuc necessaria in eis cõnexio, quia una uirtus nunquam perfecte habetur nisi cæteræ habeantur. Et *quantũ ad hoc bene dicebant stoici, licet non usquequaq; super uerum fundati essent, sed simpliciter siue secundum omnem statum sic non est necessarium connexionẽ esse in huiusmodi uirtutibus, cum sint ab acquisitione, sicut ostendunt rationes ad hanc partem inductæ, et ideo sunt cõcedendæ.* Et.*q. præcedenti disputando concludebat habitus uirtutum pro eo quod necessitatis sunt, & quantum ad suos usus in his qui libero arbitrio iam utuntur, simpliciter habent ad inuicem cõnecti, non solum ratione suæ originis sed etiam ratione usus consequentis.* Nemo enim *potest esse in gratia, nisi speret credat & amet & sic de alijs uirtutibus,*

S. Thomas. 12. q. 65. artic. 1 *Consortes sunt diuinissimus* Thomas & Ioannes *minorita præfatis.* Ille *inquit uirtus moralis potest accipi uel perfecta uel imperfecta, imperfecta quidem, ut temperantia uel fortitudo nihil aliud est quam aliqua inclinatio in nobis existens ad opus aliquod de genere bonorum faciemdum, siue talis inclinatio sit in nobis à natura, siue ab assue*

Cum Aristo. 6 Ethi. ca. ultimo *tudine, & hoc modo uirtutes morales accipiendo non sunt connexæ.* Videmus *enim aliquem ex naturali complexione uel ex aliqua consuetudine esse promptum ad opera liberalitatis, qui tamen non est promptus ad opera castitatis,*

Perfecta uirtus *perfecta autem uirtus moralis est habitus inclinans ab bonum opus bene agendum.* Et *circunstationatum omniquaq;, &*

Scotus. 3. distin. 36. artic. 1 *sic accipiendo uirtutes morales dicendum est eas connexas esse, ut fere ab omnibus ponitur.* Ioannes *autem doctor minorita & subtilissimus ait. quod una uirtus non ꝑducit ad*

finem perfecte uirtutum, sicut nec unus sensus perducit hominem ad perfectum actum sentiendi, sed quælibet uirtus quantum in se est perducit ad finem, omnes autem requiruntur ad perfecte perducendum. Conceditur ergo quod una, non perducit sufficienter simpliciter, infra. Concedo enim quod istæ uirtutes bene iuuant ad saluãdum se mutuo, et in hoc potest intelligi dictum quorundam, quod una non est tota sine alia, quia non ita bene saluatur sine alia. Nam homini multis tentationibus exposito circa diuersas materias, imperfectio circa unam materiam est una occasio imperfecte agendi circa aliam, & perfecta dispositio circa unam iuuat aliam ad recte se habendum. Mihi etiam succurrit qd' in gradu perseuerantiæ forsan non est multa connexionis necessitas at in gradu cõtinentiæ est maior, quia non uincit una, si altera desit, aut forsan aliquod alteri contrarium uitium intus inanima lateat. In. 3. gradu qui temperantia dicitur apud eos quo uera uirtus in habitu acquita est omnino connexas esse oportet, ut dixit Aristo. & nostræ probarũt tot tantæq; rationes, sanctorum sententiæ, & diuini eloquij resolutiones, Maxime autem in gradu heroico sunt cognatissimæ et hoc intelligo dum acquiruntur morales actionibus. Vnde si quæ sunt doctorum rationes probantes illarũ diuulsiones ualde æquiuocant de actu et habitu, cõcedo. n. quod actus unus uirtutis licet potestq; sine alterius uirtutis actu & sine qualibet arte moreq; parta uirtute à nobis effici uel à naturali inclinatione, sed hic non uirtus est, neq; ita perfectus, attamen uirtus ipsa acquisita una non est perfecta in esse uirtutis quin alia sit quoq; eidem concreta & omnis aut inesse imperfecto aut bene perfecto, quia dũ una generatur aut omnis fit aut crescit aut seminatur. Enimue-

Scoti conclusio

Propria opinio

Vna hirũdo uer nõ facit

ro non potest una in habitu fieri quin omnium uirtutum actus exerceatur. Ita inquam si dum ex frequentibus actibus generari habitus uirtutis debet, oportet frequẽtem operantem, nullo uitio alterius uirtutis uel actus eius contrario subditum esse, quod si ita est, oportet igitur exerceri in actibus uirtutum omnium prout occurrit materia, ne uitio
Nota subiaceat. Habitus enim uirtutis non acquiritur. Si aut eius aut alterius uitij contrario temeratur uel intercipitur actu, Non est aũt impoßibile aut difficile, dum unus exercetur et agonista est in unius uirtutis acquisitione palæstraq;, qn uel ex subrepta tentatione aut altero quo uis occursu, prælium non excitetur ex latere, in aliud alterius uirtutis obiectum, tunc itaq; oportet agonistam superiori illuminatum sapientia, & in quasi transuersum fortiter pugnare uitiũ repellẽdo, ne maculetur, ne actione superetur, et quatenus fieri potest continuari palæstra incepta pro priori uirtute cõquirenda. Nam tentatori nil refert unde uincat dummodo uincat, uel recta pugnans, ut priorem intercipiat uirtutem, aut ex obliquo, si in aliud agonistam certando, uitium trahat uelut in præcipitium. unde concludo, nunquam perfe-
Conclusio cta acquiritur uirtus, quin dum concipitur aliæ seminẽtur, & neq; intercipienda est per uitium aliquod eius acquisitio perseuerantes oportet esse usq; in finem omnis uirtutum susceptor, negotiator, agonista pugnaxq́;, atq; cõquisitor, qui cadit de nouo incipit, puer est. 100. annorum non sapiens neq; officio perfectus. Quamobrem magnus morum magi
Christus ster dominus Iesus suis præceptis quæ sunt uirtutum optimæ actiones perseuerantiam comitem perpetuam cõduxit, neq; sine dei fautrice gratia hoc munus haberi aut perfici potest. simulq́; ideo cum gratia omnes in habitu condo-

nat uirtutes dominus uirtutum ut uirtute una exercendus miles suus. si uitio alterius opposito expugnetur ex īsidijs, habeat armatus unde etiam illi occurrat prouide fortis & intrepidus, de quo nūc disserēda incipiet oratio. opinamur etiam non pares esse uirtutes, neq; unum de alterius substantia esse, neque uitia illis opposita paria esse, neq; uitia cōnexa esse, quanuis sint connexæ uirtutes, hoc enim est & Iouiniani erratum, atq; nunc Lutheranorum est error, quem diuus Hieronymus laute confutauit, cōtra Iouinianū libro, Similiter non opinamur uirtutes in quocunq;, paris gradus esse, sed est una potior in uno, in quo altera minor, atq; quæ in hoc est minor, in altero maior esse potest, Tādemq; eam de uirtutibus optionem habemus, quam uniuersalis profitetur ecclesia, atq; catholica, & uetustißima, perseuerans usq; in finem, neque aliter aut aliud, quam illa censet de uirtutibus, nos cēsere uolumus, ipsa quippe est magistra uirtutum, cuius solius est spiritus uirtutum dator & doctor.

Luthera=norū error

Conclusio ulti. cū ecclesia

Cap. 40. *Quo probatur in iustificatione simul cum gratia & charitate infundi quoque morales uirtutes in habitu.*

Secundum quod pollicebamur erat. An simul cū theologicis uirtutibus siue gratia & charitate. supernaturaliter quoque præbeantur & morales uirtutes cum homo iustificatur, in qua collatione adhuc cum doctißimo & subtilißimo Ioanne minorita humiliter & reuerenter disputandum est. Visum nanque est sibi non necesse esse ponere uirtutes morales infusas, sed tantum acquisitas. Et de poßibili quidem ipse non ambigit, qui semper optimam de dei omnipotentia catholicamq; habuit rationem, sicut & in cunctis alijs fidelißime perscrutatus est quæ dei sunt et Christi eius

Scotus. 3. disti. 36. q. unica in fine. 3. artic.

atque immaculatæ deiparæ matris eius. Ast de facto & de
1. ratio necessitate est nunc cum præclarissimo Ioanne doctore itꝫrata collatio. Et quoniam non necessitatem simpliciter intelligimus, sed uel diuinæ præscriptionis, aut decētiæ, siue quā ipse semper congruitatis appellare solitus est. De hac humiliter non arguendo, sed interrogando à subtilissimo & catholico Ioanne quæro. An in sacramento baptismatis, et cōfirmationis spiritus sanctus cum.7.donorum illapsu cōdonetur uel ne. Si secundum dixeris optime doctor toti aduersaris ecclesiæ, quod non soles. Vbiq; enim ei deferrs, ut filius fidelissimus eius & catholicus doctor in ea (in cuius doctrina, nunquam aliquid etiam apparens reperitur cōtra fidē)

Laus Scoti doctrinę

Esaias Nempe omnes catholici cum Esaia propheta cap. 11. &

Ambrosi. Ambrosio lib.3. de sacramentis cap.1.2. Arbitrantur simul cum spiritu sancto.7. conferri dona eius, qui si baptismo suscipitur, tamen eius donationis uel in gradu maiori & abūdatiori sacramentum confirmationis prædicatur esse. Mel-

Melchiades chiades papa sua decretali ad episcopos Hispaniæ hoc uerum testatur. Ad hoc inquit profuit aduētus spiritus sancti, quia ante descensum sancti spiritus usque ad negationem apostoli deterrentur, post uisitationem uero eius usque ad martyrium contemptu salutis armantur. Igitur secundum hoc per Christum redimimur, per spiritū uero sanctum dono sapiētiæ spiritualis illuminamur, ædificamur, erudimur, instruimur, confirmamur, ut illam sancti spiritus uocem audire possimus, intellectum tibi dabo, & instruam te in uia

Vrbanus papa hac qua gradieris. Vrbanus papa profitetur. Per manus impositionem episcoporum spiritum sanctum oēs fideles post baptismum accipere, quia cum spiritus sanctus infunditur, cor fidelium ad prudentiam & cōstantiam dilatatur, de cō

secra. distin. 5. Omnes fideles, Melchiades idem confitetur Melchiades
ibidem cap. spiritus sanctus, hoc idem totus apostolicorum
actuũ liber ꝓtestatur, quoniã aduẽtus spiritus sancti in apo
stolis, deinde per apostolos manus imponendo cæteris da-
batur cum donorum plenitudine. Non quod *in baptismate*
spiritus almus non fuerit datus, Sed quoniam in sacramen-
to confirmationis cum uberiori condonetur gratia, atq; ut 4. *senten*
sapientes astruunt theologi. 4. distin. 7. alio fine uel effectu *distin.* 7
illabatur in hoc quam fuerit condonatus in baptismate. Ibi
enim regenerat, hic uero munit ad prælium, & alia plura
quæ Melchiades *sanctus martyr & pontifex priori enar-*
rat epistola, Apud *autem doctorem* Ioãnem *eadem sunt do*
na & uirtutes. igitur omnino conferuntur cum gratia si- Scotus. 3
mulq; morales infunduntur uirtutes. Doctissimus *sanctus* *distin.* 34.
Hieronymus *idem affirmare uidetur super* Zachariæ. 4. Hierony.
Lucernas *inquit. 7. & effusoria earum & ipsi (.i. ecclesia*
stici uiri) gratias sancti spiritur intelligunt, per quas oleum
misericordiæ dei cunctarumq; uirtutum ecclesia suscipit.
hæc ibi. Vnde *uidetur quod hæc fuerit omnium ecclesiasti*
corum doctorum assertio tempore beati Hieronymi. *Sacer*
Ambrosius, *inquit, lib. 3. de sacra. ca 2.* Sequitur *spiritale* Ambrosi.
signaculum quod audistis hodie legi, quia post fontem, su-
per est, ut perfectio fiat, quando ad inuocationem sacerdo-
tis spiritus sanctus infunditur, spiritus sapientiæ & intelle
ctus, spiritus consilij atq; uirtutis. spiritus cognitionis atq;
pietatis, spiritus sancti timoris. 7. quasi uirtutes spiritus.
Et *oẽs quidem uirtutes ad spiritum pertinẽt. Sed istæ quasi*
cardinales sunt, quasi principales. Dionysius *magnus* Pauli Dionysius
auditor id ipsum confirmat lib. de ecclesiastica Hierarchia Cap. 4.
ca. 1. Et *magnus* Gregorius *lib. 1. moralium ca. 18.* Cũ *ergo*

per aduentum spiritus sancti, sapientia, intellectus, cõsiliũ,
Ratio fortitudo, scientia, pietas, ac timor dñi, in animo unicuique
nostrum gignatur & cæ. Vt supra cap. 32. relatum est, &
pleraq; dicta sanctorum eodem cap. et prioribus hanc uea
Ratio ritatẽ profitentur, uide. Accedit & ipsius saluatoris diffini
tio. sic enim inquit, Oportet nos implere omnem iustitiam,
quoniam in baptimo omnis confertur iustitia, at omni iusti
Ratio tia uirtus est omnis. Deniq; si Christus pater noster est in
regeneratione, oportet nos regeneratos illi apprime assimi
lari, in quo simul cum gratia omnes uirtutes infusæ conne=
Ratio xæq; tributæ sunt. Aut non reformasset imaginem, quia
Adam creatus est plenus omnibus uirtutibus, unde ad simi
litudinem dei factus est. Proinde renati portare nos debe=
Ratio mus imaginem noui hominis cœlestisq;, qui secundum deũ
creatus est. Si portauimus nati, terreni hominis imaginem,
Roma. 5 Sed non sicut delictum, ita & donum, quoniam multo ma=
gis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Chri
sti. Signum autem huius esse potest. Nempe uidemus etiam
Ratio ad dictos sceleribus æuo multo, statim renatos mirabiles uir
à signo tutum patrasse fœtus, etiam facile prompte & delectabili=
ter. In ecclesia enim primitiua passim hæc gesta narrantur.
gratia igitur domini nostri Iesu Christi secum attulit uirtu=
tum dona habitusq;, quibus illi promptissime ad uirtutum
Ratio exibãt actiones. Hominem totum sanat dominus in iustifica
tione, ergo sanat concupiscibilem temperantia, irascibilem
potẽtiam fortitudine. Sanat totam iustitia, quæ est charitas,
mentem fide & prudentia. Non quod hæ uirtutes sint sa=
nitates sine gratia dei diuinaq; charitate, sed quia charitas
sanãs formaliter, has illarũ uulneribus de cœlis defert me=
dicinas & medicamenta cœlestia. Restituit deniq; Christus

meliorem nobis rem, quam dũ perdidimus in paradiso sta= tuq; innocentiæ. igitur restituens innocentiã iustitiamq; cætera prorsus dona, quibus ibidẽ potiebamur, omnino restituit analogia seruata. Neq; sapientißimi medici caruit artificio medicorũ princeps Christus, qui dum homini artus omnes restituit corpori operarios ualidosq; lacertos, membra animæ, cuius prior medicus aduenit, (quæ sunt uirtutes ut satis prædictum est) non re integrasset restituendoq; conferret. Amplius strenuißimos reddidit suos quos armauit milites, dum sanctum in illis refundit spiritum, ea propter, et opere efficacißimos, atq; bella ciere dei composuit armatißimos, tum quoq; palæstram uictricem ingredi contra uniuersa uitia eosdem decorando uirtutibus inuitauit ad triumphum. Tandem decorem induit suos quos regenerando filios dei effecit, neq; igitur erit satis decor neq; laudanda filiatio hæc diuina nisi uirtutibus omnibus sit redimita. Videtur autẽ eiusmodi ueritas in clemẽtina prima cõcilioq; Viẽnensi præscripta, simul et in capitulo maiores, extra de baptismo & effectu eius. Quibus arridet diuinæ scripturæ aliud testimonium sapientiæ. 8. Etsi iustitiam quis diligit & labores huius magnas habẽt uirtutes. Sobrietatem enim et sapientiam docet & iustitiam & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus. Vnde & diuinißimus Thomas concludit, cum oporteat effectus suis esse causis proportionatos. Ergo cum spiritus hominis sit principium uirtutum acquisitarum etiam spiritus diuinus post datas theologicas uirtutes erit principium etiam moralium infusarum uirtutum, sic intelligo rationem sancti doctoris. Vt id sancti prophetæ diuinum approbetur eulogium, deus noster deus uirtutum est. Nempe miseratus deus pusillitatis nostræ, atq; talis

Christus medicorũ princeps

Ratio

Ratio

Clementi. na. 1

Sapien. 8

Thomas 12. q. 63. artic. 3

Ratio Fundamen

inopiæ animasticæ præuenit in istanti nobis cõferre ea, quæ nancisci suspiramus lõgiori quidem æuo. Et ut se optimum uirtutum magistrum esse ostendat, donat ipse suis, unde poss sint statim renati, opera uirtutum efficere meliora. Et non sicut huius mundi sapientes solent suos prius assuescere discipulos in more uirtutum quo frequentato uirtutes comparent, deinde habituati exerceant se in uirtutũ actibus. Deus uero noster qui deus uirtutum deus est à principio conditi orbis hanc obseruauit rerum faciendarum seriem. Nempe non prius plantarum arborumq; seruit semina, inde arbores fructusq; legit. Sed simul plantas herbasq; cum fructibus sementeq; intra se dicendo procreauit. Ita quoq; ut simul admiraremur omnipotentiam eius, Atque misericordias dei in æternum cãtemus simul charitatem gratiãq; uirtutũ plantas radicesq; in nobis renatis plantat tũ quoq; fructus illarum simul. s. uirtutes morales cõplãtauit. Et sicut infusæ fidei datum est et charitati, per eas utique fidem charitatemq; acquisitas ex frequentatis actibus in nobis ipsis aggenerare, neque tñ superfluũt illæ, aut istæ uanæ sunt. Quin potius in istis ille perlucent ut in effectibus causæ, atque illarum eæ sunt actiones & exercitia & ut à fontibus deriuationes. Ita quoque à uirtutibus moralibus infusis & charitate duce fideq; atque spe actus morales frequẽtãtur, e quibus in nobis innascitur acquisita moralis uirtus quæ prioribus adiuuamento est tum quoque illarum scaturigo. ergo fructus illarum est suauior uirtus acquisita. An uero sit eiusdem rationis cum priori, planum est de theologicis apud minoritam Ioannem quod non sitit eiusdẽ rationis cum acquisitis, tum quolibeto. 17. cum. 3. distĩ. 27. q. unica ad. 4. De moralibus dubium esse posset, Sed tñ apud eundem

Dei proprietas

Taciti obiecti solutio

Dubitatio Scoti Solutio

eundem subtilißimum doctorem fundamentalis ratio illarum erit & harum quoque forsan specifice distinctionis ratio de quo alias, Tādem cū charitas sit omnis uirtus illa in fusa, denique omnes per spiritum sanctū in homine diffunduntur renato morales uirtutes simul cum charitate. Vnde *beatus pater* Augustinus, *inquit,* Quanquā *& in hac uita uirtus non est nisi diligere quod diligendum est.* Id *eligere, prudentia est, nullis inde auerti molestijs, fortitudo est, nullis illecebris, tēperātia est, nulla superbia, iustitia est.* Quid *autē eligamus quod præcipue diligamus, nisi quo nihil melius inuenimus?* Hoc *deus est, cui si diligēdo aliquid uel præponimus, uel æquamus, nos ipsos diligere nescimus.* Tanto *enim melius nobis est, quanto magis in illū imus, quo nihil melius est.* Imus *autem non ambulando, sed amādo.* Quem *tanto habebimus præsentiorem, quanto eundem amorem, quo in eum tendimus, potuerimus habere puriorem.* Nec *enim locis corporalibus uel extēditur uel īcluditur.* Ad *deū ergo qui ubiq; præsens est, & ubique totus, nō pedibus ire licet, sed moribus.* Mores *aūt nostri nō ex eo quod quisque nouit, sed ex eo quod quisque diligit, diiudicari solēt.* Nec *faciunt bonos uel malos mores, nisi boni uel mali amores, prauitate ergo nostra à rectitudine dei longe sumus.* Vnde *rectum amando corrigimur, ut recto recti adhærere possimus.* Ad *illum ergo quanta opera possumus, etiam illi ut perueniant agamus, quos tanquam nosmetipsos diligimus, si nosmetipsos diligere illū diligendo iam nouimus.* Christus *nāque.i. ueritas dicit in his duobus præceptis totam legem prophetasq; pendere, ut diligamus deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & diligamus proximos tanquā nometipsos, proximus sane hoc loco non sanguinis propin*

Augusti. epistola. 52

Quomodo charitas sit omnis uirtus

Ad deum moribus non pedibus itur

Amores bōi uel mali bonos malosq; pariunt mores

Probatio quod charitas sit oīs uirtus

quis pro- quitate. Sed rationis societate pẽsandus est, in qua socij sunt
ximus di- omnes homines. Nam si pecuniæ ratio socios facit, quanto
citur magis ratio naturæ non negotiandi, sed nascendi lege cõmu
Terentius nis? Hinc & ille comicus (sicut luculentis ingenijs non de-
in heauto. sit resplendentia ueritatis) cum ab uno sene alteri seni di-
ctum componeret. Tantúmne ab re tua est otij tibi, aliena
ut cures, eaq́; nihil q̃ ad te attinẽt? Respõsum ab altero red-
didit. Homo sum, humani nihil à me alienum puto. Cui sen
tentiæ ferunt etiam theatra tota plena stultis in doctisq́; ap-
plausisse, ita quippe omnium affectuũ naturaliter attigit so
cietas humanorum animorum, ut nullus ibi hominum nisi
cuiuslibet hominis proximum se esse sentiret. Cum ergo di
quare duo lectione, quam diuina lex imperat, debeat hõ diligere deũ,
præcepta & seipsum & proximum, non tamen ex hoc tria præce-
dilectionis pta data sunt, nec dictum est, in his tribus, sed in his duo-
cũ tria sint bus præceptis tota lex pendet & prophetæ, quia uidelicet
diligenda ut intelligeretur nullam esse aliam dilectionem qua quisq́;
diligit seipsum, nisi quòd diligit deum, qui enim aliter dili-
git se, potius se odisse dicendus est. Fit quippe iniquus, pri
uaturq́; luce iustitiæ, qui à potiore ac præstantiore bono à
uersus, atq́; inde uel ad seipsuam conuersus, ad inferiora &
egena utiq́; conuertitur, fitq́; in ipso quod ueracißime scri
ptum est. Qui autem diligit iniquitatem odit animam suã.
Psal. 10 Quia igitur nemo nisi deum diligendo, diligit seipsum, non
opus erat ut dato de dei dilectione præcepto, etiam seipsum
Quare nõ homo diligere iuberetur, cum in eo diligat seipsum quod di
est datum ligit deum. Debet ergo & proximum diligere tanquam se
præceptũ ipsum, ut quem potuerit hominem uel beneficentiæ conso-
de diligen- latione, uel informatione doctrinæ, uel disciplinæ coerctio-
seipsum ne adducat ad colendum deum, sciens in his duobus præce

ptis totam legem prophetasq; pendere. Hoc qui sobria discretione eligit, prudēs est, qui nulla hinc afflictione à uertitur, fortis est, qui nulla alia delectatione, temperans est, qui nulla elatione, iustus est. His uirtutibus diuinitus inspiratis, per gratiam mediatoris dei cum patre, & nobiscum hominis Iesu Christi, per quem post inimicitias iniquitatis reconciliamur deo in spiritu charitatis. His inquam uirtutibus diuinitus impartitis, & bona uita nunc agitur, & postea præmium eius, quæ nisi æterna esse non potest, beata uita persoluitur. Hic enim sunt eædem uirtutes in actu, ibi in effectu, hic in opere, ibi in mercede, hic in officio, ibi in fine, Itaq; omnes boni et sancti etiam in tormentis quibuslibet diuino fulti adiutorio, spe illius finis beati uocantur, quo fine beati erunt. Propterea sapientiæ. 16. sapiens inquit, propter hoc & tunc omnia transfigurata, omniū nutrici gratiæ tuæ deseruiebant, ad uoluntatem eorum qui à te desiderati sunt, ut scirent filij tui quos dilexisti domine, quoniam nō natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus eos qui in te crediderunt conseruat. Gratia igitur nutrit ergo genitrix est uirtutum sancto eam fœcundante spiritu. Itaq; dum illa illabente spiritu sancto menti christianæ confertur sane uirtutes simul congenerat in eadem. Tum quoq; diuinum uerbum fidesq; eas conseruat dum operarias easdem esse demonstrat quæ si ocio marcescant deperiunt, operantes autem per uerbum & spiritum sanctum. i. fide, & charitate, cū spe, augescūt merita, & augentur dona. Amplius magis operatur deus in operibus gratiæ quàm in operibus naturæ, in istis autem maxime animasticis, cū dederit deus animæ potentias homini operario, præstitit quoq; & organa diuersa quibus per animam diuersa operaretur. ergo

Quomodo dilectio sit omnis uirtus

Virtutes morales a deo inspiratæ

Virtutes sunt in cœlo consummatæ

Sapien. 16

Declaratio

Alia ratio

& magis animæ essentiam perficiens per gratiam, atq; per charitatem totum hominem (siue hæc distincta siue eadem sint) quem potentem omnia opera uirtutum reddunt hominem, Simul cum illis præbet organa siue mēbra diuersa, p quæ fiant eæ uariegate actiones, prædictum autem est mēbra organaq; animæ diuersa, esse uirtutes, cuius caput ratio uel sapientia formata est. Simul igitur cum charitate quæq; uirtutes morales infunduntur in iustificatione prima. Item & si sola charitas sufficiat ad perficiendum superiorem potentiam, eius quoq; portionem superiorem, ad hoc tamen ut actus inferioris potentiæ uel portionis inferioris, perfectus progrediatur ab illa, requiritur etiam in inferiori potētia uel portione inferiori suo modo habitus perfectiuus infusus, qui est moralis uirtus. Tandem per charitatem & gratiam bene dispositus est iustificatus circa finem, oportet autem eundem ex tunc esse bene dispositum circa ea quæ sunt ad finem. Ergo necesse est ex eo quo iustificatur habere morales uirtutes infusas, per quas circa ea quæ sunt ad finem fiat apprime potens beneq; dispositus ad operādum, quod per infusas morales geritur, cōcordat dictis .s. Thomas. 12. q. 63. 3. & 65. 3. qui etiam astruit qui amittit charitatem p peccatum mortale, perdit etiam omnes uirtutes morales infusas, quod tamen dubium esse uidetur, quoniam neq; ille fidem neq; spem perdit infusas, quanuis credam, habituatum peccato mortali omnino eas infusas amittere. sunt enim incompoßibilia hæc. Sed de hac causa, alias peragetur.

Alia ratio

Alia ratio

Thomas

Corolla.

Per peccatum perdūtur infusæ morales uirtutes

Cap. 41. Declarans ad quem artificē scientiāq; spectet de iustificatione exactißime pertractare & primo ad quem non attinet.

Quid igitur? scientia iustificationis necessaria est, ut po

te quæ est scientia salutis atque mediorum perueniendi ad finem ultimum, ipsius quoque ultimi hominũ finis uel summi boni ex actissimam largitur notionem. Sed etiã dimouẽda docet impedimẽta, artemq; tradit qua fauẽte diuina gratia recta tendamus ad cœlestia regna, non claudicantes neque diuertentes a dextris nec ã sinistris. Omnium quoque desiderabilium scientiam parit ad hæc ipsa necessariorum, Quæ ergo est hæc scientia immo sapientia ueriorq; philosophia? Etenim demonstratum est ethicam ethnicamq; laicorum philosophorum philosophiam pro his conquirendis noscendisq; inanem uacuamq; fore. Dicamus igitur, ut decet theologos ad certam perlibratamq; regulam loqui, nõnullas ueritates, quarum prima sit hæc Laica philosophia naturalis nil ꝓdest ad iustificationis.s. notionẽ siue ad animorum purificationẽ dempta ea parte quæ animastica est de rationali si tamen ea ad naturalem attineat speculationẽ. Hanc supra satis exactissimeq; probauimus aduersus Auerrois & Alexandri infimam assertionem cap. 5. Et nunc ex Aristo. confirmamus inquit, enim. 8. Ethicorum. ca. 1. in fine. Quæ uero sunt naturales dubitationes omittantur. Nõ enim sunt hanc accõmodate cõsiderationem, quæ uero sunt humanæ et ad mores affectusq; pertinent ea cõsideremus, ergo si non sunt utiles ad moralem sciẽtiã naturales speculationes, minus proficuæ immo inutiles erunt ad animorũ purificationem. Secunda ueritas Methaphisica inutilis est protinus ad animæ puritatem à peccatorum sordibus, nanciscendam. Tum ut patet. ca. 9. tum etiam, quia notio de sui natura nõ est animæ purificatiua. Vitium. n. quod peccatũ est, non est proprie intellectus primo sed uoluntatis.. In uoluntate enim actio uirtutis & uitij primo consistit, quoniã

Scientia iustificatiõis de quibus est

Veritas prima contra Auerroim

2. ueritas

imputatio eius est primo, quanuis participatiue uel imperatiue aliarum sint quoq; potentiarum uitia uel uirtutes, tum

Ratio etiam patet ueritas, quoniam praticæ scientiæ opus est iustificatio, cum quoq; eius artis est hæc notio cuius est demonstrare purificatorem animarum, qui deus est ut satis supra probatum est, deus inquã gratia sua, & non necessario, aut per opera nostra motus, ut lib. 2. contra Iudæos et Pelagianos statim cõmostrabimus. Atq; eiusdẽ professionis est hæc notificatio cuius est explicare æternam pœnam peccato debitam iure diuino, Christum redemptorem animarum, uirtuteq; diuina illapsa cœlitus formaliter esse iustificatum hominem et a deo immediate effectiue, quæ omnia et iam prælibata sunt magisq; patebunt lib. 3. huius primæ iustificatio

Corolla. nis. Ex his corollarie infertur minus ad logicas sciẽtias atq; minus ad mathematicas artes hãc notionẽ pertinere, patet loco a maiori, patent similiter præfatæ omnes ueritates ex obiecto primo harum scientiarũ, quorum nullum uirtualiter inesse cognito iustificationis nostræ notitiam continet,

3. Veritas nullaq; pars earum, de ea qñ quæ peragit. Tertia ueritas Ethica siue sciẽtia moralis philosophorum laicorũ uel gentilium (eo modo quo ipsi eam sciẽtiam nominant) uere de nostra iustificatione à peccatis coràm deo non pertractat. Sed aut nihil de ea aut quidẽ falso enunciat qd qd enũciat. Hæc satis patet à cap. 6. usq; ad. 32. inclusiue, p uarias uias modosq;, illius ab ipsis traditæ scientiæ, uirtutumq; notionis, uel errores uel deniq; imbecillitatem ostendendo. Tum quia, illa nec omne peccatum ostendit, neque finem mediaque ad finem hominis propriissima enunciat, sed in his uel errat, uel dubia manet, nec uirtutem purificantem nouit animorum, neq; æternæ pœnæ reatum sceleri de

bitum cognoscit.solo deo authore delebilem, nullaq; huma na ope ferendum. Et *cum ueram nõ claudat religionem uir tus illorum & scientia,potius est stultitia et error quam sa pientia & ueritas,inficiunt etiam magis quàm purificent, scientia illa eiusq; uirtutes sæpe uitia laudat pro rostris ple rasq; nobilissimas nesciens uirtutes,easdem pro rostris per sequitur & uilificat, gentiles etiã philosophantes, simul et alij eorũ sectatores,* Veritatẽ *dei in iustitiam detinent, quo niam dei notũ,illisq; manifestum,per mũdi uisibilia,unitas .s. eius,omnipotentia etiam immediata,infinitas perfectio= nis,latria cultus eius,& non alius præter eum.* Vnde *deũ sic cognitum,non glorificauerunt,neq; eidem gratias ege= runt.* Sed *alijs pro eo,dæmonibus potius quã deo, qua pro pter obscuratũ est ignoratia superstitiosa,insipiens cor eo= rum,& facti sunt indigni,immo aduersarij ueritatis, et uir tutis impij magistri.* Morum *potius corruptores quàm do ctores,quippe quorum uita pugnabat contra doctrinam ut prædictum est.taceo uitia quæ* Paulus *enumerat horribilia illorum atq; eorũ qui consentiunt illis.* Et *quia pro eorũ erroribus,* Mercedem *susceperunt in semetipsis omnem sce lerum analogiam.* Nempe *sicut deum non probauerunt ha bere in notitia.* Ideo *deus tradidit illos in reprobũ sensum ut faceret ea quæ hominibus (ut homines sunt) nequaquã cõueniunt, ĩmo uiolentiam humanitati inferant à deo crea tæ,repletos omni iniquitate,malitia, fornicatione, auaritia nequitia, inuidia, animicidas, contentiosos,dolosos plenos malignitate,homicidio,susurrones,detractores,deo odibi les,contumeliosos superbos,elatos,inuentores malorũ, pa reutibus non obedientes,insipientes,incompositos,sine af fectione,absq; fœdere,sine misericordia,quoniam cũ iustii*

Cum Paulo ad Roma. 1

Paulus Roma. 1

tiam dei cognouissent.i. iuste deum unum solum colẽdum, sibiq; soli sacrificandum, Cum etiam homo neq; per scientiam moralem neq; per uirtutes morales, nec potest se eripere per naturales uires à peccatis et reatu æternæ pœnæ

Psal. 92 Sanctus inquit, propheta quis est homo, qui uiuet & non uidebit mortem, eruet manum suam de manu inferi? Et quoniam abijt ephraim ad assur, & misit ad regem ultorem.

Osea.5 Et ipse non poterit sanare uos nec poterit soluere à uobis uinculum, ephraim fertilis in peccatis, assur uero negotiator huius mundi intelligitur. Rex ultor est quidem pessimus dæmon, quem sectantur huius mundi gentiles philosophi, ab istis ergo & illo nequaquam est salus, sed magis innodantur ijs miseri peccatores. Item ethica scientia

ratio nõ ostendit iustificatorem deum, nec Christum mediatorẽ,

1. Corin.8 neq; crucem Christi sanguinemq; peccatoribus propitiationem, quoniam etiam scientia inflat sine charitate. Sola autẽ

ratio charitas cum fide purificat, illorum uero sciẽtia est sine utraq;, pendet etiam iustificatio à prædestinatione & uocatione quasi uel effectus, uel non sine illa, quoniam quẽ prædestinauit, hunc & uocauit, & hunc iustificauit, & de uocatione & prædestinatione nequaquam moralis illorũ sciẽ

ratio tia potest aliquid profiteri, neque iustificatur quisquã, nisi conformis fiat imagini filij dei. Secundum. 4. modos quos supra. ca. 28. enumerauimus, Et magis lib. 3. differemus, et q̃a oportet iustificatũ imaginẽ noui hominis Christi portare, qui secundum deum creatus est, denique Christum induere, spiritum sanctum cum donis suis suscipere & templum effici dei magni ipsum quidẽ iustificatũ, quæ prorsus ignorat ethica illorum scientia. Deinde scientiam de iustificatione notam omnibus oportet esse peruiamq;, quoniam oẽs

uocare uenit doctor & dator eius primus ad salutem, nē- pe Esaias inquit in illa die repleta est terra scientia domini sicut aqua maris operientis, Atque Hieremias *& non do- cebit in illa die ultra uir proximum suum, & uir fratrem suum dicens.* Cognosce deum. Omnes *enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximū, ait dominus, quia pro pitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memora bor amplius, quid.n. est scientia iustificationis nisi scientia salutis, quæ est fides* Christi, *& suscipere digne sacramēta, & operari per fidem spem & charitatem, omne sanctum et perfectum opus dei, quæ christianis omnibus etiam pue ris notissima sunt, sed scientia philosophorum hæc penitus ignorat, difficilis, stultaq; est & reprobata corām deo, in Esaia, inquit, dominus ego sum dominus omnia faciēs.* Cō*uertens sapientes retrorsum, & scientiam eorū stultam fa- ciens, et* Hieremias, *stultus factus est omnis homo, à scien- tia sua, confusus est artifex omnis in sculptili.* Nam *et instan taneam iustificationē fecit atque instituit deus, inquit enim remittuntur tibi peccata tua, uel quid est facilius dicere di- mittuntur tibi peccata tua an dicere surge, & ambula.* Mo*ralis autem philosophia neque tempore neque instanti do- cet uel præbet illam, sanctus enim inquit, propheta,* Dixi *confitebor aduersum me iniustitiā meam, et tu remisisti im pietatē peccati mei.* Et *ibi* Augustinus, Facile *est in oculis dei subito honestare pauperem, ecclesiæ.11.* Dixit *peccaui, & missus sibi à deo* Nathan *propheta, illico inquit et deus transtulit peccatum tuum.* Ioannes *ait & statim sanus fa- ctus est homo ille, quod etiam de animæ sanitate queat in- telligi expressit ca.7.* Mihi *cur indignamini, quia totum ho minem sanum feci in sabbato. factus est repente de cœlo so-*

Cap.11.Esaias

Hieremiæ 31.cap.

Scientia iustifi. qd est

Esaiæ. 44

Hiere. ca. 10

Matth.9

Iustificatio fit in instāti

Ioan.5

Cap.7

nus tanquam aduenientis spiritus. Et iterum.ca.11. de Lazaro dicitur, clamante domino Iesu, præcipiente uenire illũ foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, & quoniã baptizati à Petro statim acceperunt spiritum sanctum. Quã-
Actuũ.2
uis dispositio ad eam poßit esse temporanea, oportet etiam scientiam de iustificatione esse de sacramẽtis, sine quibus regulariter deus nunquam aliquem iustificat, quæ tempus no-
Sacramenta
tificant determinatum quando quis iustificatur si digne, ea quisquis susceptauerit. Necesse quoq; est ignem esse uirtutẽ diuinam quæ animam purificat atq; iustificat. Nempe ignis est purgare, aqua enim calida lauat nitidius, ignis autẽ hic charitas est, qua peccata teguntur, remittũtur formaliterq; delentur. Hic inquit, magnus Ioannes, est, qui lauat in spiri-
Luc.3 tu & igne. Et ibi Ambrosius atq; Chrysostomus, ignem
Ambrosi. charitatem audiũt proprijßimum sancti spiritus effectum.
Chrysost. quid enim proprius igni quam ignire uel gignere ignẽ, At spiritus sanctus deus ignis est. Hunc uero diuinum ignem moralis philosophorum scientia nunquam inire potuit. Tãdem scientia quæ est de Christo, hæc est scientia de iustificatione, quem nedum ignorãt philosophi, sed ausi sunt persequi, ut morem gererent tyrannis eorum, hostibusq; ueritatis & bonitatis. Quõ enim poterit quispiam iustitiam perfecte nosse ignorata omni eius causa perfecta quæ Christus est, et dator eius? et ignorato eo primo authore à quo p fecta illa scientia dari potest? qui Christus est, propterea, in-
Ioan.10 quit, in Ioanne Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Amen amen dico uobis, quia ego sum ostium ouium. Omnes quot quot uenerunt, fures sunt et latrones, Sed nõ audierunt eos

oues. Ego sum ostium, per me siquis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inuenerit. Fur nõ uenit nisi ut furetur, & mactet, et perdat. Ego ueni ut uitã habeant, & abundantius habeant, & iterum ego sum uia, ueritas, & uita. Augustinus expandit. Dicãt ergo pagani, uel Iudei, uel hæretici. Bene uiuimus. Si per ostium non intrant, quid prodest eis bene uiuere? Ad hoc debet enim uni cuiq; prodesse bene uiuere, ut detur eis semper uiuere. Nã cui non datur semper uiuere, quid prodest bene uiuere? Quia nec bene uiuere dicendi sunt, qui finem bene uiuendi, uel per cæcitatem nesciunt uel per inflationem nesciunt (nemo qppe bene uiuit, nisi prius sanetur per Christum, unde habeat ut bene uiuat.) Non est autem cuiquam spes uera et certa semper uiuendi, nisi agnoscat uitam quæ est Christus, si per ianuam intret & in ouile. Quærunt ergo plerunq; tales homines, etiam persuadere hominibus, ut bene uiuãt, & christiani non sunt, per aliam partem uolunt ascendere rapere & occidere, non ut pastor conseruare atq; saluare. fuerunt ergo quidam philosophi de uirtutibus et uitijs multa subtilia tractantes, diuidentes, diffinientes, ratiocinantes acutissimos syllogismos concludentes, libros implentes, suam sapientiam buccis concrepantibus uentilantes, qui etiam dicere auderent hominibus. Nos sequimini, sectam nostram tenete, si uultis bene uiuere, sed non intrabant per ostium, perdere uolebant, mactare, et occidere. Ideo sanctus propheta psalmo. 93. de istorum scientia cecinit, & de superna illuminatione. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges eis à diebus malis. Ex his corolla. sequi

Augu. sup Ioan.

Nemo bene uiuit nisi sanatus à Christo

Psal. 93

Corolla.

tur. Vanißimam esse philosophiam moralem ad iustificationem comparandam. Sed etiam uanißimam ad illius notionem. Cuius est à priori ratio, quoniam nõ possunt uires naturæ quantumuis replete magna inflante scientia, ad illam eiusq; cognitionem peruenire, sed à superno diuinoq; lumine eius irradiatio fulget, à quo etiam iustitia ipsa diuina cõfertur. Quæ enim solus deus efficit in nobis, eorundem à solo deo in nobis paritur prior certa synceraq; notitia. Dispositio uero ad iustitiam illam à deo inchoat, & nos deo præmouente, illuminante, uocante, cooperanteq; ad eãdem præparationẽ coagimus. Deus inchoat solus, deus mediat nobiscum, deus autem solus ipse perficit. Totum est a deo sed non totaliter. i. non sine nobis hæc efficitur prædispositio. Et si etiam pœna uel penitentia sit ordinatiua culpæ, uerumtamẽ nõ est culpæ deletiua. i. sine gratia faciẽte ut subtilißimus Ioannes habet. q. 2. & 3. 14. dist. 4. Ipsa etiam ut ordinatiua culpæ dispositio apta ad eius deletionẽ indiget & supernaturali lumine dirigente. Nõ enim est sic dispositio, nisi ut per fidem dirigitur proter deum & Christum eius fieri. q. 3. ibidem apud eundem Ioannem minoritam. Neq; etiam quẽ fingit platonicus lõginianus in epistola. 21. Apud Augustinum, purgationis modum, ualidum arbitramur. Inquit enim uia est in deum melior. qua uir bonus, pijs, iustis puris, castis, ueris dictis factisq; suis, sine ulla temporũ mutatorum captata iactatione probatus, & deorum comitatu uallatus, dei utiq; potestatibus emeritus. i. unius eius & uniuersi & incomprehensibilis & ineffabilis infatigabilisq; creatoris impletus uirtutibus. At beatißimus Augustinus in epistola. 2 2. hanc huius optionem de uia animorum purgatiua ostendit præposteram, quandoquidem bonum uirum

ratio

Cõtra Lutheranos

Tollit tacitum obiectum

Thomas 12. q. 109. artic. 8. & q. 1. 13. 2. & 5

Scotus. 4. distin. 14

Alius obiecti tanti repulsio

Longniani opinio de purgatione

Cõfutatio

exponit purgandum qui promeruit deos deorumq; uerum deũ, purgatus iam est mundusq; nec purificari indiget. Sed ut prætactum est casta.i. incestuosa, pia.i. impia, iusta quia iniusta deorum abominabilisq; religio, quæ nõ uirtutes sed uitia tantum immunditiamq; parit in hominibus quos alit, & emeritos facit in omni scelerum inquinatissima religione uiros, nunquam mũdare homines sed inficere illos aptissima est uia. Ad hæc, *inquit* Augustinus, *apud philosophos uera pietas.i. uerax ueri dei cultus, unde omnia recte uiuẽdi duci oportet officia, non inuenitur.* Non *ob aliud quantũ intelligo, nisi quia beatam uitam, ipsi sibi quodam modo fabricare uoluerunt, potiusq; patrandam quam impetrãdam putauerunt, cum eius dator non sit nisi deus.* Neq; *enim facit beatum hominem, nisi qui fecit hominem.* Nam *qui tanta creaturæ suæ bona, bonis malisq; largitur, ut sint, ut homines sint, ut uigentes sensibus, ualentes uiribus, affluentes opibus sint, seipsum bonis dabit ut beati sint, quia eius etiã hoc munus est ut boni sint.* Illi *uero, qui in hac erũnosa uita, in his moribundis membris, sub hac sarcina corruptibilis carnis, authores suæ beatæ uitæ et quasi conditores esse uoluerunt, uelut proprijs eam uirtutibus appetentes, iamq; retinentes, non ab illo fonte uirtutum petentes atq; sperãtes, deum superbiæ suæ resistentem sentire minime potuerunt.* Vnde *in errorem absurdissimum lapsi sunt, ut cum asseuerant, etiam in phalaridis tauro beatum esse sapientem, cogantur fateri uitam uitam beatam aliquando esse fugiendam.* Exaggeratis *enim malis corporis cedunt, atq; in eorũ molestijs grauissimis abscedendum ex hac uita esse decernunt.* V*bi nolo dicere quantum sit scelus seipsum hominem occidere insontem, cum omnino non debeat uel nocentem.*

Augusti. epistola. 52 ad macedonium

A deo bonitas moralis in nobis

Contra pelagianos

Additio (Cicero enim. 5. Tusculanarum. q. libri extrema parte. Audet fœlicem sapiẽtemq;) uel si cæcum ex auditu, uel surdum ex uisu sapientem fore potuisse) si doloribus angeretur grauißimis corporis, qui eum non interimerent, semet se interimere debere, ut ad portum non sentiẽdi hac liberatus uirtute. i. animi fortitudine, sed tamen cum impatientia, perueniat. cedit igitur sapiẽs immanißimis cladibus, atq; succum

Pulchra Augustini ratio contra Ciceronem et stoicos

bit, in tãtum ut eis cogatur, apud istos, & in seipsum homicidium perpetrare. Cui iam parcat ut illis careat malis, qui sibi ipse non parcit? Omnium iactans superbia, si beata uita est in cruciatibus corporis, Cur in ea non manet sapiẽs ut fruatur? si autẽ misera est, qd obsecro te nisi typhus. i. . Impedit ne fateatur, ne oret deum, ne iusto, & misericordi supplicet, qui potẽs est & uitæ huius mala uel auertere uel mitigare, uel ad ea toleranda fortitudine armare, uel ab eis omnimodo liberare, & post hæc uitam beatam dare, quo nullum malum admittatur, et ubi summum bonum nunquã amittatur? Hoc piorũ præmium est; cuius adipiscendæ spe uitam istam temporalem atq; mortalem, non tam delectabiliter quam tolerabiliter ducimus, et mala eius tunc bono cõsilio & diuino munere fortiter ferimus, cum bonorũ æternorum fideli dei promißione, et fideli nostra expectatione

Roma. 12 gaudemus. Ad hoc nos apostolus exortatus ait. Spe gaudẽtes, in tribulatione patientes. Ostendit enim quare in tribulatione patientes, præmittendo, spe gaudentes. Ad hanc spẽ exhortatur per Iesum Christum dominum nostrũ. Hoc. n. deus ipse magister, latente maiestate diuinitatis, & carnis infirmitate apparente, nõ solum sermonis oraculo docuit, uerum etiam suæ paßionis & resurrectionis exemplo roborauit. In altera enim qualia tolerare, in altera qualia de-

beamus sperare monstrauit. Cuius & illi gratiam mereren tur nisi elati inflatiq; superbia, inaniter conarentur istam ui tam ipsi facere sibi, quod solus deus ueraciter cultoribus suis post hanc uitam se largiturum esse promisit. Quare as suesce, obsecro te uir bone, beatus eẽ interim spe, ut sis etiã in re, cum pietati perseuerantißime retribuetur merces fe= licitatis æternæ. Hæc est autem in præsenti seculo uerus ue= ri dei cultus, ut sit eius in futuro seculo certus atq; integer fructus. Hic constantißima pietas, ibi sempiterna felicitas.

Perseuerãti pietati merces reddetur æterna

Ex ista sapientia, quæ una & uera est, siquid habeo, a deo sumpsi non à me præsumpsi. Nõ enim meo uel ingenio uel merito, sed eius dono sum siquid laudabiliter sum. Nã quæ dam acutißima & excellentißima ingenia tanto in maiores errores ierunt, quanto præfidentius tanquam suis uiribus cucurrerũt, Nec suppliciter ac ueraciter deum, ut uiam sibi ostenderet, petiuerunt. Merita uero quorumlibet hominum quæ sunt? Quandoquidẽ ille, qui non cum mercede debita, sed cũ gratuita gratia uenit, oẽs peccatores, solus à pecca- tis liber atq; liberator inuenit. Si ergo nos uirtus uera dele ctat, ei dicamus qd' in eius sacris literis legimus psal. 7. Di ligam te domine uirtus mea. Et si uere beati esse uolumus (quod nolle non possumus) id quod in eisdem literis didi= cimus, fido corde teneamus. Beati uir, cuius est nomẽ domi ni spes eius, & non respexit in uanitates & insanias mẽda ces. Quanta est autem uanitas, quanta insania, quantumq; mendatium, hominem mortalem, erumnosam uitam muta= bile & spiritu & carne ducentem, tot peccatis oneratum, tot tentationibus subditum, tot corruptionibus obnoxium, pœnisq; iustißimis destinatũ, in seipso fidere ut beatus sit, quando ne illud quidem, quod habet in naturæ suæ dignita

Cõtra phi losophos & hæreti cos

Psal. 87

Inter mor tuos liber

Virtus ue ra a deo

Psal. 39

te præcipuum.i.mētem atq; rationem, potest uendicare ab
Virtus à erroribus, nisi deus adsit lux mentium? Abijciamus itaq;,
Deo obsecro te, falsorum philosophorum uanitates & insanias
mendaces, quia nec uirtus nobis erit, nisi aßit ipse quo iuue
mur, nec beatitudo, nisi aßit ipse quo fruamur, & totū mu
tabile atq; corruptibile nostrum, quod per seipsum imbecil
le & quædam materies miseriarum est, dono immortalita-
Idem finis tis atq; incorruptionis absorbeat. Quoniam uero te reipu.
hoīs unius scimus amatorem, non aliunde esse beatum hominem, āliun
et ciuitatis de ciuitatem, uide quam sit in illis sacris literis clarum. Nē
& omniū pe quidam in eis sancto spiritu plenus hæc loquitur orans,
Psal.143 psal.143. Exime me de manu filiorum alienorum, quorum
os locutum est uanitatem & dextera eorum dextera ini-
quitatis, quorum filij uelut nouellæ constabilitæ in iuuentu
te sua. Filiæ eorum compositæ & ornatæ ut similitudo tem
pli, Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Oues
Expositio eorum fœtosæ, multiplicātes in exitibus suis, boues eorum
Psal.143 crassæ. Non est ruina materiæ neq; transitus, neq; clamor.
in plateis eorum. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt,
beatus populus cuius dn̄s deus ipsius. Vides exaggeratio-
nem terrenæ felicitatis. Beatum populum non dici nisi à fi-
lijs alienis. i.non pertinentibus ad regenerationem, qua effi
cimur filij dei, à quorum manu iste se eximi precatur, ne
ab eis in hanc opinionem atq; in peccata impia pertraha-
Bona hu- tur. Loquendo quippe uanitatem, beatum dixerunt popu-
ius mundi lum, cui hæc sunt, quæ supra cōmemorauit, quibus ea felici
nō debent tas constat, quam solam huius mundi dilectores quærunt
præponi Et ideo dextera eorum est dextera iniquitatis, quia hæc
sed subdita præposuerunt quæ fuerant postponenda sicut sinistræ præ
esse debent ponitur dextera. Si enim habentur, non in eis beata uita po

nenda

nenda est, sed subdita debent esse, non prædita, sequentia nō ducentia. Huic autē qui sic orabat et a filijs alienis, qui beatum dixerunt populum cui hæc sunt eximi discerniq; cupiebat, tanquam diceremus. Ipse quid sentis? quem beatum populum dicis? Non ait beatus populus cuius est uirtus animi eius. Quod si dixisset, discreuisset quidem etiam istum populum ab illo qui beatam uitam in ista uisibili & corporali felicitate constituit, sed nondum transcendisset omnes uanitates & insanias mendaces. Maledictus enim omnis (sicut alibi eædem literæ docent) qui spem suam ponit in homine. Hiere.17
Ergo nec in seipso quisquam debet, quia & ipse homo est. Proinde ut transiret omnium uanitatum & insaniarum mendacium limites, atq; ibi beatam uitam poneret ubi uere est. Beatus inquit cuius dominus deus ipsius. Cernis igitur unde petendum sit, quod omnes docti indoctiq; desiderant, & multi errando et superbiendo unde petatur, & ubi accipiatur ignorāt. Vtriq; autem in quodam diuino psal. simul reprehenduntur, & qui confidunt in uirtute sua Psal.48
& qui in abundantia diuitiarum suarum gloriantur, id est, philosophi huius seculi, & abhorrentes uel à tali philosophia, beatumq; dicentes populum, cui suppetit terrena opulentia. Ac per hoc à domino deo nostro, à quo facti sumus, & uirtutem petamus qua huius uitæ mala superemus, & beatam uitam, qua post istam uitam in eius æter 1.Cori.10
nitate perfruamur, ut in uirtute & in præmio uirtutis, sicut apostolus dicit. Qui gloriatur in dño glorietur. Hoc nobis uelimus. Hoc ciuitati cuius ciues sumus. Non enim aliū Quid est
de beata ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas nō sit, quā ciuitas, ex
concors hominum multitudo. Itaq; si omnis prudentia tua, dictis con
qua cōsulere conaris rebus humanis, Si oīs fortitudo tua, clusio

qua nullius iniquitate aduersante terreris, si omnis tempe= rantia, qua in tanta labe nequissimæ consuetudinis hominũ te à corruptionibus abstines. Si omnis iustitia, qua recte iu dicando sua cuiq; distribuis, id laborat, id nititur, ut ij qui= bus uis ut bene sit, salui sint corpore, & ab omni cuiusquã improbitate tuti atq; pacati habeant filios sicut nouellas cõ stabilitas, filias ornatas sicut similitudinem templi, cellaria plena eructantia ex hoc in hoc, fœcundas oues, crassos bo= ues, nec macerie ruina deformet prædium; nec litigantium clamor personet in plateis eorum, & ita non erunt ue= ræ uirtutes tuæ, sicut nec istorum beatitudo. Si quælibet inquam administratio tua, illis quas cõmemoraui instructa uirtutibus, hoc intentionis fine determinatur, ut homines se cũdum carnes nullas iniquas molestias patientur. Nec ad te existimas pertinere quo istam quietem quam præstare nite= ris, referant. i. ut uerbis non ambiam, quomodo deum uerũ ubi est quietæ uitæ omnis fructus, colant, nihil tibi prodest ad uitam uere beatam tantus labor, inuerecundius hoc dice re uideor. Sed si nihil est uerecundia, nisi quidam displicẽ= tiæ metus. ego in hac causa metuendo non uereor. Si enim uirtutes quas accepisti, à quo acceperis sentiẽs, eiq; gratias agens, eas ad ipsius cultũ etiam in tuis istis secularibus ho noribus cõferas, tuæq; potestati subditos homines ad eum colendum exemplo religiose tuæ uitæ, & ipso studio consu lendi, seu fouendo seu terrendo erigas & adducas, nihilq; aliud in eo, quod per te securius uiuunt, uelis, nisi ut hinc il lum promereantur, apud quem beatæ uiuãt, et uere illæ uir tutes erunt & illius opitulatione cuius largitate donatæ sunt, ita crescẽt & perficiẽtur, ut te ad uitam uere beatam, quæ non nisi æterna est, sine ulla dubitatione perducant,

Redit ad psal. 143 expositio= nem

Nota con= tra præsi= des & ma gistratus

Verecun= dia qd sit

Veræ uir= tutes si ad deum diri gantur

Vbi iam nec prudenter discernantur à bonis mala, quæ nō erunt, nec fortiter tolerentur aduersa, quia non ibi erit nisi quod amemus non etiam quod toleremus, nec temperanter libido frenetur, ubi nulla eius incitamenta sentiemus, nec iuste subueniatur ope indigentibus, ubi inopem atq; indigum non habebimus. Vna ibi uirtus erit, & idipsum erit uirtus præmiumq; uirtutis, quod dicit in sanctis eloquijs homo, q hoc amat. Mihi autem adhærere deo bonum est, psal. 72. Hæc ibi erit plena & sempiterna sapiētia, eadēq; ueraciter uita iam beata, Peruentio quippe est ad æternum ac summū bonum, cui inhærere in æternum est finis nostri boni. Dicatur hæc & prudentia, quia prospectißime adhærebit bono quod non ammittatur, & fortitudo, quia firmißime adhærebit bono, unde non auellatur, & temperantia, quia castißime adhærebit bono, ubi iam non corrumpatur, & iustitia, quia rectißime adhærebit bono, cui merito subijciatur. Deinde probat quod charitas sit omnis uirtus, & nos reliquum illud retulimus· ca. 40. in fine, pro harum trium ueritatum stabilitate munitißima. Et confirmatione eorum quæ dicta sunt. ca. 9. et inde. Assumitur ergo Esaias, et post ipsum Paulus transumpsit. Hic inquit loquimur dei sapientiā in mysterio, quæ abscondita est, quā prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. i. neq; authoritate potentes, nec pollentes ingenij perspicuitate. Si enim cognouissent, nūquam dominum gloriæ crucifixissent (quod de dæmonibus, atq; huius seculi rectoribus, in Iudæa quoq; clamātibus tolle tolle crucifige eum.) Sed sicut scriptum est. (Apud Esaiam· s.) quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit deus ijs, qui diligunt illum, no

Cogita qd uelit

In patria una uirtus sed caute intellige ut dicemus

Adhæsio deo est omnis uirtus

Esaiæ. 64

Paulus 1. Corin. 2

Esaias. 64

bis autem reuelauit deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur etiam profunda dei. Ergo homo ordinatur ad finem, qui comprehensionem humanæ rationis excedit. Nam quicquid ea ratione nouit homo, sensuum uia cognoscit, at Paulus sua magna dialectica confutat finē hominis eiuscemodi sensu posse sciri, iustificatio autē hominis ad illum supernaturalem est ordita finem, Nequit igitur ea humana sciri ratiōe, simulq; in paulina dialectica attēde rationem quare sapientia hæc non sit humana per uia ratione, quoniam non crucifixißēt, inquit dominum gloriæ. Nempe deum eundem (hac nota) esse nouissent regemq; gloriæ. Iudæi ergo Pilatus & Herodes illum adorassent atq; glorificari iustificariq; ab illo cernui expetissent. Amplius aduerte gloriam dictam diligentibus deum præparatam. Iustificatio autem ad charitatem terminatur ergo solis iustificatis gloria exhibetur. Insuper ad Roma. ait cōdelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis, infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum. Itaq; nemo iustificatur neque liberatur ne cadat per legem carnis, Nisi per gratiam Christi quem Christum gratiamq; eius nec moralis scientia philosophorum neq; quæuis alia naturalis docet, sed neque norunt. Igitur ad iustificationem, quia ad finem quoq; eius immediatum ultimumq;, omnis inanis est philosophorum conatus ars inuentio labor uanaq; sapientia. Ideoq; isdem Esaias prædicebat hæc est hæreditas seruorum domini, et iustitia eorum apud me dicit dominus. Nō ergo apud philosophos eorumq; inopem egenamq; sapientiam iustitia

Vis rationis Pauli

Pauli dialectica

Paulus cap. 7

Conclusio ex dictis cap. 54

uera comperiri poteſt neq; doceri. Confirmantur magis per rationes quas reflectendo inducemus contra philoſophos.cap.43.& .44.

Cap. 42. *Quod ad Theologiam, quæ eſt diuina ſapientia fidesq; ſpectat, de iuſtificatione tractare, & de multiplici theologiæ acceptione.*

Iam tempus inſtat ut ad inſtitutum redeamus noſtrum, diutius quippe ab illo diuertimus, dum confutando philoſophos, aliud quippiam præter opinionē noſtram geſſimus. Sed non fuit uanus labor. Nempe et in hæreticos etiam Lutheranos ſæpe graſſati ſumus, ueritateſq; multas iuxta paruitatem noſtram enucleamus, opere pretium ergo erit ad condictum propoſiti noſtri ſermonem reuerti, præſcribentes uidelicet. Cuius erit artificis ſcientiæq; de iuſtificatione pertractare? Omnium itaq; patrū philoſophorumq; Chriſti uel theologorū concors hæc uidetur præfinitio quæ. 4. ueritas eſt. Ad theologiam ſiue ſupremam ſapientiam ethica & metaphyſica ſatis digniorem ſpectat de iuſtificatione ſpeculari, tum ſi eſt, quid eſt, quia eſt.i.de modo iuſtitiā nanciſcendi, & propter quid, quod eſt omnem eius cauſam p ſe neceſſariamq; declarare, Manifeſtatur hæc ueritas atq; probatur. Et primo inquit, Pſal.118. Narrauerunt mihi ini qui fabulationes, ſed non ut lex tua, quod uerbū licet ſacer Ambroſius de hæreticis expandat & recte ut infra nos, quoq; producemus, Verūtamen nihil prohibet etiam cōtra philoſophos pertractari, nempe & ipſi ueritatem dei detinentes in iniuſtitia iniqui ſunt, ergo fabulæ aniles cum ſint eorum dicta. Ad ſolam legem dei fidem ſapientiam theologiamq; recurrendū eſt ut ueritas de iuſtificatione habeatur 2.probatur. Theologiā capimus uno modo, pro irradiato

Quæſtio ſolutio

4 Veritas

prima rō Ambroſi.

lumine habituali cognitiuo à deo optimo imediate sanctis suis Apostolis atq; prophetis, quo nouerunt credentes omnia necessaria ad salutem, tam de deo credendis, quàm à no
2. Modo bis susceptandis, operandisq;. Secundo modo intelligimus pro acquisito habitu cognitiuo eorū quæ in sacra scriptura continentur expresse, uel traditionibus apostolicis cognita sunt, de his eisdem ecclesia proponente docenteq; exterius, sed interius sancto suggerente & inclinante spiritu ad illa
3. Modo credenda. Tertio modo pro habitu cognitiuo multarum ueritatum quas doctores deducunt ex ueritatibus contentis in sacra scriptura, necessaria & euidenti illatione, uel ecclesia sancta Oecumenico concilio congregata, diffinit determinat, ex illis uel traditionibus diuinis apostolicisq;, spiritu
4. Modo suggerente diuino. 4. modo pro habitu cognitiuo omnium ueritatum prædictarum per modum artis & scientiæ conquisito, uidelicet diffiniendo, diuidendo, componendo, deducendo, declarando defendendoq; omnes prædictas ueritates. Nempe de necessarijs ad salutem nostram. Est scientia apta nata nobis infundi ab altißimo, & à nobis exerceri, q nos saluandos esse statuit, quare operaturos nostram salutē instituit, ergo scientiam habere qua noscamus omnia operanda necessaria, pro illa susceptanda, uidelicet eius qui saluatur, & salutis, causarum omnium, quæ etiam sit, quomo
Probatio ueritatis 4 do quæratur, atq; deus illam impartiat, siue naturali uel supernaturali modo, & cætera id genus de ea scibilia. Vnde cum nulla ex naturalibus acquisita, hanc nostræ salutis siue beatitudinls, artem præstare queat. Et tamen aliqua de
Quæ sit scientia salutis beat esse huius speculatio siue contemplatio, profecto theologia illa sola erit. i. superna reuelataq; scientia. Intelligo scientiam salutis, quæ primo notificat finem hominis sum=

mum. Et non naturaliter attingibilem, similiter omnia media ad finem, atq; datorem finis supernaturalis, nec non mediorum, simul & reuelantem deum ipsiusmet scientiæ salutis. Cum uero loquamur de theologia quæ est superna sapiētia supremaq; in hoc quadruplici gradu. Manifestum est quod ex primo eius gradu pendent omnes cæteri gradus, non enim quis sanctorum scripsit reuelatas à deo ueritates nisi spiritu sancto inspiratus, ut Ioannes, Petrus & Paulus *planè fatentur in suis canonicis epistolis. Vnde reuelatæ ueritates illæ se habent, ut principia prima ad quascunq; ueritates alias quæ uel scriptæ sunt uel ex illis deductæ, uel non scriptæ, tamen ex illis rationaliter collectæ,* Propterea cre *do quod nullus certe & firmiter & indubie adhæret ueritatibus in scriptura diuina contentis uel ex illa deductis.* Nisi *per habitum infusum fidei siue sapientiæ supremæ, qui sit primo de ueritatibus illis reuelatis in primo gradu, formaliter, deinde sit uirtualiter omnium aliarum suo ordine deductarum.* Hæc *conclusio patet, tum primo quia per fidē acquisitam ab homine, nemo potest ita certo adhærere firmiterq; & indubie, ueritatibus uel necessarijs uel contingentibus, quarum ueritas per se non patet ex terminis uel euidentia per rationem cogentem necessario intellectum ad assentiendum illis, aut per habitum habentem euidentiam unde possit habere. Subtilissimus enim* Ioannes *&.23.di.3.* Et *quolibeto .14. hoc statuit, pro necessitate fidei infusæ ultra acquisitam, in homine, simul cum ipso diuinus* Thomas *1.q.1.artic.1.Et cæteri theologi sapientissimi. Secundo probatur eadem conclusio.* Nempe *Christus ait. Est scriptū in prophetis & erunt omnes docibiles dei, omnis qui audiuit à patre & didicit uenit ad me &* Matth.11. *Confiteor tibi*

Cōparatio
Corolla.
Conclusio
Scotus
Thomas
2.2.q.1. et 3
Ioan.6

pater quia abscondisti ea à sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, similiter Paulus ubiq; statuit fidem sapientiamq; esse donum dei. Nulla autem uidetur potior hu-

Thomas 1.q.1.arti-cu.1 Cōcordat scotus p.1 prologi et alibi Bonauē.3.24 q.1

ius necessitas, nisi ut firmiter adhæreamus diuinis ueritatibus. Nā ut inquit, diuinus Thomas. Veritas de deo per naturalem rationem inuestigata à paucis & per longum tempus et cum admixtione multorum errorum homini eueniebat, & iterum artic.5. scientiæ quæ certitudinem habent ex lumine naturali rationis humanæ possunt errare, Sed quæ certitudinem habēt ex lumine diuino decipere nō possunt, unde & .22. arbitratur & recte. q.1. arti.3. quod nequaquā fidei reuelatæ falsum subesse potest. Sex sunt inquit, Salomon quæ odit deus, oculos sublimes, linguam mēdacē, manus effundentes inoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes ueloces ad currendum in malum, profrentem mendacia, testem fallacem, et eum qui seminat inter fratres discordias, & sanctus propheta odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquūtur mēdacium. psal.76. in die tribulationis meæ deū exquisiui manibus meis nocte contra eum & non sum deceptus. Veritas enim deus prima & omnis ueritatis author nec potest decipere quēquā, unde hæretici Lutherani qui decipiūt simplices germanorum non sunt à deo, Sed à spiritu & patre mēdaciorū dæmone q est pater ipsorū & oīm hæreticorū.

Prouer.6

Psal.5

Corolla. Cōtra Lutheranos

Tunc igitur dico quod ad omnem theologiam siue sapientiam quatuor modis dictam, spectat pertractare de iustificatione. Nempe omnis illa quatruplex theologia scientia salutis est ergo de iustificatione tractat. Adhuc patet de.2. et 3. & .4. inductiue, ergo similiter de prima quæ est eadē cū 2. aut de principijs. 2. & cæterarum est. Verumtamen si de

Alia conclusio

Alia conclusio

iustificatione contingat tractare per modum artis & scien Conclusio
tiæ. Maxime spectat ad theologiam. 4. modo quæ ut di= alia
ctum est per modum scientiæ tractat de singulis necessarijs
ad salutem, diuina reuelatione cognitis. Ipsa igitur de iustifi
catione per. 4. omnes. q. scibiles. Et hic noster tractatus li=
cet tenuis est ad hāc theologiam. 4. modo dictam pertinēs:
Sicut & omnes alij uirorum catholicorum tractatus uel de
iustificatione aut alia causa uel contra hæreticos etiam elu
cubrati, ad theologiam. 4. modo nuncupatam accedere so=
lent. Est igitur. 4. ueritas clarißima, quia uidelicet ad theo Epiloga
logiam quatriplicem illam præfatam pertinet de iustifica= conclusio
tione coràm Deo, agere, maxime autem ad. 4. modo dictā.
Probatur autem iterum hæc ueritas, theologia quæ est sciē Probatio
tia salutis sola speculatur omnia de iustificatione, uidelicet 3.
quod sit necessaria homini. Et secundum diuersos eius sta=
tus diuersa iustificatio. s. purificatiua duplex, & perfectiua
continua usq; ad mortem, adhuc contemplatur præparatio
tiones & præuias dispositiones in eius subiecto. Similiter
q̃a motus uel mutatio est animastica indiget motore, de quo
tractat theologia. Eget. 2. terminis, q̃s ergo terminus eius
ad quem sit uel inhærens iustitia à deo donata quæ sit gra=
tia uel charitas creata, an sit iustitia Christi imputata no=
bis, manifestat quoq; finalem causam eius immediatam uel
mediatam, tum etiā propria eius, atq; neceßitatē, & quæq;
eius necessaria scitu dignaq; sunt, sed præcipue ipsa diluci=
dat, ad seipsam theologiam, notionem iustificationis perfe=
ctam tradere undequaq;, neq; ad aliam scientiam, & quali
ter per fidem spem & charitatem iustificatio inchoat &
pficitur purificatiua, et nequaquā p opera legis, uel natura
lia aut moralia opera infida. Similiter per gratiam dei &

minime per merita hominum propria atq; indigeat omnis iustificatio, tum etiam et iustificatus nedum authore deo iusto & iustificante primo & per se, sed Christo mediatore, merente, exemplante omnem iustificationem, atq; conseruãte donum iustificationis, et perseuerare donante usq; in finẽ cũ etiam cooperatore, eiusq; doni promotore, siue augustissimo factore. Simulq; omnes. q. & hæreticorum duplex sophisma contra eam dissoluit, conterit, & eneruat, latißimã altißimamq; eius ueritatem eructans. Horum & ex dictis *plurima nota sunt. Similiter dum fabrefiant sequentia magis elucescent.*

Dubia q̃dam soluũtur

Primum dubium

Vt uero non nihil, huius sapientiæ, agamus uetustatis et excellentiæ, raptim, quædam magisq; præscribendo quam disputando recẽsemus. Primum an theologia. 4. modo dicta (cuius est per modũ artis scitißimæ de iustificatione meditari) sit naturalis sciẽtia uel supernaturalis, diuinus Thomas inquit, Vnde theologia quæ ad sacram scripturam pertinet, differt. 2. genus ab illa theologia quæ pars philosophiæ est. Nam diuersa ratio cognoscibilis diuersitatem sciẽtiarum inducit, eandem enim conclusionẽ demonstrat astrologus & naturalis, puta quod terra est rotunda, Sed astrologus per medium mathematicũ. i. à materia abstractum, naturalis per mediũ materiale. Vnde nihil prohibet, de eisdem rebus de quibus physicæ disciplinæ tractant, ut cognoscuntur lumine naturalis rationis, & aliam scientiam tractare. 2. quod cognoscuntur lumine diuinæ reuelationis. Sic ergo manifestum est Theologiam diuinæ scripturæ ad aliud genus scientiarũ pertinere, quàm ad theologiã quæ est metaphysicæ pars, apud sanctum Thomam, quoniam est per medium luminis sup naturalis siue diuinæ reuelationis, il-

Solutio prima. q. 1. artic. 1 in fine

luminatus doctor Franciscus minorita prologo. 1. q. 13. inquit, quod theologia. 4. modo est una portio nobilissima et summa metaphysicæ., quoniam primo modo. 2. &. 3. modo est fides theologia. Subtilissimus Ioannes doctor minorita. 3. distin. 24. inquit quod in theologia isto modo dicta, cōclusio non habet maiorem certitudinem quàm altera præmissarum, quæ minus certa est, sicut in omni mixtione certitudo conclusionis est certitudo præmissæ minus certæ, ut ex maiori de necessario & minori de contingenti non sequitur conclusio de necessario sed de cōtingenti, & cū præmissa sumpta ex scriptura non sit euidens ex terminis sed credita, igitur nec conclusio erit demonstrata generans scientiam, quanuis posit generare habitum alium à fide, prædixerat autem quod si exponatur sacra scriptura p alias scientias ad quod ultimo deuenerunt doctores immiscendo philosophiam sacræ scripturæ, quod sine dubio multum ualet, & præcipue metaphysicalia, ut ueritas scripturæ de trinitate & intelligentijs & abstractis intelligatur. In prologo autem primi distinguit de theologia in se uel ut in nobis. Et ut est de contingentibus uel necessarijs, ut in se, & de necessarijs qualis est in deo, cum sit omnino simplex notitia operatiua, non est scientia, ut Aristo. intelligit scientiam primo posteriorum, quæ. 4. includit uidelicet quod si cognitio certa, obiecti necessarij complexi, à causa euidenti, & syllogistico discursu præcognitæ cōclusioni applicato, ut in beatis est scientia demonstratiua, quoniū discursus syllogisticus nō requirit temporis ordinem, concludit tamen quod cum contineat contingentia. potius sapientia quam scientia debet denominari. 14. quolibeto artic. 1. concludit, quod formatis propositionibus fidei. s. istis deus est trinus & unus, Chri=

Franciscus maironis

Scotus

Ex fide et naturali cō clusio de fide

Scotus q. 3

4. Ad sciē tiam requi runtur

Discursus non requi rit tempus

stus est deus homo & consimilibus, de quarum terminis habet notitiam ex naturalibus. Tunc notitia illarum credulitatis saltem acquisita potest haberi etiam modo ex naturalibus, probat hoc authoritate beati Augustini. 11. de ciui. dei ca. 3: Ea quæ remota sunt à nostris sensibus, quoniã nostro testimonio scire non possumus, de his & alios testes requirimus, eisq; credimus, a quorũ sensibus remota esse uel fuisse non credimus. Et. 15. de trinitate ca. 12. uel. 23. Absit ut scire nos negemus quæ testimonio didicimus aliorũ. Alio qn nescimus esse oceanũ, nescimus esse terras atq; urbes, quas celeberrima fama cõmendat. Ex his, inquit, et similibus authoritatibus eius habemus quod credere possumus testimõnio aliorum etiam tã firmiter, ut illud credere dicatur apud eum scire, igitur magis possumus & magis credere debemus testi magis ueraci, & adhuc magis cõmunitati quam personæ singulari, nunc autem catholica ecclesia est cõmunitas maxime uerax, quia illa maxime ueritatem commendat & mendacium reprehendit, igitur eius testimonio certissime credi potest, & præcipue in illis in quibus illa plus damnat mendacium, puta de his quæ sunt fidei & morum. Potest igitur uiator ex natura sua, audita & intellecta cõmuni doctrina ecclesiæ, firma credulitate assentire his quæ ipsa docet de fide & moribus, inter quæ est principale de trinitate. De ista credulitate acquisita uidetur accipi illud ad Roma. 10. fides ex auditu .s. sanæ doctrinæ Christi, de qua subdit. Auditus autem per uerbum Christi, de qua etiã potest accipi illud Augusti. cõtra epistolã fundamenti. Ego euangelio non crederem, nisi me ecclesiæ catholicæ authoritas compelleret. Ex his igitur subtilissimi Ioannis dictis manifestum est Theologiam nostram acquisitam esse de cõ

[Margin notes: Scoti conclusio Augusti. — Ecclesia catholica uerax — Scoti Conclusio ex dictis — Confirmatio ex Paulo — Augusti. — Epiloga Conclusio ex dictis Scoti]

tingentibus et necessarijs certā notitiam ex auditu naturaliter acquisitam fidem certißimamq; esse utpote ecclesia catholica proponente et docente quæ uerax est, cuius testimonio nos firmiter adhæremus, Ita ut notitia hæc fidesq; acquisita, apud Augustinum scientia sit appellenda, uel sapiētia, quia est habitus quo uero firmiter assentimur, atq; est de altißimis rerum principijs hæc ex illo. Licet autē mihi, obmissa opinione Frācisci illuminati doctoris, & sectāti uestigia subtilis doctoris atq; diuinißimi Thomæ. Sic quoq; ratiocinari, theologia. 4. modo dicta non est quorumcunq; sed regulariter est regeneratorū atq; in scholis Christi philosophantium, horum autem regeneratorum & iustificatorum primum donum est fides infusa. Nempe à Deo mēs *sananda prius illuminatur, & illuminata sanatur charitate & gratia siue iustitia.* Nam *infirma quoq; est pars cognitiua mentis nostræ propter peccatum originale, quoniā ignorantia opressa est, atq; ob illud facta est decipi facilis & errare, & à primo principio quā facile declinare, sed illuminante* Deo *illam per fidem restaurante & eleuante, facilis et habilior facta est noße uerum, atq; ad primum suum eleuari principium, per quam infusam fidem facile deo credit loquenti & ecclesiæ proponenti sibi omnia dei, quæ in scriptura patent & in concilijs diffinit. Similiter omnia de* Deo *credit & mediatore, & speranda, & amanda, atq; operanda suscipiendaq; omnia. 2. Prælibandum opinor fidē infusam immediate esse de reuelatis à deo complexis, quæ principia sunt aliorum, atq; uirtualiter & mediate est de omnibus alijs complexis necessaria illatione euidentique illatis. Est etiam uirtualiter de omni quiditatiuo conceptu quem mens nostra ex complexis atq; proprijs quibusdam à*

Cōcordat Thomas 22. q. 2

Additio ppriæ opinionis

Ordo in iustificatione prima

Deo reuelatis. Aristo.enim docet propria quædam ualere
Primo de ad cognoscendum quod quid est, unde.V.G. Ex quibusdã
anima proprijs quæ reuelat deus de iustificato negotiando uena=
mur quod quid est iustificationis ipsius. Nempe reuelatum
est hominem iustificatum renasci, renouari, creari de nouo
atq; ob hoc inquimus iustificatio regeneratio renouatio no
Quid iusti ua hominis secundum deum creatio est, estq; is modus re=
ficatio solutiuus & quasi à posteriori diffinitiones uenandi ut logi
ca differit facultas, quia ergo fides insusa formaliter est de
Nota illo complexo, uirtualiter erit de hoc incomplexo uel ad
minus quasi potentialiter, & si bene inspicias, nũquam ali
ter rerum diffinitiones à philosophis sunt inuestigatæ. Pri=
mo enim ueritatum multaram habuerunt notionẽ per expe
rientiam sensu uel inductione, deinde per regulas logicas
abstrahendo ex accidentibus uenerunt in cognitionem diffi
nitionum, diffinitio uero licet non sit propositio, sed atti=
neat ad animi primam operationem, nihil tamen impedit,
quin diffinitio posterius nota sit, multis ueritatibus de diffi
3. notabile nito notis à posteriori tamen. 3. prælibando notamus. Quã
Maxima docunq; sunt in aliquo formæ actiuæ, à quibus apta nata est
aliqua operatio circa aliquod obiectum elici, & inclinãt po
tentiam uel eundem ad operationem, semper quod illa geri
tur operatio, omnino ab illis formis gesta asse uidetur, de=
bet quoq; progredi, ut puta si grammatica sciẽtia est in ali
quo, a qua nata est elici grammatica locutio perfecta, incli=
nat quoq; facultatẽ loquentis ad loquẽdum grammatice, si
grammatice loquitur, profecto ab illo habitu grãmaticali
illa procedit grãmatica locutio, in proposito cum fides in=
fusa habitus sit inclamãs formaliter ad omne complexũ cre
dendum à Deo reuelatum, Virtualiter autem ad omne ue=

rum ex illo deductum necessario, atq; ad omnem conceptũ diffinitiuum ex illis complexis negotiatione intellectiua collectum. Semper quod aliquis eiusmodi conceptus erit in homine, ab illo habitu uel formaliter uel uirtualiter inclinante erit procedens. Ex *his igitur habemus quod omnis notitia quæ erit acquisita in nobis uel ecclesia proponente, uel per inuentionem siue disciplinam, de ueris complexis immediate à deo reuelatis aut mediate ex illis deductis, uel etiam cognitio incomplexa ex istis deriuata ut dictum est, in habente fidem infusam, est omnino ab habitu fidei producta elicitiue & uirtualiter.* Q*uod si fides acquisita habitualis generatur ex frequentatis his actibus:* T*unc adhuc à priori & posteriori utroq; hoc habitu. s. fide infusa et acq sita, actualis hæc parietur notio, quoniã.* Q*uando sunt duæ formæ q̃ naturaliter inclinant ad actum in eodem operante.* V*traq; quantum est de se necessario et semper inclinant ad actum, & ideo quandocunq; actus elicitur, elicitur secundum inclinationem utriusq;, & magis à perfectiori, sicuti modo ab habitu infuso magis exiet actualis assensus uel notio prædictorum.* H*æc autem actualis notitia per illũ procedens habitum, fides appellanda est, si de complexo est, non quidem infusa, sed acquisita.* A*dhuc ut doctor* I*oannes inquit naturaliter acquisita est, sic enim ipse fatetur nominatq; eã quo libeto. 14. ut prædictum est.* C*uius ratio esse potest.* N*empe potentia cognitiua naturaliter agit, habitus infusus adhuc naturaliter efficit quicquid ipse gerat, quamuis sit supnaturaliter infusus.* D*icunt enim & sapide quòd licet miraculose oculus restauretur cæco, uisio tamẽ naturalis erit, ut quia* C*hristus miraculose deus homo erat, tñ actio eius hominis naturalis plurima erit.* A*postoli etiam pleni spiri*

Cõclusio ex dictis

Alia maxima Scoti

Alia conclusio

Alia conclusio Scoti

tu sancto miraculose quidem, eorum tamen plurima actio

Obiectio prima naturalis erat. Sed non parua est, in hac causa perplexitas, quādo nec obiectum primariū infusæ fidei naturaliter coa git ad hæc neq; sine consensu uoluntatis quispiam credere

Obiectio 2 posit, hoc ubiq; magno protestante Augustino, Sed certe hoc. 2, non officit quippe adhuc intelligimus cum uolumus reliqua omnia. Sola enim prima apprehensio est mere na turalis, omnis alia est libera participio, quæ tamen mere na

Solutio. 2 turalis erit à potentia naturali secundum se cognitiua, pri mum uero cum difficultate persoluatur, nihil tamen prohi bet causatum ab aliquo contingenter & libere, posse natu

Solutio. 1 raliter agere, quia sua natura est talis, fides enim nō nisi na turaliter actiua est, sic quoq; charitas et ignis à deo contin genter libereq; procedens, ipse tamen mere naturaliter acti

Replica. uus est, sed uidetur adhuc his uiribus fortis, quippe non ef ficit habitus quicquam nisi in uirtute obiecti. Si ergo con tingenter & libere neq; naturaliter sed supernaturaliter fi dei infusæ obiectum genuit, quicquid efficit, protinus actio

Solutio et defensio Scoti illa supernalis erit. Dici potest quod habitus hic nō agit in uirtute obiecti, eius enim obiectum primū terminus est nō causa, præsupponit utiq; obiectum aliqua ratione notum ut 3. q. prologo subtilis Ioannes perhibet, eaq; est entis infini ti conceptio, sed non sub hac ratione obiectum est, quinim mo sub propria sed nobis ignota inuia, forsitan autem habi tus, qui non causatur ab obiecto non aget quidem in uirtu te obiectii licet præsupponat obiectum prius cognitū eoq; egeat terminante. Aget ergo in uirtute eius, qui obiecti ui cem agit supletq; & is deus est quoq;. Sed tamen deus res quas cōdidit proprios motus agere finit, ut prædictum est. itaq; nullum est impedimentum quin hæc actio sit natura lis. i.

lis.i.fides actualis acquisita. At si sic contingit, quid ergo Replica
subtilis Ioānes probat prima.q.prologi necessitatem super
naturalis scientiæ, ut illa fidei nostræq; salutis necessaria p
noscamus? Inquient enim philosophi hac data post modum
erit naturalis omnium illarum notio. Nunc ergo naturali-
ter illa sunt nota nobis. Quicquid sit de hac instantia. Nam Solutio re
semper necessarium est super naturale hoc lumen, ut certe solutiua
sciamus illa, & determinatè omnia necessaria sciamus no-
stræ saluti. Tamen hoc.4.loco præscribendum reor. Habi- 4.notabi-
tum fidei infusæ ecclesiamq; præponentem fidemq; acquisi le
tam nusquam sufficientia esse ut nos assentiamur credendis,
Nisi deus præmoueat ad consensum & actualē notionem.
Habitus enim licet de se sit actiuus tamen neutiquam suffi-
ciens est, & præcipue qui ab obiecto non est euidens ut lo Paulus
quūtur theologi, inquit enim apostolus. Tāquam misericor
diam consecutus à dño ut sim fidelis prima Corī.cap.7. Ite Ioan.6
rum fructus autem spiritus charitas gaudium pax etc. Mā
suetudo fides modestia. Et dominus inquit hoc est opus dei Roma.12
ut credatis in eum quē misit ille, & Paulus unicuiq; sapere
sicut deus diuisit mensuram fidei, atque ad ephesios.6.pax
fratribus & charitas cum fide à deo patre & domino no Philip.1
stro Iesu Christo, cum etiam ait uobis donatū est pro Chri
sto non solum ut credatis in eum uerum etiam ut patiamini Ioan.6
pro eo. At dominus inquit omnis qui audiuit à patre et di Ephe.2
dicit uenit ad me. Paulus subdit gratia estis saluati per fidē
& hoc non ex uobis, iteerum ergo fides ex auditu. Audi- Roma.10
tus autem per uerbum Christi. dominus ait nemo uenit ad Ioan.6
me nisi pater meus traxerit eum, hic tractus est per donum Tractus
fidei à deo homini collatum quo ad Christum uenit Augu. est per do-
ca.8.de prædestinatione sanctorum in fine. Ad hæc sunt Au num fidei

gustini loca innumera, quorũ aliqua nũc aggregamus ecce mouet.q. hanc de fide & credere nostro an sit à deo, de spiritu & litera ca.31. quam usq; ad.34. inclusiue prosequitur differens esse donum dei, licet cum consensu uoluntatis no

Augusti· opinio

stræ de consecra. distinctio.4. gratia quæ, cap.3. de prædestinatione sanctorum idem concludit, quo pertractat & retractat suam alias circa hoc opinionem, credebat enim ipse alias fidẽ qua credimus in deũ nõ esse donũ dei, sed à nobis, eẽ in nobis & p illã nos impetrare cætera dei dona, hoc reuocãs opinatur rectius utrũq; esse à deo, et illa eius fuit opinio antequam episcopus esset, post uero retractauit, idẽ ponit ca.5. usq; ad.10. inclusiue &.21. & lib. retractationum 1. &.31. ca. Encheridion, *& de libero arbitrio & gratia, ca.14.* Neq; *caret scrupulo pelagiani næui hæc assertio, dicere uidelicet quod naturaliter credere possumus ueritatibus*

Error pelagianus

fidei. nisi sale catholico condiatur. pelagianum dogma erat, nos per nosmetipsos credere posse his q̃ de Christo Deoq; *in sacris præmonstrantur lıteris. puta proloquente doctore, aut nos illas legentes,* Nõ *aduertens qd' à domino ostiũ*

Resolutiua conclusio

aperiatur credentibus .i. per fidem à deo datam. Dicimus *ergo cum sanctis doctoribus & prophetis et cum domino saluatore.* Non *intelligi posse quæ scripta sunt de deo &*

Esaiæ.7

Christo deo domino nostro nisi credamus, Neq; *possumus*

Ioan.6

credere nisi opus dei fiat in nobis.i. deus det nobis ut credamus trahat nos, loquatur in nobis, et det ut audiamus eũ

Psal. 84

loquentem intus nos. Audiam *inquit propheta quid loqua-*

Psal.118

tur in me dominus & alias os meum aperui & attraxi spiritũ spiritũ quidẽ fidei, sed deus aperiebat, quapropter Paulus ubiq; spiritum fidei nuncupabat credere nostrum, quia uidelicet spiritus dei donum erat. Quid igitur subtilis Ioan

nes intendebat? Respõdeo id quod Augustinus prædixerat ca.3. de prædestinatione sanctorũ, inquit deinde dixi. Qd' enim credimus nostrum est, quod autem operamur bonũ, illius est, qui credẽtibus dat spiritum sanctum, profecto nõ dicerem, nisi iam scirem etiam ipsam fidem inter dei munera requiri quæ dantur ab eodem spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est propter arbitrium uoluntatis, & utrunq; tamen datum est per spiritum fidei & charitatis. Neq;.n. sola charitas, sed sicut scriptum est. Charitas cum fide à deo patre & domino Iesu Christo. Et quod paulo post dixi, nostrum est credere & uelle, illius autem dare credentibus & uolẽbus facultatem bene operandi per spiritũ sanctum per quẽ charitas diffunditur in cordibus nostris, uerum est quidem, sed eadem regula, & utrunq; ipsius est, quia ipse præparat uoluntatem, & utrunq; nostrum, quia non fit nisi uolentibus nobis. Ac per hoc quod etiã postea dixi, quia neq; uelle possumus, nisi uocemur, & cum post uocatione uoluerimus. Non sufficit uoluntas nostra et cursus noster, nisi deus & uires currentibus præbeat & perducat quo uocat. Hæc subtilis Ioannes etiam perhibet. Nouit enim quod deus sic disposuit & ita præparat habilitatq; hominem ut assentiatur his quæ ecclesia proponit. inquit enim ex his apparet quante gratiæ sint refrendæ misericodiæ creatoris qui nos per fidem certißimos reddidit in his quæ pertinẽt ad finem nostrum et ad perpetuitatem sempiternam ad quæ ingeniosißimi & eruditißimi quasi nihil potuerũt attingere iuxta Augu.13. de trini. ca.9. & prima. q prologi. Ad propositum dicit etiam. 23. distin. 3. ad. q. conclusione. 3. quod assensus non est totaliter à ueluntate, aliqui enim sunt qui uellent magis assentire, & tamẽ minus assentiunt, ideo petunt apo

Defensio Scoti Augusti..

Credere et uelle nostrum est & dei

Scotus. 23. d. 3. conclusione. 7

Scotus. 4. dist. 43. q. 3. in fine

stoli domine audage nobis fidem & ecclesia in collecta petit. Da nobis fidei spei et charitatis augmētum. Dico ergo quod comparando intellectum possibilē ad notitiam actualem in se nulla est sibi cognitio supernaturalis, quia intellectus possibilis quacunq; cognitione naturaliter perficitur, & ad quamcūq; naturaliter inclinatur. Sed. 2. modo, sic est suparnaturalis (.s. ad agens aquo recipit cōparando) quæ generatur ab aliquo agente quod non est natum mouere intellectum possibilem ad talem cognitionem naturaliter, nā pro statu isto secundum philosophum intellectus possibilis natus est moueri ad cognitionē ab intellectu agente & phātasmate, quod etiam est uerū apud theologos, sed post peccatum primi hoc ei euenit, non à natura, quoniam anima separata sine phantasmate habet actionem, & post resurrenem adhuc non indigebit corporeo sensu ad naturalem eius intelligentiam, licet eodem uti ualeat, ut isdem Ioannes doctor. 2. distin. 3. q. 8. ad. 1. ex Augu. 15. de trinit. ca. ulti. atq; Eustachius in. 6. Ethicorum affert, linconiēsis quoq; ibidē. Idem subtilis Ioannes profitetur. 11. dist. 2. ad. 2. Ergo apud minoritam Ioannem est cognitio ista naturalis secundū qd, comparando eam ad ecclesiam docentem aut literam scripturæ, quæ mouet naturaliter intellectum possibilem uirtute phantasmatis et agentis intellectus atque habitus infusæ fidei. Sed hoc accidentaliter ualde est causare & tenuiter illam notitiam, quoniam per se prima eius causatio esse deberet ab obiecto fidei immediate mouente intellectum uel naturaliter mouente phantasiam, et inde per speciem eius ab intellectu agente nostrum formare intellectum ad productiuam hanc notitiam. Sed hoc neque diuino fidei obiecto cōuenit, neque potentiæ pro statu isto cognitiuæ immitti pōt

Theologia est sup naturalis actiue

Scotus. 2. distin. 3

Augusti.

Eustachi.

Linconiensis

Intellectus Scoti

Obiectum diuinū mouet contingenter

propter peccatum. Ideo ab agente eodem deo superiori potentia nostra, & impedimento, quod pro peccati pœna indixit illi, inclinatur primo uoluntas & intellectus ad assentiendum cõplexis fidei, et per se causatur cognitiuus actus, dum instrumentis utitur doctore. s. ecclesia, et scriptura, cũ phãtasmatibus & intellectu agente à deo motis, nõ ab obiecto primo fidei, ad illorum notionem siue credulitatẽ actualem fidei complexorum aut deductorum ex illis necessaria consequentia, est ergo omnis actualis fides de illis à Deo per se, ab illis per accidens uel quasi per accidens. Ideo hæc actualis credulitas est simpliciter supernaturalis secundum quid naturalis apud subtilem Ioannem. Cõfirmantur hæc, Nẽpe ipse inquit, ex hoc patet quare doctor nõ potest causare scientiam in discipulo, non propter defectum uirtutis actiuæ in scientia docentis, sed propter capacitatem intellectus discipuli pro statu isto, pro quo habet impedimentum ne sic immutetur. Sed hoc impedimentum subest causalitati dei. Ideo ecclesia & intellectus agens cum accidentali phãtasmate, quia non possunt supra hoc impedimentum. Respectu ueritatem fidei de se quo ad certam credulitatẽ firmãq; illarum, non nisi quatenus a deo mouentur ut instrumenta, per accidens actiuitatem habent, dei autem est per se illius causalitas, per se enim illa non mouent ad actualẽ notitiã. Nisi cũ influxu generali dei agunt ad ordinatam naturaliter notarum complexionũ ueritatem uia sensus per se. Quibus nullo modo fidei ueritates utræque subditæ esse possunt. Hæc beati Augustini immo sanctorum patrum, & saluatoris Pauliq; uidetur sana doctrina. Cui omnes theologi debent subscribere, & ad illorum obsequium mentes eorũ captiuare non autem uersauice. Ex quibus infertur theolo

Conclusio

Scotus 2. distin. 11 in fine

Epilogus

Corolla.

giam quæ de necessarijs ad salutem ueritatibus speculatur, uel contingentibus aut sane necesse esse. Etiam quæ per modum scientiæ in nobis est non esse sic naturalem quin sit omnino supernaturalis, nam author eius immediatus per se primus in nobis est deus ipse superans captiuitatem nostræ mẽtis pro peccatis sibi inflictam, qui tamen utitur nostris naturalibus ad illam perdocendam nos, ut docẽte ecclesia cæterisq; ab intra nos: Huius ratio fundamentalis esse potest, quoniam in his quæ fidei sunt totum per se est dei ut Augustinus ubiq; profitetur. Nec non saluator primus omniũ hoc edixit, Omnis inquit, qui audit à patre & didicit uenit ad me. Tum etiam principia si sint nota supernaturaliter, conclusionis ex eis deducti sane non omnino erunt naturaliter notæ, licet sint aliquo modo quod est per accidens sic notæ. Cum enim agens supra naturam causarum fœcundarũ agat, eisq; utatur ad opus uim naturæ excedens, oĩno actio illa supernaturalis erit. Neq; similitudo de oculo miraculose restituto ad hæc est accõmoda, eius quippe est opus naturaliter uidere si sanus est. At nõ sic in proposito, quoniã nunquam est opus intellectus nostri nosse, quæ suo ordini post peccatum indito non sunt peruia. Cuiusmodi sunt ueritates fidei prime uel mediate. Erit igitur ut inquit, saluator opus dei certe hæc omnis credulitas. Si qui uero aliter sapiant & hoc secundum dei spiritum deus reuelabit, & abũdet quisquis uelit in suo sensu. sed ad sobrietatẽ. Auditus.n. fidei non est nisi per uerbum Christi. i. interius illuminãtis, non enim nunc personat auribus nostris, nisi ualde per accidens & a remotis. Sed intus pulsat ad ostium gratia præueniente sua. Non tamen opinor quod sit actualis hæc operatio fideis infusa, esto quod habitualiter acquisita. Nempe

Ratio Præcipua

Limitatio

iam est actiuitas causarum secundarum ad ipsam cōquiren dam, quanuis principaliter & per se sit à causa prima libe re agente et obiecti supplente uicem. Si autem quæratur de primi modi theologia, quam subtilis Ioannes uocat in mōti bus infusam patribus, an fuerit notitia euidens certaq;? quā uis multa multi dicant. Diuini Thomæ & subtilißimi Ioan nis pono astruoq; sententiam quibusdam uallatam subtilio ribus dictis, primum est, Vera ad quæ nō attingit lumen na turale uiatoris, sed reuelationis lumen, sunt excellentiora ue ra, quam ea ad quæ lumē naturale attingit stando in eodem uerorum genere, puta genere necessariorum, uel contingen tiū genere. 2. est Vera illa sunt certiora quā multa alia ad q̄ attingit lumen naturale uiatoris, quoniam illa uera sunt à ueritate reuelata quæ nec fallere potest nec falli. 3. sequens ex illis est. Vnde habenti fidem quod deus inspirauit totam scripturam sacram, & quod ipse est ueritas infallibilis, cer tius debet esse quicquid ab ipso in scriptura est reuelatum, quam illud ad quod quicunq; intellectus potest naturali lu mine attingere. Hæc doctor subtilis. 14. 4. q. 3. cōcordat san ctus doctor. q. 1. artic. 5. primæ partis. Etenim inquit. Hæc scietia. s. theologia excedit omnes speculatiuas tum ratione certitudinis cum ratione materiæ. Secundum certitudinem quidem, quia aliæ scientiæ certitudinem habent ex lumine naturalis siue humanæ rationis, quæ potest errare, hæc au tem certitudinem habet ex lumine diuinæ scientiæ quæ deci pi non potest, tū ratione materiæ, quia hæc scientia est prin cipaliter de his quæ sua altitudine ratione transcendūt. aliæ uero considerant ea tantum quæ rationi subdūtur. Et arti. primo inquiebat unde necessarium fuit homini ad salutem quod ei nota fierent quædam per reuelationē diuinam quæ

Quæstio de dignitate theologiæ

Scoti dicta

1

2

3

Thomas

rationem humanam excedunt. Ad ea etiam quæ de Deo hu
mana ratione inuestigari possunt, necessarium fuit hominē
instrui reuelatione diuina, quia ueritas de Deo per rationē
Cōclusio inuestigata à paucis, & per longum tempus, & cum admi
s. Thomæ xtione multorum errorum homini perueniebat. A cuius ta
men ueritatis cognitione dependet tota hominis salus quæ
in deo est, sic ergo necesse est, ut salus hominibus & cōmu
nius, & certius proueniat, quod de diuinis instruamur per
Scotus. 24 diuinam reuelationem. Deinde subinfert Ioannes subtilißi
distin. 3. pa mus. Cum omnem effectum quem potest deus facere media
ragrafo si causa. 2. potest immediate facere. Nunc autem si res ipsæ de
loquamur quibus scriptura tractat essent claræ apprehensæ & intuiti
de tertio uæ, generarent notitiam certam abq; omni dubitatione (ad
de & cū magna euidentia) & hæc notitia, quia euidens est
diceretur scientia. Sed deus absq; motione obiecti potest sic
causare notitiā certā absq; omni dubitatione. (Adde ergo
& cum euidentia) ita quod habens talem notitiam reuela-
tam à Deo non poßit dubitare de ueritate illius. Cuiusmo-
di notitiam creditur habuisse prophetas plerosq; alios san-
ctos in scriptura. Et tales habuerunt habitum præbentē ma
gnum assensum, ita ut illo stante non potuerunt non assenti
re ueritati: Illa tamen certitudo non fuit euidens ex euiden-
tia rei, fuit tamen certitudo illa firma sicut est certitudo sciē
tialis quæ causatur ex principijs notis ex euidentia termi-
norum, sed non causabitur à talibus principijs sed aliunde,
ideo scientia non potuit dici ex euidentia rei, fuit tū maior
certitudo quam certitudo fidei, quia fides nō excludit oēm
Lima di- dubitationem, sed aliqua dubitatio potest stare cum fide.
ctorum Mihi uero ex fundamentali doctoris subtilis ratione, licet
Scoti inferre quod etiam fuerit notio illa cum euidentia. Nempe

deus cum causa.2.euidentem potest notitiam causare, ergo & se solo. Neq; etiam oportet omnem euidentiam esse ab intrinseco sæpe enim potest & ab extrinseco euenire ut in contingentium euidentia nota, atq; iam prædixit doctor qd' illi prophetæ stante illo habitu non potuerunt non assentire ueritati, euidentia autem assensus est alicuius propositionis propter aliquod intellectum necessitans ad assentiendũ illi. Dubium autem mihi uidetur postremum dictũ eius qd' ait fides non excludit omnem dubitationẽ. Tum quia fides Prima rõ
non erit certa cognitio, tum quia fides infusa non patitur p 2.ratio
plexitatem, est enim certior quauis ratione naturali, initur enim supernaturali lumine uerissimo, quod nec decipit, neq; decipere potest, ut utriq; prædixerunt .s. Thomas & 3.ratio
subtilis Ioannes, tum etiam dubius in fide est hæreticus uel infidelis extra de hære. cap.1. Sixtus sua prima ad omnes 4.ratio
catholicos, atque Stephanus papa. Neque etiã haberet me- Defensio
ritum, si uacillat fides, (Licet de fide acquisita id dictum sta Scoti
biliri possit.) Paulus etiam fide stare docet Corinthio. 2. 5.ratio
ca.1.& propter uacillantes dixit quod non omnium est fi- Paulus
des, 2. ad Thessa.3.& dubietas in fide peccatum est & carnis operatio quæ tollit gradum à fide ita ut excidat nisi resi 6.ratio
piscat. Athanasius inquit, hæc est fides chatholica quã nisi Athana-
quisque fideliter firmiterq; crediderit saluus esse non pote- sius
rit. Opinio etiam tunc esset non fides & esset error Petri 7.ratio
Abelardi contra quem.s. Bernardus, & si in fundamento 8.ratio
contingit error aut dubietas, quid solidæ ueritatis stabilisq; permanentiæ erit in tota machina, fides autem fundamentũ est in Hierarchia christiana atque Christi philosophia. De- 9.ratio
nique si cum fide stare potest dubitatio suspicioq;, cur Pau Ephe.6.
lus præcipit in omnibus summere scutum fidei in quo possi

Sua prima Cap.5 mus omnia ignita tela nequißimi extinguere. Aut quomodo apostolorum princeps præcipit in fide, nos diaboli tentamẽtis resistere? igitur aio ubi fides infusa, quia donum est
10.ratio spiritus sancti, quo armatur fortiorq; efficitur ad patiendũ
11. ratio extrema quequæq; ꝑ nomine Iesu athleta quisquis eius, etsi
Paulus fides uacillare potest, spes nos sane confunderet, ideo ubi fi
Roma.5 des uera, fuga est omnium dubitationũ uictoriaq;, Cui ue-
12.ratio ro habitui dubitatio compatibilis est eidem falsum cõpatibile esse nõ repugnat, quod nequaquam fidei infusæ pati possumus euenire. Sicuti ergo cum scientia demonstratiua nequaquam de eodem obiecto in eodem supposito compatibilis est opinio dubitatioq;. Ita quoq; cum infusa fide & magis, ĩcõpoßibilis est opinio atq; ambiguitas. Atq; sicut prin
13.ratio cipio demonstrationis oppositum est notißimum in falsitate, similiter & conclusioni notæ à priori demonstratione. Ita fideli certißimum in falsitate notißimumq; est omne oppositum principijs fidei conclusionibusq; euidenter ex illis elicitis. Neq; quis potest dubitare de fidei articulo nisi de dei reuelãtis ueracitate fidelitateq; ambigat, in his loquor, quibus pernotum est has uel illas ueritates fidei esse uerita
14. ratio tes. In his tamen me libenter summitto cuicunq; rectius ueriusq; sapienti scripsimus in hac causa inde regulis fidei, dedimusq; quas potuimus salutes pro subtilißimo Ioanne, re-
Liber de regulis fidei gula in antiquo nostro originali. 46. cum archiepiscopo. 3. titulo. 22. ca. 5. paragrafo. 10. Et cum Augustino Anchonitano, supra etiam principio huius, ca. 42. non nihil de hac re prædiximus. Multa alia hic quærenda essent. Sed alijs di
Conclusio epiloga stribuentur libris. Vnde humiliter profiteor qd' uerus chatolicusq; fidelis, qui humiliter suum deo fideiq; captiuauit ingenium, oĩa quæ sibi obijciuntur contra fidem, falsa esse

constanter asseuerabit, & si nesciat ipsa dissoluere tanto magis hominum inuentiones sophisticas esse putabit, atq; affirmabit maiores suos illa repudiare solere dissoluereq;, tantoq; erit in fide constantior, quanto deum noscit non posse mentiri qui nos docet fidem, homines q; de suo mendaces fore. atq; resistens, sibi meritum augeri fidei uide libro secundo de eucharistia capit. 4. sed de his cap. 45. dubio. 10. statim defensio pro subtili Ioanne producetur. Liber de eucharistia

Cap. 43. *Soluens multa obiecta philosophorum contra prædicta maxime in. 41. & 42. ca. ex quorum solutione, confirmantur magis dicta in illis cap.*

Philosophi gentiliũ uel q sunt pro eis rationãtur, ostendentes per scientias natura acquisitas sufficienter nobis omnia notificari necessaria scituq; digna, sed inuanum laborãt primo ergo sic potentia habens obiectum adæquatum potest in quolibet cõtentum sub illo naturaliter, cognitiua nostra facultas ens habet adæquatum obiectum, sub quo iustificatio, & finis noster quisq; ille sit, omnis q; uirtus continẽtur, naturaliter ergo ad hæc omnia potest. Prima phi losophorũ obiectio

THEologi catholici respondẽt primo retorquentes sic Potentia rationalis cognitiua habens obiectum adæquatum naturaliter attingibile, quod scit esse obiectum suum potest in quodlibet sub illo, sed rationalis cognitiua nescit naturaliter ens in se, ut indifferens sensibili & insensibili, esse suum primum obiectũ naturaliter attingibile, ergo nescit an possit in quodlibet sub illo contentũ. 2. propositio patet, quoniam cognitiua nostra rationalis percipit suum primũ obiectum esse quiditatem rei sensibilis uel materialis ut diuus profitetur Thomas quæ fere eadem sunt. Reducunt & aliter, maior si est uera philosophorum, tãtum uera est de pos Responsi Scotus. q. 1. prologi Scotus. 1. q. prologi ad primũ

se inclinatiuo quod est pati, non actiuo. Cuius ratio apud subtilem Ioannē est quia cōmunis ratio obiectiua indignior est sub se contento particulari, at quod potest in minus non est certe locus ut poßit in maius. Tunc igitur reducitur sic ratio primo maioris oppositum sumēdo. Potentia, quæ potest actiue in indignius uel in indifferens digniori indigniorique. Non oportet quod poßit in ipsum quod est perfectius. Si ergo potest in ens commune omnibus non oportet quod poßit iniustitiam deumque trinum intuitiue uisum neque alias uirtutes. Si uero maior intelligatur de posse inclinatiuo uel susceptiuo licet doctor subtilis concedat eam sed nihil tunc concluderet, tamen adhuc maior neganda est, quoniam inclinatum ad in perfectiorem formam, non oportet quod sit habile ad perfectiorem, quoniā cōtēta sub ente, sunt ente digniora. Hæc responsio apud subtiles, qui imaginantur entis uniuocum cōmunem conceptum. Apud Aristo. 7. metaphysicæ ibi posita omnia quodammodo fiunt ab uniuoco &c. Apud alios uero opinantes entis æquiuocationem. Opinio est obiectum commune intellectus esse totam intelligibilium collectionē, quo stante maior rationis uera. Sed petit principium philosophorum ratio in minori ut manifestum est. Alij tertio respōdēt fatentes unumquodq; dictorum cōcipi posse à nostro intellectu aliquo modo & in ratione entis illa cōmuni uel distīcto conceptu, & inde terminato. Sed nihil magis illa pōt circa eadē, at theologia de illis supernaturali lumine cōquisita, potest quid, propter quid, & quia, & si est in particulari, et determinate.

Ens uniuocum

2. Obiectio

PHilosophi. 2. sic instant sensus non indiget reuelante, neq; ergo intellectus, quia non deficit natura in necessa-

rijs & magis perfectis.

THEologi respondent retorquentes sic perfectior potẽtia ordinata ad perfectiorem actum à prima causa quem nõ potest actuitate propria perficere, indiget superiori actuãte, quo non indiget imperfectior potentia, quoniam non est ordinata ad meliorem actum, sensus imperfectior intellectiua, & ideo intellectus ad superiorem institutus perfectionem indiget superiori lumine. Negatur igitur cõsequentia. Estque contra consequentiam instantia de cœlo perfectiore elemento quod indiget intelligentia superiori & extero actiuo, & tamen elementum mouetur à principio actiuo intraneo, & natura non deficit, quoniam deus, qui author naturæ est, illam potentiam format luce superna. Solutio

PHIlosophi. 3. arguunt. 3. Agens intellectus est actiuus respectu omnium intelligibilium et passiuus intellectus ab illo omnem suscipere potest notionem & hoc naturaliter. ergo ex his omnis quæcunq; notio naturaliter de quolibet ente haberi potest. Nam ex actiuo naturali & passiuo debite à proximatis neq; impeditis actio omnino insequitur. 3. Obiectio

THEologi reducunt quando actiuum non est sufficiens neq; uniuersale respectu cuiuscunq; effectus qui in passiuo. Est susceptibilis, ex eo et passiuo quanuis nõ impeditis proximisq; non sequitur actio, At intellectus agens non est uniuersalis respectu cuiusq; notionis neq; sufficiẽs, licet sit uniuersalis respectu cuiusq; obiecti uia sensus sibi proximati. igitur nõ potest ad omnem notionem, qualis est reuelata sapientia de prædictis nobis necessarijs. Dicunt. 2. quod intellectus passiuus excedit actiuum intellectum siue agentem. Nempe non sunt adequata pro statu uiæ post peccatũ, plures enim suscipere potest notiones pfectiuas, quas ab agen= Solutio Alia reflexio

te intellectu non recipit, neq; ab obiecto sibi pro statu uiæ proportionato. Ex qbus ratio ea formatur fortißima. Qñ

Alia reflexio passiuum excedit actiuum naturale, pluraq; pati potest & non ab illo actiuo, indiget superiori agente, quam sit naturale illud actiuum, à quo plene perfici potest. Ita euenit in proposito. Exemplum in naturalibus. Materia prima est magis capax, quam quodlibet naturalæ actiuum in ea agere potest, suscipere enim potest & à quolibet naturali actiuo. Et ab artificiali & uoluntario, tam præter finem agentibus, quam propter finem, ideo non est adæquatū passum naturali agenti, intelligentia enim deus quoq;, quæ sunt uoluntaria agentia, aliquid in ipsa imprimunt.

4. Obiectio PHilosophi. 4. obijciunt potens naturaliter principiū, potest naturaliter cognoscere & intelligere conclusiones omnes inclusas in tali principio, at in principijs primis quæ naturaliter intelliguntur, oēs scibiles uirtualiter cōtinentur cōclusiones, igitur de iustificatione nostroq; ultimo fine medijsq; ad ipsum naturaliter scire possumus oēm cōclusionē.

Solutio THEologi reducunt non omnia principia naturaliter sciri possunt, conclusiones igitur minus, utpote de iustificatione fineq; supernaturali cæterisq; inter medijs mediatore s. deo homine. Et quæcunque in symbolo continentur principia sunt ignota naturaliter. Dicunt.n. cum sancto doctore.

Thomas Scotus 22.q.1.artic.5. Et cum subtili Ioanne distin. 24. 3. fides & scientia non sunt de eodem in eodem & ideo principia lumine fidei cognita conclusionesq; ex illis deductæ, nequaquam sunt scibilia naturaliter actiue pro statu isto regulariter, dicunt. 3. cum subtili doctore, quod minoris. 2. pars falsa est. Nempe prima principia metaphysicalia illa duo quorum unum actu signato logicæ profertur affirmatiue. Al-

terum negatiuo actu exercito, nullam conclusionem determinate inferunt, sed tantum sub disiuncto conceptu, à quo si ad determinatam alteram arguatur partē fallacia est cōsequentis, & ideo ex illo nihil determinate uerum sciri po test. Vide Ioannem doctorem. 1. q. pro. ad. 3. pro philosophis, uel. 4. addunt sciri per illa prædicata transcendentia non tamen particularia. Scotus

PHilosophi. 5. *obijciunt quarumcunque propositionū termini naturaliter sunt noscibiles, ipsæ eædē propositiones naturaliter sciri possūt. Sed de qbuscūq; ꝓpositiōibus fidei naturaliter termini possūt nosci, ergo & illæ propositiōes.* 5. Obiectio

THEologi *reflectunt quarumcunq; propositionū quarum ueritas non est per se nota, ex solis terminis naturaliter notis nequaquam ueritas comprehēdi potest. Sed fidei propositionum ueritas nequaquam est per se nota, ergo ex terminis solis illæ nō noscuntur. Dicunt. 2. quod maior illa est falsa. Nam præ intelligere uidetur ueritates tantūmodo ex terminorum notione in notitia adhæsiua pendere quod falsum est, etiam in īmediatis ueris, tantum autem uera esse forsan uidetur in per se notis, et tamen in eisdem requiritur unio euidenter nota terminorum ne dum termini noti, aiūt 3. omnium terminorum quarumcunq; ueritatum posse aliqualem nos habere notitiam naturaliter, sed nō tātū illa sufficit ad ueritatum assensiuam notitiam. Addo et. 4. ego qd' etiam aliquorum terminorū deus notitiam reuelat ut huius termini, Christus, baptismus, absolutio, cæterorumq; sacramentorum, qui uel sint termini incomplexi adminus in cōplexione distanti secundum uocem, uel si significant complexum, tamen eorum significatum est ad placitum dei, & ideo significatum eius primum nequaquam naturaliter sci-*

Responsio

Probabile dictum

ri potest. Sic ergo etiam minor est falsa.

6. Obiectio et. 7 PHilosophi. 6. et. 7. obijciunt. si requiritur supernaturale lumen ad fidei ueritates, quaeritur quo illi noster proportionetur intellectus, indiget ergo proportionante alio lumine. Itaq; abibimus in infinitum. Similiter arguunt de improportione respectu obiecti supernaturalis.

Solutio THEologi replicant, quaeritur quo intellectus poßibilis proportionetur agenti, & materia formae, atq; infera superis? abibimus igitur in infinitum; si aliud detur haec apta inuicem compactaq; gerens? Quid igitur? quo etiam deus toti optimus est uniuerso rector, author, et motor. Ideo soluentes dicunt. 2. cum subtili Ioanne, intellectum poßibilem ex se esse proportionatum capacemq; cuiusq; perfectiuae notionis, quoniam de se omnis cognitionis perfectiuae capacißimus est; est nanq; omnium. 3. dicunt quod ex se est in potentia obedientiali ad agens primũ, ut immediate ab illo poßit perfici, nam ut praediximus ca. 42. est deus superior ordine, quo intellectus post peccatum fantasmati sensuique percensus est. 4. dicunt cum subtilißimo doctore quod licet intellectus est de se capax illius assensus reuelati, tñ non est de se proportionatus ad assentiẽdũ ueritati fidei, quia ueritas ista reuelata nõ est sufficienter inclinatiua intellectus ad assentiendum sibi, & ita est improportionale agens, et passum sibi ĩproportionale, Sed agens supnaturale est sufficiẽter inclinatiuum intellectus ad istam ueritatem, causando in ipso assensum quo proportionatur huic ueritati & hic status. 5. profitentur quod respectu obiecti supernaturalis habet proportionem attingentiae non cõmensurationis. Attingentiae aũt intelligimus, quoniã per aliqd' lumen sibi ab illo inditũ eleuatur ad attingendũ illud, sine quo nõ attingeret.

Scotus ad 3. 1. q. prologi

Nota

Duplex proportio

PHilosophi

PHilosophi. 8. insistunt subalternatur theologia metaphysicae, cum ergo naturaliter istam attingimus, theologiam quoq; naturaliter acquiremus. 8. Obiectio

THEologi (dempto illuminato Francisco) refellunt rationem, Cuius sciẽtiae principia sunt digniora prioraq; quã alterius. Sed alterius ab illa uel illius obiecto primario pendent principia & cõclusiones, aut haec est subalternata illi, aut sane omnino pendet haec ab illa. At metaphysicae scientiae & omnium aliarum naturaliter scientiarum comparatarum principia conclusionesq;, posteriora sunt, pendentq; à principijs uel obiecto theologiae, ergo non subalternatur ipsa alij, sed caeteris sibi potius. 2. uero probatur. Nempe theologiae obiectum primum deus est sub proprijssima ratione, qui eadem ratione omnia principia & conclusiones omnesq; scientificos habitus uirtualiter continet. Tã in esse reali quam cognito. Similiter finis obiectiuus ultimatus noster quoq; ipse deus est uisus sub proprijssima deitatis ratione, ad quem omnes scientiae resq; scibiles omniaq; agibilia tendunt ordine essentiali, & sola theologia est de illo sub ratione ultimi finis intuibilis. Nam metaphysica nõ est de illo ut intuitiue uisos nec sub ratione propria sed cõmuni transcendentiq;. Adhuc est de Christo, qui est sapientia infinita genita, omnes autẽ perfectiones intellectiue habẽt attributionem ad hãc primam, Item est de amore infinito spirato. omnes uero perfectiones affectatiue habẽt ordinem ad hãc primam perfectionem. prima etiam pfectio uoluntatis operatiua amor est, sicut prima intellectus perfectio operatiua sapientia est, igitur minor uera. 3. dicunt quod deus prior est ente reali, quod sic deduco, omne quod est per essentiã, tale prius oĩno est eo quod non est per essentiam, tale prius

Solutio

Hoc nõ tenet Scotus

Alia ratio

Haec est

Alia ratio

omnino est eo quod non est per essentiam tale. Deus est per
Exodi.3 essentiam, nã essentia eius est esse, Exodi.3. ens reale nõ sic,
ideo deus prius est, quam ens, Neq; hoc repugnat subtilissi
mo Ioanni, qui tantum secundum rationem et imperfectam
enti reali cõmunitatem & prioritatem condonat, sed nõ se
cũdũ esse. Nã ens non est nisi, qa deus est, uel quia ens à no
bis pfctũ est, adhuc apud ipsum non est prius esse cognitũ
quam esse reale siue existentiæ, patent hæc. 8. dist. 1. q. 3. 1. q.
Scotus. q. quolibetorum. 3. dist. 1. q. 1. & 35. dist. 1. & 36. dist. eiusdẽ,
li. latera. 5. & alibi frequenter in sua doctrina. 4. dicunt cum Ioanne
prologi minorita, quod theologia nullam passionem reuelatam de
deo demonstrat per principia metaphysicalia, & ideo non
subalternatur metaphysicæ. 5. dico quod prima principia
pratica complexa ut hæc deus est summũ uel infinitum bo=
num & omne summũ bonum est diligendum ex tota anima
et deo præ cæteris obtemperandum, & omnia quæcunque
uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis, etsi
bene egeris, bene erit tibi, et si male egeris, male tibi erit, at
que omne bonum faciundum morale, similiter uitium pecca
tum omne uitandum et his pleraq; similia. Similiter de quo
libet dicitur esse uel non esse & de nullo ambo simul, et om
ne uerũ uero cõsonat nullũque uerũ uero aduersatur deus
est omnium triplex causa, omne uerum est in re falsum, nõ,
atque cætera id genus multa principia speculatiua prima à
theologia scientiæ omnes mutuarunt, cõprobatur hæc, Nã
primus hominum Adam plenus fuit scientiarum, & prima
in ipso scientiarum theologia, Ideo eam primus suos poste=
ros docuit. cõfirmantur hæc, quia ordinata in Adam cogni
tio sciẽtifica, primo erat de deo inde de cæteris, similiter et
pratica scientia prior circa deum dirigebat. Nam nos infra

probabimus Adam meruisse antequã peccauerit. Hæc quo Gene.1
que patent quia sacra loquitur scriptura et creauit deus ho
minem ad imaginem & similitudinem suam, ideoque sapiẽ
tem ergo ordinate cuncta scientem. Amplius quod notiora
nobis sint confusa magis peccatum fecit ut dictum est, at an
te peccatum Adam quæque cognoscebat sicut erant, prio=
ra igitur prius magisque. Deinde ĩquit *scriptura, oĩa subie* Psal.8
cisti sub pedibus eius, ordo autem subiectionis & præsidẽ
tiæ requirit, ut prius sciatur atque obtemperandum sit do= cap.7
mino, quam præcipiatur aut noscantur subdita, & peruersi
tas est contrario abuti modo. Hoc & *illud dictat in eccle=*
siastes solũmodo hoc ĩueni qd' fecerit deus hoĩem rectũ, si
rectus, ergo ordinatus, et illud, deus creauit hoĩem de terra Eccle.17
& secundum imaginem suam fecit illum, & iterum conuer
tit illud in ipsam & secundum se uestiuit illum uirtute, con
uersio hominis in ipsam deitatem uel deitatis imaginẽ cer=
te quid est nisi per ordinatam sapientiam, primo deũ utro
que modo. s. speculatiue & pratice, inde cætera nosse, &
pleraque, subinfert ibi ad hoc ipsum. Tundem Christus *re=*
formator & restitutor innocentiæ status quatenus nobis in
cumbit & ipse uoluit, docuit nos ubique philosophari in
sua philosophia à deo primum, & sacra scriptura quæ res
eo profert ordine sicut institutæ sunt, philosophatur de deo
et dictis principijs tam speculatiuis quam praticis ubique,
ut patet, ergo cum theologia sit sciẽtiarum prima profecto
ab ipsa cæteræ scientiæ mutuarũt sua prima principia. Ne
que obstat, quod logica & grãmatica & naturalis philoso Contra
phia sint priores nunc acquisitione metaphysica & theo= Aristo.
logia, quoniam ut dictum est non est innatus hic homini=
bus modus ut philosophi falso opinati sunt, sed peccatum

hoc in nobis efficit, à principio enim non sic. Cuius signũ
Signum quoniam Christus & sanctus eius spiritus suos apostolos sanctos aut illorum præcipuos primo repleuit spiritu sapiẽtiæ intellectus scientiæ & consilij.i.theologiæ, & inde has utibiles laicas scientias uelut seruiles & mechari facientes mentes nostras conculcabant, et ut opus erat illis quã aptis-
Hebræ. 11 sime utebantur. confirmat Paulus hæc inquiens fide, intelligimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent, fides autem theologia est, quod etiam theologus Ioan. ca. 1. satis manifestat, ueritas p Iesũ Christũ, &c.

Cap. 44. De alijs dubitationibus, et quod theologia sit uniuersalissima scientia, omnibusq; necessaria, & de eius excellentia.

9. Obiectio PHIlosophi. 9. insistunt ergo theologia est de omnibus,
Solutio THEologi concedunt, & addunt. 2. etiam ipsa utitur omni
1 bus. Ego etiã. 3. insuper assero & præcipit omnibus alijs
2 scientijs uelut architectonica. 4. Adhuc nullus recte præ
3 esse potest aut principari sine theologia siue hac suprema
4 sapientia. Hæc patent suo ordine, prmum equidem declaro
Primi probatio sic. sacra scriptura est de oĩbus rebus scibilibus praticis & speculatiuis ut patet, naturalibus et metaphysicis, Augusti. encheri. ca. 9. attende aliud magis. Ipsa cõsiderat de quantitate mathematica siue abstractius, quam scientiæ mathematicæ, ut apparet de quantitate in sacramento altaris quæ nõ solum est abstracta secundum rationem, uerum & secundũ esse quod uocant existentiæ, docet etiam accidentium absolutorum abstractionem à subiecto, satis doctius & eleuatius quam metaphysica, quia illa, docet separata re & ratione in eodem sacramento. Metaphysicus autem tantum ratione eam separat à substantia, sed neq; omnino. Nã ea docet. 7.

metaphysicæ etiã diffinire per additamentum Aristo. Subtilißimus Ioannes, *inquit, Theologiam esse de omnibus quã tum ad respectus quos habent ad diuinam essentiam, ut est hæc. In deo autem theologia est omnis cognitio, nempe omnium rerum cognitio in deo theologia est.i. per deitatẽ omnia cognoscit deus. non enim ab alio potest intellectus diuinus rerum cognitionem habere, sed tantum per essentiam,* Scotus. 3. q. prologi

Diuinus Thomas *inquit, quoniam theologia uel sacra scriptura, ea quæ in diuersis scientijs physicis tractantur, una existens considerat sub una ratione inquantũ sunt diuinitus reuelata siue reuelabilia, omnia enim quæcunq; sunt diuinitus reuelabilia, cõmunicãt in una ratione obiecti huius sciẽtiæ, ut sic sacra doctrina sit uelut quædam impreßio diuinæ scientiæ, quæ est una & simplex omnium, de praticis autẽ non contingit ambigere ut satis supra dilucidauimus.* His Thomas 1. q. 1. 3

Salomonis duplex sententia cõfirmando aspirat. Inquit. n. *hæc. s. sapientia reuelata (in uirtute æternæ sapientiæ genitæ quæ* Christus *est) iustum deduxit per uias rectas, et ostẽdit illi regnum dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, et compleuit labores illius.* Iterũ. *cap. 7. ut supra contulimus.* O*mnium enim artifex docuit me sapientiam, est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus multiplex, unicus subtilis, &c. Sed de moralibus ait, ca. 15.* N*osse enim te consumata iustitia est, & scire iustitiam & uirtutem tuam radix est immortalitatis, quippe innotescentia deitatis reuelata, notificat iustificationis iustitiæq; nanciscendi formam, atq; animæ immortalitatem enunciat, tum quoq; uiam felicitate potiundi perpetuã.* Sapiẽ. 10 Cap.

Ex hoc primo probato infero Corolla. *sapiẽtiam diuinã siue theologiam, esse cõmunißimam scientiã præ cæteris,* Corolla. notabile

quod uia quatriplici deduco, prima est ab uniuersitate con
sideratorum, nam ipsa satis de pluribus considerat quam
metaphysica, cæteræq; omnes scientiæ insimul. Et enim ue
ritates omnes aliarum scientiarum continentur uirtualiter
& eminentialiter in ueritatibus theologiæ, nempe omnes
ueritates naturalis scientiæ continentur & attribuuntur ad
ueritates illas quæ enunciantur in operibus. 6. dierum in
quibus genera causarum. 4. rerum prima, operationesq; si-
militer rerum genera prima speciesq; uniuersalißimæ expli
cantur, & ad librum Iob, ueritates omnes metaphysicales
attribuuntur ad ueritates primas quas de deo et in Exodo,
& psal. Et Esaia cæterisque partibus ueteris instrumenti
theologia explicat, sed præcipue ad ueritates syncerißimas
primasq; quas Christus de deo reuelauit, ueritates etiã plu
res Paulus & alij apostoli de deo enunciarunt spiritu sug-
gerente diuino. De intelligentijs ueritates metaphysicales
ualde diminutæ, attribuũtur ad priores firmasq; quæ theo-
logice in psal. & ueteri testamento per totum expandun-
tur atque in nouo testamento, quæ sunt satis plures quam in
metaphysica traduntur, uel philosophia naturali, ut patet,
nam utraq; hæc scientia tantum ad immaterialitatem earũ
peruenit, & quod moueant cœlestia, sed ad numerũ paruũ
earum, nec non plura falsa quam uera de illis, maxime ne-
phandi Auerroistæ insipientesque cõmentati sunt, indigni
quidem inter philosophos annumerari. Mathematicæ ueri
tates reducuntur ad prædictas de naturalibus ueritates, mo
rales uero ueritates omni quaq; ĩperfectas. Sola theologia
perficit, ad proprium quoque deducit obiectum finẽ q; ue-
riorem regulam numerumque diuiniorem. 2. Via est uniuer
sitas perpetuitatis eius, quoniam à principio mundi theo-

Omnes ueritates sciẽtiarũ deo reducũtur ad theologiam

Morales ueritates omnes ad theologiã reducũtur

logia fuit angelis indita & primo hominum Adæ innocen tißimo in paradiso, ex qua cæteræ podiere scientiæ, theolo gia quoque æterna est cũ deo authore suo sempiterno quã solam habet nec alias scientias, est quippe ea omnes sciẽtiæ eminentialiter, nostra permanebit facta melior in æternũ lucidior diuiniorque, eritque inter beatos uel in usu sola aut maxime, felicitas enim theologica notio est, sed incomplexa, ex qua omnis theologia cõplexa uisualis exorietur in nobis beatis per diuinam gratiam essentiamque. 3. Via, adhuc uniuersitas alia est in theologia. Nempe naturaliter acquisitæ scientiæ tantum quæ sunt huius uiæ mundique cõ templantur, & si de hominibus, nõ nisi uiuentibus speculã tur praticæ uel speculatiuæ. De altero uero statu, aut nihil quidem aut tantum somnia fictionesque pertractant, uel si quæ uera, à theologia nostra desũpsere, nostra uero theologia de altero statu eructat mirabilia scitu necessaria, diuina & hominibus intelligentijsque cõmunia quædam uel propria altißima desideratißima. Quæ omnia sapiẽtißimus ecclesiasticus, cap. 24. diuinißimæ manifestat de theologia. Qui implet quasi physon sapientiam, et sicut Tigris in diebus nouorũ. Qui adimplet quasi Euphrates sensum. Qui multiplicat quasi Iordanis in tempore meßis. Qui mittit disciplinam sicut lucem. Et aßistens quasi geon in die uindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam, et infirmior non inuestigabit eam. A mari enim abundabit cogitatio eius, & consilium illius in abysso magna. Ego sapientia effundi flumina. Ego quasi trames aquæ immẽsæ de fluuio. Ego quasi fluuius dorix, et sicut aque ductus exiui de paradiso. Dixi, rigabo hortum plantationum & inebriabo partus mei fructum. Et factus est mihi trames abundans. Et fluuius meus

Theologia prima scientiarũ

Horum probatio

Hinc.4. uniuersalitas theologiæ

appropinquauit ad mare. Quoniam doctrinam quasi ante lucanum illumino omnibus. Et enarrabo illam usq; ad longinquam, penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, et illuminabo omnes sperantes in domino, Adhuc doctrinam quasi prophetam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam. Et non desinam in progenies illorum usq; in æuum sempiternum. Videte quoniam non solum mihi laboraui, sed omnibus exquirētibus ueritatē, hæc ibi, Vniuersitas obiectiua theologiæ ex his perspicitur in sex fluminibus, quia uidelicet de primo rerum principio omnium agit, intelligentijs, cœlestibus, elementis mixtis omnibus, uiuentibusq́;, quam uniuersitatem mari abyssoq; comparat, ostenditq; eius processionem à paradiso.i.throno trinitatis, hortum et fructus eius, Vniuersitatem considerationis intelligit de moralibus ueris, inquit, Ad mare eius appropinquare fluuium.i.deum finem rationemq́; considerandi eius omnia esse. Vniuersitatem perpetuitatis astruit, ibi, & non desinam in progenies. Similiter uniuersitatem, quia de altero statu dū ait, penetrabo omnes inferiores, quoniam de purgatorio deq; ab illo liberatione de inferno etiam penetrat, sed uniuersitatem eius extēdit ad prophetiam, de qua cæteræ scientiæ nihil. Tandē.4. uniuersitatem explicat ibi, quoniam doctrinam qaasi ante lucanum illumino omnibus. Et hæc est.4. Via, enim uero ipsa theologia est omnibus scientijs necessaria ad ueritatem illarum stabilem sinceramq́; notionem. Cū enim omnis homo de sua inuentione mendax sit, res autem cunctæ sint difficiles cognitu post peccatum primorum, anima quoq; nostra impedita sit ne se ante alia noscat propter idem. Veritatem stabilem sinceramq; firmamq́; de se nunquam habe-

4. Via
4. Vniuersitas

bit, nisi lumine sit radiata diuino, quod theologia sibi asfert. Nempe philosophi omnes ut prædiximus à cõmuni cõsensu acceptis, philosophari inchoarunt, quæ non à rerum ueritate, sed hominum opinione & non omnium concordi sumpta sunt, qua propter quicquid inde concludant certum nunquam esse potest, ueluti in opinione hominũ infirma incertaq; fundatũ, neq; si mathematicas ostẽdas ueritates illæ sunt quoq; firmæ sunt tanquam in primo ut aiunt sint gradus certitudinis. Nempe ad sensum potentes illæ ueritates nõ sunt mathematicæ, sed naturalis scientiæ & de singularibus, dũ uero abstrahis, quo scis non errare, & ideo mathematicæ scientiæ, ut tales sunt nullius sunt frugis, sed exercitationis gratia inuentæ sunt, ergo magis sunt opinabiles, quam sinceræ sint ueritatis. Omnes enim illæ & eis similes cadunt sub hac maxima thopica, propositio uniuersalis ad quã non est ferenda instantia, acceptanda est ut probabilis, sensus etiam fallit sæpe. Vnde ille philosophus recte dixit, ars longa, uita breuis, experimentum uero fallax, Signum horũ, quoniam non conueniunt philosophi, etiam qui sunt addicti unius sectæ. Si quæ igitur ueritas sincera est de primo principio. Iam satis patet quod illa sub dubio & disiuncto concludetur. Cathegorica ergo simplex ueritas lumine naturali nõ habebitur. Oportet igitur ad theologiam habere oculum, quemcunq;, si firmam ueritatem stabilemq; scire præoptat infallibilemq;, ideo concludit sapiens uidete, quoniam non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus ueritatẽ. confirmatur hæc. 4. eius uniuersitas, Nempe errat philosophia de natura cœli, principio cœli motuq; eius, errat de intelligentiarum causa actiua fineq;, errat de motu earum & propria actione, similiter de rerum omnium totiusq; uni=

Philosophi à communiter cõcessis philosophati sunt

Maxima topica

Corolla.

uersi prima productione, & non solũ errat, sed uaria apud uarios disceptat, quid de astrologorum stultitia & errore dicam, qui spiritum propheticum quem solus deus donat, ex motu situq; astrorum sacrilegi sibi uendicãt, metaphysica uero maxime Aristo. nedum erronea, sed tali nomine indigna esse phibetur, nihil enim de abstractis sine motu speculari nouit. Adde quia sæpe illæ de metaphysica logicam fecit, nedum naturalem ut. 2.4.5.&.12. metaphysicæ atq; 10.&.7. Cum uero nihil sit instabilius motu, puta quid stabilitatis, remanens erit in cæteris quas ipsi peripathetici ponũt ueritates. Quod si obijciant hanc solidam ueram, deus est. Fatemur, sed theologia illam manifestauit post peccatũ, quia dixit aliquis, non est deus, quanuis sit ille insipiens, uel si de illa, omne totum est maius sua parte, fortes est, & fortes est albus, at nos de ueritatibus scientiarum principijsq; earum loquimur. In summa siquæ uera cæteræ cõtinent sciẽtiæ, aut de hac traxerunt, aut solidæ ueritatis non erunt, ex Augusti. 2. de doctrina christiana cap. 46. & 83. q. 46. q. & 9. de trinitate, ca. 6. de uidente in monte inferius aerem caliginosum superius aerem syncerum. Quid tandem? licet ars sciendi tradatur, tamen opinio probabilior omnis erit notio, quæ à philosophis scientia nuncupatur, uel quia falsa supponit principia, aut sane nõ synceræ ueritatis. Denique ueritas syncera est à deo, eiusq; notio est à deo. Nempe solus ipse est infallabilis, ueraxque. Cum etiam sint ordinatæ ueritates & scientiæ, ad illas est ordo, quæ priores à primo sciente tradũtur, & notificantur & de priori sunt, talis est theologia & quæ eius sunt, subtilißimus Ioãnes fauet dictis. 3. dist. 1. q. 4. Ad quæstionem, & ibi multa Augustini dicta ad hoc propositum numerantur. Tandem hãc

Marginalia: Metaphysica Arist. erronea — Obiectio — Solutio — Alia obiectio — Solutio — Scotus. 1. dist. 3. q. 4 — Conclusio resoluta

astruo ueritatem. Et si multa uera poßint esse in alijs scientijs, nequaquam sunt illa stabilia et infallibilia, nisi sint consonaueris thologicis, & uel ab illa non reprobata. Est enim lydius lapis & discretiua omnium propositionũ, quo ad ueritatem. Conclusio

Secundum uero facile patet. Hec nempe scientia uera in usum suum transumit cæterarum disciplinarum, non ex necesßitate in quam, sed ad maiorem manifestationem, potissimæ metaphysica utitur speculati one ut prædixerat mino rita doctor Ioannes. 24. dist. 3. Vtitur ergo illis tanquã inferioribus ancillisq;, sicut architectonica utitur subministrãtibus artibus. 2. physicorum ait Ari. ut ciuilis militari. Pro uerbiorum enim. 9. inquit sapiens, misit ancillas suas uocare ad arcem. & Esther. 15. Assumpsit duas famulas, & super unam quidem in nitebatur, altera autem famularum, sequebatur dominam, defluentia in humum indumenta substentans. Sunt enim hæ duæ famulæ, genus duplex sciẽtiarum, uidelicet praticum & speculatiuum, quatenus uera quædam continent usui theologiæ accõmoda (quæ Esther) dicitur. i. regina scientiarum & dominatrix eleuatæ super omnes, sed abscondita habens principia uia naturali, notißima tamen lumine supercœlesti indito. His Augustinus subscribebat lib. de doctrina christiana. 2. ca. 40. Cuius dicta meminimus, ca. 17. ibi, philosophi autem qui uocantur etc. Prosequitur idem Augustiuus eodem. 2. lib. toto sed præcipue à ca. 25. usq; in finem ex dictis. Tertij patet manifestatio quod ijsdem rationibus ostenditur quibus. Aristo. ciuilẽ magnificat facultatem ut prædictum est, ca. 5. eius est prima ratio finis ultimus summũque bonum eius uidetur facultatis esse, quæ maxime dominat ur, maximeque subit rationẽ ar=

Secundi probatio

Thomas 1. q. 1. 5

3. Probatio

Prima rõ

chitecturæ, at theologia de potißimo summo bono ultimoque hominum fine agit. ergo ipsa maxime cæteris dominatur, rationemq; subibit architectonicæ. 2. ratio eius est.
2. ratio Quæ facultas præcipit, quas scientias in ciuitatibus esse, et qualis quemq; discere, & quo usq; oportet. Ipsa proculdubio cæteris antistatur, theologia nostra hæc efficit, patet, ea enim dictat de ciuili facultate præcipitq; bene institutā esse ciuitatem quo ad deum quoad magistratum et īter se ciues, tum in uirtutibus, cum sciētijs artibusq;. Nam præcipit omnes homines in treis diuidi partes. Oratores uidelicet ad deum & hæc pars est sacerdotium cum suis assectis. 2. milites. 3. & artifices siue articolas & agricolas, patet in lege ueteri, patet in uita patriarchæ Abrahæ suorumq; posterio
Melchisedech rum. Nempe Melchisedech sacerdos & rex. Abraham miles cum sua militia, uernaculi eius sunt terræ artifices, in libris Iosue ample hæc cernuntur, & lib. Iudicū, librisq; regum. Ecce liber psalmorum curat polititiam in his quæ dei sunt, libri prouerbiorum ecclesiasticiq;, eandem tuētur, inter se uidelicet ciues & magistratum iustitia legali, præsidētia, & obedientia, cæterisq; uirtutibus iubent esse ornatos, in his de scientijs cæteris perdiscendis est quoq; inditū præceptū, sub nomine enim medicinæ scientiæ simulq; artificis medici, omnes artes liberales imperātur, quoniam medica ars his omnibus indiget. Similiter & artes mechanicæ eodem continentur iussu. Subseruiunt quippe & medicinæ fa
Ecclesi. 38 cultati, morali & militari. de medico et medicina habes. 38. ecclesiastici multa & inter cætera, Altißimus de terra creauit medicinam & uir prudens nō abhorrebit illam, et Mathæi. 9. & Lucæ. 5. eam cum suo artifice Christus approbat. Mechanicas artes præcipit deus in Exodo ca. 31, & im

plet diuersis artibus fabre factilibus ex omni materia, Beseleel, & cap. 35. Implet Ooliab omni arte textili. Ex quauis materia faciunda. Paulum nouimus artis scenofactoriæ fuisse operarium, sanctum Ioseph fabrum ex euangelio legi mus fuisse Matth. 13. Militiam non reprobat euangeliũ Lucæ. 3. sed præcursor Christi Ioannes regulat eam, quam uidetur Christus uel approbasse aut nõ reprobasse. Lucæ. 11. Similiter Paulus Roma. 13. immo pmittit armatam militiã corporalem deus, ut exprimat deum se esse exercituum, nec non præcepit eandem in libris ueteris testamenti exodi, iudicum, Iesu naue, regum, & Machabæorum, et ecclesia statuit uelut aciem ordinatã, cuius arma Paulus recẽset Ephesios. 6. Mercaturam quoq; nõ reprobat iustis laboribus, atque animo exercitam iustiori Prouerb. 31. sed familiæ optimum regimem satis bene disponit theologia in lib. Tobiæ, Ruth, Iudith, hester, Genesis, atq; in libris Prouerb. & ecclesiastici. Nempe idem bonum est ciuitatis, unius hominis, uniusq; familiæ. Paulus prima ad Timo. ca. 3. & cap. 2. ad Titum ad Philomenem ad Collos. maxime ca. 3. prima Petri ca. 3. & 5. Ioan. 1. 2. Tertia Aristo. rõ est, & ea dominatur cæteris scientia, quæ sibi quoq; subijcit honorabiliores alias, atq; maximis afficit honoribus illas habentes. Theologia eiuscemodi est, nempe ad eam captandam lubenti animo cucurrerunt consules, oratores, milites, duces, reges, imperatores, philosophi quoq; doctißimi, Dionysius, Iustinus, Lactantius, Aristo. Tertullianus, Cyprianus, Clemẽs, Lucas, Philo, Aquila ponticus, Gamaliel, Papias, Aristo, Victorinus, Quadratus, Aristides, Apollinaris, Agrippa Castor, Ignatius. Et pleriq; alij philosophi et oratores præclarißimi ad theologiam Christi tanquam ad portum uitæ

Actuũ. 18
Marci. 6
3. ratio

tutißimum confugerunt, in quo saluati sunt. De militibus ue*ro infinitus est numerus, quos duplex militia gloriosos effi*cit tum mũdi huius cum quoq; Christi uictorißima militia, tot quidem hi sunt, quot martyres palmaresq; ueneramur, duces, consules, & imperatores, post philippos patrem & filium, à Constantino magno (uno dempto apostata Iuliano, qui tamen & ipse initiatus fuit in Christi theologia) ad nostra usq; tempora tot numeramus theologos. i. fideles, quot imperarunt simul multi, atq; cæteri succeßiue, omitto cæteros doctores clarißimos omni sciẽtiarum genere refertos, qui utiq; theologiam Christi, dominatricem cæteris artibus præ illis uenerati sunt. Accedit ad hanc rationem altior confirmatio, nam hæc sola coronat sapientia & honorat quoscunq; honorabilibus imbutos bonis, quoniam hæc sola docet discernitq; honorabilia bona à non honorabilibus uere, similiter hæc sola nouit debitos bonis dedare artibus honores perpetuosq;, habet enim authorẽ suum deũ qui solus est illorũ arbiter atq; coronator, de quo dictum

Psal.137 est, nimis honorati sunt amici tui deus, nimis confirmatus

Roma.2 est principatus eorum, Prouerb. 8. mecum sunt diuitiæ &

Matth.1 gloria opes supernæ & iustitia. Paulus inquit, Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum Iudæo primũ & Græco, & Ioan. 12. siquis ministrauerit honorificabit

Daniel.12 eum pater meus, & Daniel sanctus, qui autẽ docti fuerint fulgebunt quasi splẽdor firmamenti, Nisi autem theologia quæ est diuina sapientia fidesq;, hos uel sperantes bonum uel doctos irradiauerit, nequaquam honorificabit eos dominus, quoniam sapientia laudabit animam suam et in deo ho-

Eccle.24 norabitur, & in medio populi sui gloriabitur, & in ecclesijs altißimi aperiet os suum, & in conspectu uirtutis illius

gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur. & in plenitudine sancta admirabitur, & multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, & inscius nõ honorabitur, inscius inquam huius sapientiæ. Ratio. 4. *est.* Ecclesi. 10 4. ratio
Ea *scientia cæteris præcepit quæ cæteris utitur, legesq́; ferat, atq; instituat qd qs agere, et à quibus abstinere debeat, sic autem præcipue nostra theologia gerit, igitur. 2. autẽ satis manifesta erit, ut statim pro ueritate. 4. ducemus. 5.* Ratio *est ea etiam præ dominatur cæteris scientia. Cuius finis cæterarum omnium facultatum continet finem.* At *nostræ theologiæ finis, qui deus est in seipso uisus, omnium sciẽtiarum continet fines ut manifestum est.* Omnium *enim aliarũ scientiarum fines, ad illius ordinantur fines, ergo,* Amplius *& est. 6. ratio.* Maius *est finem totius perfectiusq́; conseruare atq; notificare, quam unius aut pluriũ. Cũ ergo theologia conseruat docendoq; notificat, totius uniuersi finem ultimum, ideo maior perfectiorq; est cæteris, atq; alijs præesse debet, tandem quia ut beatus* Franciscus *inquit, in testamento, ipsa nobis administrat spiritum & uitam, quod nulla scientiarum efficere potuit huc usq;.* 5. ratio 6. ratio

Deinde *ex dictis. 4. probatur.* Nẽpe *theologia aut oĩno est pratica, quoniam finis eius est dilectio & hic immediatior.* Estq; *felicitas, quæ praxis quædam est. 2. physicorum, operatio nanq; est perfectißima, perfectißimæ potẽtiæ.* Ab *habitu deriuata perfectißimo.* Circa *obiectum nobilißimũ,* Sed *ab optimo principio, perpetua, omniumq; bonorũ unitiua siue contentiua, quod subtilißimus* Ioannes *opinatur,* Vel *simul speculatiua & pratica. i. immediate speculatiua, & mediate pratica, siue formaliter speculatiua, & uirtualiter pratica, & quia primo uisionem inde fruitionem attẽ* Quarti probatio Quid felicitas Scotus. 4. q. prolog.

dit, nam pure pratica quæ tantum opus prospicit alterius
Thomas potentiæ quam intellectus, ut sanctus Thomas arbitratur,
uel quoniam contemplatiua est simul & affectatiua est, ut
sanctus profitetur Bonauentura, quod. 3. genus uidetur esse
ab illis, quodcunq; horum detur manifestißimum est, ipsam
esse ordinatiuam directiuamq; quorumcunq; hominum, cu
iusq; conditionis existant, ad deum, ad se, ad proximum reli
gione, legali iustitia, omnibusque uirtutibus, sed maxime p
charitatē, ordinat docetque leges ipsos reges, quomodo se
Prouerbio aliosque sciant debeantque regere, sine errore demptoque
rum, ca. 8 uitio, & iniustitia. Hanc ueritatem sapiens toto, ca. 8. Pro-
uerb. luculento repetit ordine inquiens, Nunquid non sapiē
tia clamitat, & prudentia dat uocem suam, in summis excel
sisque uerticibus, supra uiam, in medijs semitis, stans iuxta
portas ciuitatis, in ipsis foribus loquitur dicens, & his uer
bis. 5. gradus explicat personarum, ad quas sapientia clami
tat, excelsos uertices, eos qui sunt supra uiam, in medijs se-
mitis, iuxta portas ciuitatis, & in ipsis foribus, similiter. 5.
status personarum insinuat, præsules sacerdotes reges &
alios magistratus, optimates agricolas, et quosque artifices
Moralium uel omnem intelligit ætatem. Aut tandem statum innocen-
diuinorū tiæ, legis naturæ, scriptæ legis, legis gratiæ, atque patriæ
8 statum, siue alterius seculi. O uiri ad uos clamito, & uox
mea ad filios hominum, intelligite paruuli astutiam, & in
sipientes animaduertite. Aduertite quoniā de rebus magna
locutura sum, & aperientur labia mea, ut recte prædicent,
ueritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detesta
buntur impium, iusti sunt omnes sermones mei, non est in
eis prauum quid neque peruersum, Recti sunt intelligenti-
bus, & æquum inuenientibus scientiam. Accipite discipli-
nam

nam meam, & non pecuniam, doctrinam magis quam aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus praeciosissimis, & omne desiderabile ei nõ ualet cõparari. Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Timor domini odit malum, arrogantiam & superbiam & uitam prauam, & os bilingue detestor. Meum est consilium & aequitas, mea est fortitudo mea est prudentia. Per me reges regnant, et legum conditores iusta decernũt, Per me principes ĩperãt, & potẽtes decernũtiustitiã. Ego diligentes me diligo, & qui mane uigilauerunt ad me inueniẽt me. Mecũ sunt diuitiae, et gloria, opes supernae, & iustitia. Melior est fructus meus auro et lapide precioso, et genimina mea argento electo. In uijs iustitiae ambulo in medio semitarũ iudicij, ut ditẽ diligentes me & thesauros eorũ repleã. Nũc ergo filij audite me. Beati q custodiũt uias meas. Audite disciplinã et nolite abijcere eã. Beatus hõ qui audit me, et q uigilat ad fores meas, quotidie, & obseruat ad postes ostij mei, q me inuenerit inueniet uitã & hauriet salutẽ à dño, qui aũt in me peccauerit laedet aĩam suã, oẽs qui me oderũt diligunt mortem. Et ca. 1. *Audiens sapiens sapiẽtior erit, & intelligens gubernacula possidebit.* Ecce Infra ibidem

Cap. 45. De errore Tostati Alphonsi Hispani episcopi & de republica Christiana.

Ex his dictis satis manifestus error exploditur Tostati Alphonsi uiri hispani & episcopi Abulẽsis. Est autem error, Christi legem ineptissimam esse pro instituenda, aut promouenda humana republica, forsan primo quia lites dimouet Matthei. 5. siue sermone in monte. 2. quoniam castitatem consulit quae prolem eneruat. 3. neq; propulsat iniurias, quare iustitiam legalem leges publicas de correptione Tostati Hispani positio

tollit de medio, militiam etiam. 4. submouet, pecunias diuitiasq; contemnit. 5. quæ omnia sunt humanæ politiæ corruptiones, cum his oppositis humana consistat respublica. 6. uel quia iurare prohibeat, quæ omnia eneruant humanam societatem, cum his contraria rempublicam humanam coeant, protegantq; tueantur, conseruantq;.

Cõfutatio *Sed ex dictis iam satis hic. R. præsul arguendus inuenitur & confutatus. Nempe deductum est, theologiam, quæ proprie christiana philosophia est, necessariã esse ad optimam dispositionem regni ciuitatis & familiæ uniusq; hominis. ergo ædificat optime humanam rempublicam, perfectioremq; eam promouet, quam quæuis alia facultas ciuilis. Nam cum sanctus propheta, inquit, nisi dominus ædificauerit ciuitatem inuanum laborauerũt, qui ædificant eam, nisi dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam. Sed certe dominus tũc maxime ædificat custoditq; siue promouet rẽpublicam, cum sua sapientia eam cõstruit munitq;. Non enim ciuitas idololatria uitijsq; obsessa, dei ædificatio neq; dei tuitio esse potest nisi per accidens, nõ ex intentione prima. propterea Christus, qui est dei sapientia maxime promouet ciuitatem, rempublicam construit & tuetur præ cæteris, unde in ecclesiastes. 9. de eo dicitur ciuitas parua & pauci in ea uiri, uenit contra eam, uir magnus & uallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio, inuentusq; est in ea uir pauper & sapiens & liberauit urbem per sapientiam suam, unde cõcludit. Et dicebam ego meliorem esse sapientiã fortitudine. Qui ergo tuetur ciuitatem ab hostibus, is pater patriæ, is deniq; promotor ciuitatis, & reipublicæ cõmunitor satius esse uidetur quolibet altero. Adhuc nõ solum rempublicam legibus*

Psal. 126

Ecclesiastes. 9

oportet esse armatam atq; ornatam armis, tum ob uirtutes comparendas, cum ad tuendam iustitiam nedum contra insolentes, sed etiam aduersus hostes humanos munitiorẽ, uerum etiam utrisq; illis armatißimam necesse est esse aduersus potestates spirituales terribiles insidiantes nobis non extra sed intra urbes munitionesq́;. Ergo nedũ oportet armatam ornatamq; esse rempubli. legibus & armis ijs cõmunibus humanis, sed quidẽ & magis eis armis et legibus, quibus obuiam eatur his potestatibus malignis, à quibus humanæ reipubli. incendium omne, omnisq; ruina facile infertur, at potestatibus illis tam sublimibus uires humanæ ex sese inuentionesq́; nequaquam sat sunt occurrere, ut sanctus Iob palam profitetur cap. 41. Itaq; diuinum munimen Iob. 41 *rempub. oportet auocare, quo construatur custodiaturq; ciuitas, regnum, unus & omnis homo. Paulus uerum id expreßit, quem. R. episcopus ille hispanus ut reor, ignorare non potuit. Nempe ait de cætero fratres confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius, Induite uos armaturam* Paulus *dei ut poßitis stare aduersus insidias diaboli, quoniam non* ad Ephese *est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad* cap. 6 *uersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus, unde non solum consulit sed præcipit sumendam armaturam dei, ut poßint resistere in die malo, & in omnibus perfectos esse uiros Christianos atq; humanam rempubli. Ignorantes igitur hanc colluctationem philosophi, noscentes tamen illam aliam à paßionibus internis concitatam. At qui nescientes contra utrunq;, diuinũ omnino cõrequiri munimen armaturamq; cœlestem. Leges statuerũt turresq́; cingentes ciuitates construxerunt, sed præsides, atq; militiã nõ*

ĩprudẽter quidẽ ſtatuerũt, uerũ inſufficientiã huius munimi nis neſciẽtes, dũ ſe fortes crediderũt cicederũt corruerũtq;. Quære enim Aſſyricorũ perſarũ græcorũq; monarchias, quæ carẽtes diuino fauore ad nihilum redactæ ſunt, perijtq; eorum cum ſonitu memoria, propterea ore ſonoro contra Toſtatum & philoſophos uociferamus, ſine diuina ſapientia fauoreq; diuino rempun. nullã recte conſtrui, minus que queat conſiſtere. Si uero uictores legas non nullos duces ſiue rempubli. Scias uel deo miſerante factũ id eueniſſe, ne ruat genus quod amat humanum, aut quidem, quia de inimicis ſuis contra alios ſuos hoſtes ſe uindicabat dominus im pios ſceleratosque, dum eorum impietas iam conſũmata fo ret, chriſtiana etiam reſpubli. tamdiu durabit quamdiu dei
Ex pſa. 88 optimi munietur ſubſidio cui libenter obtemperat. Si uero dereliquerint filij Chriſti ſui legem dei, et in iudicijs ſuis nõ ambulauerint. Si diuinas iuſtitias prophanauerint, & man data eius non cuſtodierint, Viſitat deus iniquitates noſtras, & in uerberibus peccata noſtra. Miſericordiam autem ſuã nõ diſperget à populo Chriſti, qui eſt dei, neque nocebit in ueritate ſua. i. ut deſtruat, ſed ut corripiat, nam neque pro prophanabit teſtamentum ſuum legem gratiæ uidelicet quã ſempiternam ſtatuit eſſe, & quæ procedunt erga Chriſtum de labijs ſuis nũquam faciat irrita, quia ſemel iurauit in ſan cto ſuo Chriſto filio ſuo deo filio hominis, hominumque re ſtauratori. Semen eius in æternum permanebit. Dicat autẽ mihi. R. dominus epiſcopus nunquid uenit dominus, ut per ſapientiam ſuam mundi rempub. euerteret, aut ut pficeret? Etenim perfecit illam Iudæorum in ſermone in monte habito, quæ præſtantior cæteris erat ut puta deo authore con ſtructa, ſublatis .n. imperfectionibus iugoque timoris, amò

ris iugum perfectionemque condidit excelsiorē, illique cop pulauit. Vis pater. Reuerēde hoc nosse de ædificatore rem pub. dño saluatore & nō subuersore, Attende quæ superius cap. præcedēte deduximus, quam ualidam fore Christi phi losophiam ad rempub. hominum conseruandam dum. 2. ue ritatem cap. illius comprobaremus quæ nunc non oportet reiterare, et etiam quæ excußimus principio huius ca. 44. Cap. 43
Amplius considera. R. præsul, quæ, pharisæos scribasq; re darguens, inquiebat saluator dñs Iesus. *Væ uobis pharisæis qui decimatis mentam, & rutam, & omne olus, & præte ritis iudicium & chkritatem dei, hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.* Approbat ergo humana statuta, quæ mores ut possunt obseruant bonos. Sed præcipit iusti tiam sanctiorem illis colligatam præesse debere, & perfectiorem quam solet, imperat illis dominari, charitatem uide licet dei. i. a deo collatam, tum quoq; in deum omnia dirigentem. Ex quo fortißima erigitur ratio contra tuam pater nitatem, quæcunq; leges reipu. inepte sunt, inualidæ, telæq; tantum aranearum esse uidentur, sine iudicio & charitate. At hæc duo solus largitur Christus in sua lege theologiaq;. Sine theologia ergo siue sapientia legeq; Christi, nulla est reipubli. salus neq; consistentia. Adhuc quæ deducta sunt à ca. 6. contra philosophos usq; ad. 43. sunt ualidißima ar gumenta cōtra te probantia, sine Christi sapientia, neq; uir tutes neq; finem politicum, sed neq; finem ultimū, quenquā hominum nācisci posse, Eæ tamen præcipue rationes, quæ ca. 23. &. 24. ex religionis uerius neceßitate, militāt admo dum aduersus tuam hanc assertionem. Nempe quo stabilis erit respubli. sine uera dei unius religione? quam maxime Christi philosophia unicamq; perdocet? Deniq; si Christi

Lucæ. 11

Ratio fortißima

Ratio optima lex inepta est humanæ reipub. quæ igitur optima erit reipub. humanæ sapientia dispositiua uel pfectiua promotrix? Ne Aristo. forsan, aut Platonis, stoicorum, aut Pythagore? forsan iudaicam restituere uelis rempub. legemq; ? At non crediderim facile te illam instaurare cupidum, nitereris in uanum, quoniam ut nosti abolita est, circuncisio, cerimonialia sublata sunt iudicialia illa deperiere, quanquam nonnulla sibi illis similia lex uel ciuilis uel canonica substituit. Venit Christus qui illam perficit legem atq; ad meliorem philosophiam, puriorēq; suos euexit discipulos, quicquid etiā boni simpliciter erat in illa perfectius maturescit in noua lege. An forsan nouam tu meditatus es rempub. unus omniū legislator supremus? uel aliquam ex illis opinaris statuere rempub. quas tamen tuus quem sectaris Aristo. (cōtempto Christo eiusq; sapidißima sapientia (absit uerbo iniuria, hæc enim dicis politicorum quandam repetens, Aristo. sententiam) omnes repudiat, suam tantum ut eleuet rempub. Nos etiam contra Aristo. satis plura inuehimus in superioribus. Tandem ut prædiximus sacerdotium, militiam, geoculturam, non improbauit dominus in lege sua, Sed ad meliora conduxit, suosq; perfectos cōstituit terminos quos imperat non prætergredi? quibus tribus omnis bene disposita sancitur respub. At neq; uera dicis, dum falsa imponis inficiarisq́; Christi legi, atq; quæ optima sunt eius reputas mala. Cum enim inquis, dimouet lites, fatemur, at hoc onus est cuiusq; bene institutæ reipubli. ciues suos in pace continere quod tamen solus Christus perficit, quoniam ut illæ Romanus orator, & recte inquit, concordia paruæ res crescunt, discordia etiam magnæ dilabuntur, nihil apud Christum, antiquius pacę ipsa, pacem ueriorem q; pacem undique spirat

Christus

Solutiões rationum Tostati

Ad primā

Salustius

Christi philosophia. An tu perbellißime præsul ciuiũ manis lites et discordias? uel oculus tuus nequam est quia Christus bonus est, pacisque nedũ amator, sed imperator, et dator? Sed forsan inquies Christi lex dimouet lites, quoniã nõ uult ad iudicem suos compellare discipulos aduersus proximum suum, fateor nolle ex consilio, Sed nequaquam præcipit nõ facundũ, quinimmo approbat factum rite iusteque licet ex charitate consulat maiori, non efficiundum. Sed in uia concordandum cum proximo. Audias facti approbationem Lucæ. 18. iudex quidam erat in terra qui deum non timebat, & hominem non reuerebatur, uidua autem quædã erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum dicens, uindica me de aduersario meo, & nolebat per multum tẽpus, post hæc autem dixit intra se. Et si deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc uidua, uindicabo illam ne in nouißimo ueniens, sugillet me. Ait dominus audite quid iudex iniquitatis dicit? In hoc certe non reprobat uiduæ recursum ad iudicem, neque sentẽtiam iudicis refellit quam etiã laudat. An tu credere uales Christum iustißimũ iudicem, iudicium rectum uelle seculi repudiare? quod laudat & statuit dum præcipit Ioannis. 7. nolite iudicare secũdum faciem, sed iustum iudicium iudicate? At Matth. 5. ait. Audistis quia dictum est antiquis nõ occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico, quia omnis qui ui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ, quibus approbat de homicidio tallionis pœnam. & auget pœnam irrogatæ iniuriæ etiam minoris in uerbis, tandem diffinit pœnam æternam non euadere si quis illati criminis non patietur in hoc seculo pœnam, uel non

Lucæ. 18

Ioan. 7

Matth. 5

pœnituerit, hanc quoque legem confirmat ubi totus cha=
Matth. 26 ritate feruet iturus ad paßionem dum Petro inquit, conuer
te gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui accepe=
runt gladiũ, gladio peribunt, & Lucæ. 6. Similiter & perã
& qui nõ habet, uendat tunicã suã, & emat gladiũ, at illi di
xerũt, dñe ecce duo gladij hic, at ille dixit eis satis est, quẽ lo
Duo potestates in ecclesia Christi cũ oẽs sancti expositores intelligũt de duabus potestatibus
in Christi ecclesia oĩno cõstitutis seculari uidelicet & spiri
tuali regia et põtificali, uidere potuisses præsul. R. totã. 23.
causam satis lucidißimã, hanc ptractãtem in ecclesiã Chri=
sti siue rempub. forensem potestatem & . 96. dist. gelasium
facundißimum pontificem hoc deffiniẽtem ca. duo sunt qp
pe. Nónne & Paulus apertißime iudicia explicat in eccle-
sia Christi. 1. Corin. 6. quamuis omnino probro afficiat chri
stianos uolentes fratres suos ad gentilium forum pertrahe-
re, & regibus ipse præcipiat obtemperãdum, præcipiente
hæc ante ipsum, principe apostolorum Petro, ut late proba
uimos contra Lutheranos supra ca. 38. & ca. 12. ad Roma.
præsidentiam statuit, atque. 1. Corin. 12. eam esse à deo insti
tutam demonstrat, & ca. 13. ad Romanos idẽ affirmat, quã
Chrtstus non abstulit, sed confirmauit, non enim eripit diui
na instituta, qui uenit facere uoluntatem patris & non suã
Sicut non eripit terrestria, qui regna dat cœlestia. Aut for=
san tibi uiro doctißimo, concordia omnino uel partiũ, quã
uocãt compromissum, protinus officiet? quod tamẽ dñs lau
dat, dum inquit Matth. 5. Esto consentiens aduersario tuo,
dum es in uia cum eo, ne forte tradat ad te aduersarius iudi
ci, & iudex tradat te ministro & incarcerem mittaris, Pau
lusq; exponit de sequestribus uel de compromisso. 1. Corĩ.
6. dum ait secularia iudicia igitur si habueritis, contempti-

biles, q sūt in ecclesia, illos cōstituite ad iudicādū. Vel forsā Vuileffitæ
cū illis hæreticis aßētiris, q negāt Christi rēp. obediēdū eē Hußitæ hæ
præsidibus, uel neq; iurādū, aut nequaquā liceat sua repete retici, &
re ī iudicio, aut p iudiciariā potestatē sine dolo, et stāte cha alij de cœ=
ritate, iniuriā nō esse ,ppulsandā, hoc qd' sciā nō opinaris, lesti episto
quoniā huius oppositū Christus ex dictis ca 38. et ,pxime la
dictis satis insinuat, quis cōsultiusq; agat, magis mereatur, q
ab oībus his abstineat pp amorē Christi, et nihilominus me
reatur si iuste, et cum charitate hæc ,psequatur, et fiat exē=
plū cæteris ne offendāt, simul ne sit tibi āplius nocumento,
uel si iustitiæ amore, et ut ,pximo reo, hic pœna incūbat mi
tior, q̄ altero seculo horribilis et æterna. 2. rō minus ualet.
Et. n. apostolis atq; pinde episcopis sacerdotibusq; ppetuā Ad. 2. obie
cōsulit cōtinētiā, sed qdē uiris pfectis idētidē inculcat, q ut ctum To=
Paulus īquit, tātū q̄ dei sunt excogitāt curātq;, at cæteris li stati
berā optionē esse nō ,phibuit. Accedit & qppiā mirabile,
qd' tibi cōpertū eē nō ignoro Hispanæ uir doctißime, Chri
stū deū sciuisse suā augere rēp. nō ex uirili ,ppagatione tan
tū, sed de spūs sancti semine eādē regenerādo, augere ,pmo
uereq;. Cui si desint ex ,ppagatione hoīes geniti, uelut mate
ria regenerationis spiritalis, tunc ex lapidibus sibi Israeliti=
cū semē. i. credētis in deū generationē suscitabit, ergo & si
,phibeat matrimoniū (qd' tñ nō uerū est) multiplicabit tñ
rempu. suā plusquā arenā maris stellasq; cœli, spūali regene
ratione. Matrimoniū tñ approbauit pfecitq;, ad unitatē re= Matth. 19
degit, atq; ad īdissolubilitatē, nisi tu dñe. R. doctor maluis=
ses, uel iudaicū diuortiū pmāsisse, qd' Lutherani uolunt, aut
bigamiā uel pentigamiā magis in rep. christiana. Tertiū di Ad. 3
lutū est satis in primo, In quarto mēdaciū dicis, qūo exibilat Tostati
Christus militiā quos ad suū, spirādo īmisit, præcursorē, au Ad. 4

dituros regulas militie iustæ?quorũ centuriones exaudiuit? pieq; eorũ miseratus ad fidẽ traxit & saluauit?cũ duce Lazaro militeq; sæpius mãducauit, & cõuersatus est?quẽ amicũ appellare dignatus est?Vel forsan opinaris iniustã oĩno militiã fore?atq; cũ illis asseris hęreticis qa pręliãdũ astruãt
Vuicleffite christianis à Christo ꝓhibitũ?Sed hoc de hispão nõ opinor
huscite hoĩe, Cuius cõprouĩnciales cõuicaneiq; nedũ milites esse uelint, sed ostẽtẽt militiæ hoc æuo se fore principes, et magis, ne fures esse excogitẽtur ab hoĩbus cæteris, turmatim q̃ nõ sua sunt querũt, uel cũ potestate, sicut et alij omni ætate consueuerũt facere milites, ut criminis furto hac umbra rei nõ fiãt. Immemores ne dicã dei. Sed uel pyratę illius cũ magro Alexãdro, dicacis uerius tñ disceptatiõis, militiã ergo chri
Ad. 5 sti apostoli aduersus aĩam uetare nouerũt, Sed bella dei ciere nõ interdixerũt, quorũ ductor. O quotiẽs diuus Iacobus Cõpostellanus, & hostiũ uictor uoluit esse, est ipse tñ. 2. in
Ad. 6 ter apostolos dñi, ad. 5. satis supra dictũ est dũ de beatitudinibus disserebamus, nõ. n. diuitias abijciẽdas iubet, sed cõcupiscẽtias earũ sapiẽter refrenat cõtra uulgũ & pharisæorũ auaritiã, præcipit tñ suis prædicatoribus strictissimã paupertatẽ. Ad. 6. solutio psal. in ca. significasti, de electione. Scias quoq; assertionẽ tuã. R. P. fuisse olim paganorũ uulgarẽ ĩstãtiã aduersus rẽp. religionẽq; christianã, eã infamãtes uel inutilẽ humanæ reip. nulliusq; utilitatis. fuerũt tñ doctissimi plures, sapiẽtesq; christiani philosophi, q eã stipulã gẽtiliũ, facile cõbusserũt, inanẽq; eẽ ostẽderũt, lege sanctũ martyrẽ Iustinũ, atq; ꝑ doctũ senẽ Tertullianũ in apologetico ca. 42. Vñ caueas, ne idololatris in hac iniusta causa pa
10. Obiectio trocineris. Doctissime præsul. Caput 46.
Decima dubitatio est, quia dictum est, ca. 42. quod cum

fide non stat dubitatio. Cuius oppositum subtilis Ioannes astruit & diuinus Thomas, Bonauentura Seraph. & alij. Respondeo alias dum minoritæ Ioannis et excelsi doctoris expanderemus in scholis panhormitanis minorum fratrũ, sententias, dicere cõsueueramus, non excludere fidem, oẽm dubitationem, sed tantũmodo uincentem & trahentẽ in oppositum credibilis, & hæc doctor subtilis perhibet. 23. distin. 3. ad. q. conclusione. 8. unde subreptitia & leuis mobilis atq; facile excludẽda potest cum fide suboriri dubitatio, utpote à carnis remurmuratione, aut alia tentatione irrepta, quam fides uincit suo maiori merito ut prædiximus libro. 2. de eucharistia, ca. Nũc addimus id uerum esse si quando non ita constat nobis inesse infusam fidem, cuius nota existentia protinus nos certos facit fidei obiecta complexa esse uerissima indubiaq;, quia ab infallibili deo reuelata, & hoc ibidem isdem doctor astruit, conclusione. 9. & 10. 3. asserimus de obiectis ueris fidei infusæ non cõtingit dubitare Augustino teste. 1. de doctrina christiana, cap. 37. quoniam scimus ipsa à deo infallibili, esse relata, at de intellectu eorũ potest esse dubitatio, doctoribus uario & quandoq; aduerso modo eadem interpretantibus ut patet in multis. Sed cũ doctor subtilis dum illa affert uerba. 23. & 24. distin. 3. nõ magis de infusa loqui uideatur. Idcirco. 5. dici potest ad acquisitam fidem uerba illa referenda, ex quo sequitur. 6. dubiam esse posse mẽtẽ inferiori portione circa fidei obiecta uera dum tentatur circa ueritatem earum, uel à carne, uel tyranno, uel dracone, uel à sophista &c. quæ tamen certissima erit superiori portione, et his similia multa sunt in theologia uera hinc ĩde certaq;, incertaq; sicut est exẽplũ Aug. ad hoc de eo qui in mõte, superiorem lucidum intuetur ae

Solutio Tho. 2. 2. q. 2

Vide Ioan nem car melitã. 4. q. 6. prolo gi ad hoc, Vide Augustin. de Anchona,

Vide archiepiscopi. 3. per te Lib. 2. de eucharistia

rem, inferiorem uero nubilosum & obscurum.

11. Obiectio — 11. *Dubitatio contra dicta in ca. 6. uocatur enim in illo sæpe originale peccatum connaturale, ergo uidetur indelibile, quoniam connaturalia esse uidentur perpetua, insuper dicitur in eodem quod uestigiũ originalis culpæ. infectioq; permanet etiam in iustificato.* Respondeo *est connaturale, quia cum natura immiscetur supposito.* Vt Thomas, Aug.

Solutio — 4. *hipognosti principio, et alij recte opinantur, uel quia sit naturæ uitium, non tamen inseparabile est, sed per meritum* Christi *à psona remoueatur sacramẽto baptismi totũ qdẽ, quia indiuisibile est.* Similiter *fomes, uestigiũ eius uocatur sicut cicatrix ex inflicto uulnere uocatur uestigium, infectioque dicitur, eo, quo, concupiscentia peccatũ apud* Paulum, *expositore* Augustino, *solet nuncupari, eritque in patria sine fomite & imperfectione, æqualis & cõsona rõni.*

12. Obiectio — 12. Dubitatio, *dictum est uirtutes in paganis fuisse esseq; peccata in cap. 31. 23. 29.* At *hoc uidetur iniquum.* Est *enim actus bonus de se, qui continuari potest ab eodem cathecumino & baptizato.*

Solutio — Respõdeo Ambrosij *sunt illa uerba et* Augustini, *possunt tamen exponi. i. sunt cum peccato permixte originali uel etiam mortali, uel deniq; sunt peccata, quia non perfectæ uirtutes, quanto. n. elongantur ab ultimo fine & fide dirigente, tanto accedunt ad extremum uitiosum. Alij alter dicunt & non male, nempe optima primaq; circunstantia finis ultimus in illis eorum deficit uirtutibus, ideo dictũ est sæpe ea esse. 2. quid uirtutes, depictasq; magis, quam simpliciter, ueriores q;* Augustinus *ait super id omne quod non est ex fide.* Roma. 14. Vbi *deest agnitio ueritatis, falsa est uirtus etiam in bonis moribus.*

13. Obiectio — 13. Auerrois *cõmento. 36. 3. de anima & . 5. & episto-*

la de beatitudine, ponit fœlicem hominem esse posse per sciẽ tias speculatiuas oẽs moralesq; atq; uirtutes quibus, adeptis, intellectus agens poßibili unitur ad fœlicitatem, atq; abstracta percipit per essentiam. Respõdeo error errorem in uoluit, & falsitas falsitatem aucupatur, ex intellectu unico in omnibus impoßibiliter dicto, illud aliud chimericum de beatitudine opinatus est, quod adhuc stultißimi hominum Auerroistæ, & anathematizati pluries, sed & nephandißimi, intelligere nõ potuerunt, præbeant quæso unum talem fœlicem beatumq;, & credimus eorũ falsitatis principi, præbeant quoq; unicum omnibus humanum intellectum? Ideo gratias agimus Christo reuerlanti, qui nos a tot eripuit philosophorum erratis. Solutio

14. Dubitatio uidemur abnegare uirtutes morales præter fidem, & non fuisse neq; esse in gentilibus philosophis, quod uidetur. s. Thomæ. s. Bonauẽturæ, subtilißimo aduersari minoritæ Ioãni, omnibusq; theologis (uno dempto Ariminense Gregorio) immo Augustino & Basilio, nec probas. ca. 33. hoc. Respondeo de hoc dubio dicemus lib. sequẽti aduersus Pelagianos & Iudæos, nos etiam non negamus in illis uirtutes fuisse morales, sed admittimus imperfectas omnino atq; depictas esse & secundum quid, comparatione ad christianas uirtutes uerißimas, quæ sunt cum pietate & religione uera, consulto etiam omisimus probare. 2. & 3. ueritates in ca. 33. quoniam patent ex ca. 29. usq; ad. 32. et quia lib. 2. de illis. 14. Obiectio Solutio

15. Dubitatio est contra ea quæ dicuntur, ca. 24. quod apud Iudæos uera non fuerit religio, oppositum huius beatus pater Augustinus epistola. 49. ad deo gratias habet. q. 2. nempe enunciat eandem esse nostram religionem & Iu- 15. Obiectio

Solutio deorum. Respondeo non negaui Iudæorum religionem ueram esse religionem cum eam deus instituerit religionem, uolueritq́; sic, tunc temporis cœli, dixi etiam non ita uteriorem fuisse exterius, sicut nostra hodie quæ magis habet ueriora efficaciora & spiritualia magis sacramenta, atq; sacrificium unicum aptissimumq́; quod semper exoptauit dominus, quodq́; ab illius temporis sacrificijs significabatur. Itaq; obiectiue eadem raligio eadem fides spes & charitas exteriori protestatione tamen uariata est, & ab imperfecto ad perfectius diuinum cucurrit consilium, ut eadem profite

Augusti. epistol. 49 tur Augu. epistola. 49. Neq; eadem, hoc quærit Augustinus, sed occurrit paganorum obiecto quærētium quare, uariat ritus Christus et lex christiana, quos deus in ueteri testamēto sanciuit: unde ipse & nos fatemur apud spirituales Hebræos eundem ritum esse tunc in spiritu et nūc, sed apud carnales Iudæos non intellectum. huius ergo uarietatis cōsilium deo tribuamus, nobis obediētiam teneamus, hæc ille.

16. Obiectio. 16. Dubitatio, quoniam dictum est cap. 22. in deo esse uirtutes morales. Ac tamē Augustinus opinari uidetur epistola. 52. ad Macedonium, in uita beata non prudentia nec fortitudo nec iustitia, nec temperātia erunt, quoniam harū obiecta non erunt, concludit inde, Vna ibi uirtus erit & id ipsum erit uirtus & præmiū. s. adhærere deo, cuius rapsodi

Solutio dam explicauimus supra ca. 41. Respōdeo. Non sunt plures uirtutes in officia plura, quia tantum in patria erunt decus & perfectiones, quippe unius uirtutis erit ibi actio. s. charitatis, qua deo feliciter æternitate copulabimur. Sunt igitur plures realiter, sed actiones earum omnes in unam transumuntur charitatem, si tamen iubente deo essent operariæ, diuiniora per eas homo felix patraret opera, qualia decent

beatos, intelligo non erunt officiales contra paßiones, & hoc probat Augustini perspicacitas libello uel epistola illa.

17. Dubitatio est contra titulum libelli. Apellatur enim in eo archiepiscopus Panhormitanus regni Siciliæ metro polita. at hoc uidetur nimis superbum, sunt enim in eo. 3. archiepiscopales sedes, illis duabus uidetur præiudiciũ fieri, dum uni tribuitur, quod pluribus conuenire debet. Respondeo ex determinatione cõcilij calcedonẽsis actione. 13. Lite uertente inter antiquiorem nicomediensem archiepiscopum Bithyneæ prouinciæ Metropolitanum, & Nicenũ nouiter archiepiscopum factum, conquerente autem Nico mediense archiepiscopo, quod sibi honos subtrahatur à Niceno & dignitatis prærogatiua, concilium sacrum rogabat iustitiam diffinire, canonesq; seruandos. Sancta Synodus clamauit. Canones teneant, Canonibus satisfaciant. Actius. R. episcopus Nicopolis ueteris Epiri dixit, Regula ita præcipit, ut in unaquaque prouincia metropolitanus habeat potestatem, & ipse constituat omnes, qui in ea prouincia sunt episcopos, et ipse est sensus regulæ. De Nicomediẽsi uero, quoniam ab initio metropolis est, oportet eum omnes episcopos in eadem ordinare prouincia. Sancta Synodus dixit, hæc omnes uolumus, hæc omnes suplicamus, hæc ubique teneant, episcopi pontiæ dixerunt, canones unum sciunt metropolitam antiquiorem. Et manifestum est, quoniam religiosißimo episcopo Nicomediæ ordinationes competunt, quia & leges (sicut perspexit & uestra magnificentia) nomine metropolis solummodo honoraue- runt Nicænum, & præponitur reliquis episcopis prouinciæ, honore solummodo. Sancta Synodus dixit, regulariter docuerunt, bene docuerunt. Omnes hæc ipsa dicimus. Glo

17. Obiectio

Solutio

Diffinitio concilij calcedonẽsis

riosissimi iudices dixerunt authoritatem quidem metropolitanæ inter ecclesias Bithyniæ ,puinciæ nicomediensis. R. episcopus habebit, Niceno habente honorem metropolitani tantūmodo, Subiacēte autem ad exemplum aliorum episcoporum prouinciæ nicomediensi. Hoc enim uisum est sancto concilio. Vnde ex his patet in prouincia Siciliæ si tres sunt archiepiscopi duo quidem erunt eo honorati nomine, unus uero eorum, qui primus & antiquioris metropolitanæ est Antistes ecclesiæ, erit re & officio & potestate potior, cui cæteri obedire teneantur, quamobrem ab eadē sancta synodo non nouus sed antiquus renouatus est canon, qui. 12. inter canones plures calcidonensis concilij annumeratur sic præcipiens, Peruenit ad nos quod quidam præter ecclesiasticas ordinationes, affectātes potentiam, per pragmaticum sacrum, unam prouinciam in duas diuidant. Et ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in una eademq; prouincia. Statuit ergo sancta Synodus, deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo, eos uero qui talia tentauerint cadere de proprio gradu. Inter tres autem archiepiscopos prouinciæ Siciliæ panhormitanum esse metropolitanum uetustiorem primūq; uel eo patet argumento extra de officio legati in ca. quod translationem, decretalis est Innocentij. 3. ad cardinalem legatum in regno Siciliæ, qua arguit eundem legatum qui tentauit subijcere archiepiscopū eundem messanensi cui primatum dare uolebat in Siciliæ prouinciæ, quod contra canones omnino erat, qui metropolitanum eum uerum constituunt re & nomine, siue potestate & nomine, qui uetustiori præest ecclesiæ, non est autem dubium archiepiscopalem authoritatem dignitatemq; panhormitanæ ecclesiæ priorem uetustioremque esse, nominali tantum

Corolla.

Canon. 12 Chalcedonēsis concilij

Extra de officio legati

tantum archiepiscopali messanensi sede. Amplius ipsi sunt uetustißimi canones. dis. 18. multi annumerati decernētes in una prouincia per unum primum metropolitanum congregandum bis uel ad minus semel prouinciale concilium, Mōstruosum autem esset in una prouincia plura simul esse concilia uel celebrari, esset enim scismatis occasio, sicut sacrilegum putatur & scisma, duo simul generalia concelebrari concilia. Item unius moris religiosorum siue clericorū uita debet esse in una prouincia, sicut & diuini officij una celebratio cōsimilis, quæ oīno in ea prouincia qua plures sint metropolitæ omnia euacuantur. Et hoc canonibus eadem distin. productis aduersatur. Iterum quæ ratio capit ut plura prima capita sint unius prouinciæ sine ordine aut analogia, tūc enim quod unus firmabit alter disformabit; Et alio construente diruet alter, & dum unus eorum hæresim cōfutat, alter eam approbabit hæresim, unde à tēporibus apostolorum ut in Clementis epistola legimus unius prouinciæ unus primas, siue metropolita, aut archiepiscopus tantum constitutus est, & dicam humiliter cum saluatore, quod autem his abundātius est à malo est. i. ambitus causa intrusum est. Vnus ergo omnino primas est in una prouincia. Neque etiam puto sanctam sedem apostolicā aliter instituisse, quā Canon. 35. apostolorum percensuit, quo primas unus tāquā unum caput in qualibet prouincia habeatur episcopus, quē sciant, cuiq; obtemperent omnes illius episcopi prouinciæ, quem canonem calcedonensis, ut patuit, synodus innouauit. Ni uoluerit ex una plures facere prouincias, quod an expediat ipse uiderit, ego opinor cum iudicio calcedonensis cōcilij tantum nomine et non potestate plures esse archiepiscopos in una prouincia, omnes uero uni primo sub esse debe-

Distin. eadem. 17

Canon. 35 apostolorū

re illius ꝓuinciæ metropolitano, qđ ſi à ſede apoſtolica ali ter fuerit inſtitutū, ego id eligo obſeruandū, quanquā plus ra ſequantur inconuenientia uidelicet nunquam in una pro uincia unum fieri poſſe prouinciale concilium, quare neque mores corrigi aut iuxta canones alioquin cōuiuendum eſſe uel ægre. Niſi timeat aliquis ne uno ſtante primate in pro= uincia una, aliquid certe dignitatis cadat à potentiſſima apo ſtolica ſede, ſed ſciant omnes id tantum poſſe poteſtatem ec cleſiaſticam quod iuſtum eſt, quoniam ſolum id à deo ratū habeatur, id autem non poteſt quod à deo ratum nunquam erit, nam cum ſibi dicitur quodcunq; ligaueris ſuper terrā erit ligatum & in cœlis proculdubio recta ligante ratione iuſtaq; obaudiri debet. Sic eū ſancti intelligunt, quod theo logi, claue non errante, ſimul & canoniſtæ omnes uno ore explicant, præterquam deus erit iniuſtorū approbator acto rum, ſimul & iniquarum legum ratam habebit cenſuram.

18. Obie= ctio 18. Dubitatio quomodo uirtutes ſunt connexæ. Reſpō deo in primis illis generibus intellexi connexionem, non in

Solutio ſpecialiſſimis ſpeciebus earum. Nempe ſic rationes, autho ritatesque ſanctorū concludunt, ita quoq; ſunt una alteraq; alius circūſtātiæ. 2. etiā intelligo, quoniā ex lege diuina. Hu manaq; debent eſſe cōnexæ, oppoſitū uero eſt ab inſipiētia.

19. Obie= ctio 19. Dubitatio eſt, quæ ponitur ex his quæ ca. 5. contra Ciceronis diffinitionem de philoſophia. Nanq; frigidiſſi= me cōfutata eſt, neq; ut magiſtrorum eſt diſciplina. Verior data eſt philoſophiæ diffinitio quod tamen efficiūdum erat

Solutio illa confutata. Reſpōdeo tumultuaria manu Ciceronem, eo in loco inſecuti ſumus. Verūtamē quæcunq; appoſita ſunt aduerſus alios philoſophos probātia īutilē philoſophiā uir tutesq; morales ad iuſtificationem, illa eadem in Ciceronē ualida eſſe liquet. Nempe quæ eſt philoſophia uitæ ductrix

& uirtutum indagatrix uitiorumq; expultrix? aut quæ spe culatiua uel moralis? Non equidem prima, ut omnes sapiũt, nos etiam contra Auerrois insipientiam illud manifestaui mus eodem, ca. neq; moralis, ut reliqua post illud pre totũ ostentant, cap. Amplius ca. 22. satis ex Ciceronis sententia excutitur hæc diffinitio similiter Cornelij nepotis & Sene cæ, quibus arguuntur philosophi de inepta uita & impio philosophandi magisterio. Item quam philosophium laudat Socratis & Platonis ne? & hanc. 18. ca. improbamus sicut Pythagoræ & Mercurij, uel Aristotelis? quã eandẽ illo & sequentibus cõculcamus capi, simul et stoicorum, Item mor tis est dux philosophia ut quæ stoicorum, & nos ca. 41. re fellimus eãdem per Augusti. luculentã dialeticam ad Mace donium epistola. 52. Vitiorum multorum mater, ut declara mus supra cap. 18. plerarumq; uirtutum est quoq; extermi natrix, ut ibidem deduximus, fuit quæq; tot sanctorum pa trum uita sine ea ut declaramus & satis ante eam philoso phiam philosophorum gentilium, ut ca. 17. explicatum est, sed neque legum inuentrix unquam fuit ipsa, sapide cum ho minum uita recta concordantium, quinimmo aut oĩno eius sapiunt leges tyrannidem aut idololatriam, uel denique tan tam in honestatẽ infamiamq; ? ut omnino indignæ sunt quæ ab hominibus audiantur ne dum obseruentur, quales Pytha goræ, Socratis, Platonis, & Aristo. leges sumptatque stoi corum plures. Cum autẽ sine religione uera, omnes fuerit uel Romanorum aut Athenensium, Spartarũ, Thebarũq; aliorumque philosophia simul & respub. ut probatum est à ca. 23. & inde, idcirco Ciceronis diffinitio philosophiæ, Simul cum authore ipso satis ex dictis improbata est. Phi losophiæ uero diffinitio potissima eius est quæ & sapientiæ

Augusti.

Philosophiæ et sapientiæ diffinitio uerius, de qua dictũ est, ca. 24. et. 23. c. 31. Ex Ambrosio libro de paradiso, ca. 32. & Gregorio; sapiẽtia ergo est fons uitæ fons gratiæ spiritalis, fonsq; uirtutũ, q̃ nos ad æternæ uitæ dirigit cursum est dei cultus fide spe charitate latria sacrificio et obedientia. est tandem amor dei. Philosophia igitur huius sacræ sapientiæ notio est, & amor atque cultus, Vel denique uera philosophia est dei ultimi finis nostri notio saprema, uirtutumque optimarum actionũque, & quorumcunque mediorum attingendi illum, religionis quoque sapientia uera.

20. Obiectio

20. Dubitatio est, contra ea quæ, ca. 21. prolata sunt de diffinitione uirtutis, nam inficitur. Aristo. diffinitio, improbatur etiam uirtutem in medio consistere. Ac tamen sapientes theologi utuntur ea, Illamque tuentur.

Solutio

Respõdeo, ægre à theologis illa protegitur diffinitio, tandem cum sale euangelico, necq; aliter. Nempe uarij uaria opinatur de uirtutũ

Medium uirtutis quomodo intelligatur

medio, quidam eas posuerunt in medio reali alij in medio rationis, plures opinantur persistere medium uirtutis in indiuisibili, multi in medio diuisibili. Peritiores non nulli arbitrantur. i. medium uirtutis non esse medium inclusione perfectiua, neq; coniunctione extremali, minus etiam participatione extremorum, sed tantum abnegatione extremorum.

1 rum. 2. opinantur quod uirtus est medium rationis, secũdũ proportionem, quo ad nos, ut sapiens determinabit & intelligunt medium rationis. i. à ratione regulatum. Secundũ proportionem uero audiunt uel in ordine ad subiectũ, aut in ordine ad obiectum, uel ad circunstantias; aut deniq; in ordine ad finem. Quo ad nos autem intelligunt, aut respectu bonorum animæ, uel bonorum corporis, uel bonorum extrinsecorum, aut respectu polititiæ siue bonorum reipu.

3 Tunc asserunt, quasdam uirtutes non esse medio ex parte

obiecti, sed ex parte circunstantiæ, ut fortitudo, nempe quia ex parte obiecti habet extremum in superabundantia, quo niam ultimũ terribilium aspicit obiectum. Aliquæ uero *habent defectum in extremo obiectũ suũ, ut uirginitas.* Alia *non habet medium neq; ex parte obiecti neq; ex parte circunstantiarum, ut latria uirtus, nonnullas uero habere medium ex parte obiecti atq; circunstantiarum, ut temperantiam, deniq; concludunt, quasdam uirtutes habere supabũdantiam & non defectum ut fortitudo, quasdam ecõuerso, ut uirginitas, quasdam plus de superabundantia, ut latria,* 4
quasdam plus de defectu ut temperantia. Tandem *asserunt* 5
medium uirtutis comparatione ad rationem formalem quid ditatemq; in indiuisibili consistere. Item *comparatione ad circunstantias similiter in indiuisibili perseuerat.* Sed *in or-* 6
dine ad extrema uitiosa non cõsistit in indiuisibili. Atq; *ad extrema (ut dicunt) uirtuosa, neq; etiam in indiuisibili uirtus persistit, nanq; aliter nunquam fieret accessus medij ad extrema secundum magis & minus, at uirtus quandoq; magis quandoq; minus accedit ad extremorum alterum, quod magis uirtutis habet rationem, hæc* Franciscus *illuminatus 3. distin. 37. par. 6. q. perscripsit. hæc diuinissimo* Thomas *12. q. 64.* Non *discrepat Seraphicus sanctus* Bonauentura Franciscus
3. distin. 33. Ego *uero cũ magno Augustino humiliter pro-* 3. dist. 37
fiteor difficillimum esse, medium inuenire uirtutis ut phi- Opinio
losophi putant, insuper astruo bonitatem moralis habitus authoris
esse ab extrinseco uidelicet penes conformitatem ad rectam 2
rationem. sicut malitiam euenire puto etiam ex deformitate uel dissonantia ad rectam rationem, at optimum, malo non opponitur secundum mediũ. sed secũdũ extremum, ergo cũ uirtus sue bonitatis ratione sit optimus habitus. Igitur *ex* 3
ratione suæ bonitatis non consistat in medio, sed est extre-

4 mum. Amplius uirtus non est medium paßionũ actionũq;,
de sui natura, nempe actus exceßiuus paßioq;, & modera
5 ta, sunt eiusdem rationis. 5. cum dicunt medium tenere uirtu
tem, tantundem est, ac si dicant. i. circa paßiones uel actio=
6 nes moderatas est & ita intelligunt obiectiue. At cum scia
mus in patria esse uirtutes, & in Christo fuisse uirtutes, nõ
moderantes actiones neque paßiones exceßiuas ut manife-
7 stum est, propterea arbitratus sum. 7. nequaquam de sui na
tura aut. 2. substantiam uirtutem esse mediocritatem, sed ab
extrinseco sibi hoc euenire, utputa quia quandoque eas exi
re oportet ad actus moderatiuos, paßionum uel actionũ ex
cessu siue defectu exorbitantium. Hoc uero non in sta=
tu innocentiæ incumbebat uirtuti, Neque in angelis, neque
in deo, neq; in beatis, nec in heroicis uiris, sed neque omni
uirtuti puta nõ latriæ, neq; charitati, minus uirginitati, neq;
euangelicæ paupertati, nec humilitati, minus mansuetudini
8 siue euangelicæ mititati. Itaque accidit sibi hoc, & ex ex=
trinseco aduenit, atque occasiõe præsumpta ex peccato ori
ginali, è quo ut præfatum est paßionibus actionibusque no
stris impreßio, uestigium, fomesq; relictus est, quo exorbi
9 tanter & in effrenatim progrediantur ab homine. Labo=
rant deniq; nostri theologi in defendendo Ari. diffinitionẽ
de uirtute, quorum laborẽ ego nõ æmulor. Sed plane, Ma=
gis maiorq; sapientia theologorum effulgeret. Si medium
uirtutis aliunde. i. in Christi philosophia, immo in Christo
10 ipso perquirerent. Cum enim Christus sit liber uitæ, uirtu
tumq; exemplar unicũ. Speculum. n. est sine macula omniũ
laude dignißimarum perfectionũ. Cur per diuerticula phi=
Christus losophorũ multumq; à recta sapientia distantium abire po
tius eos delectat? quam per propriorem rectioremq; sapien
tiæ uiam, quæ Christus est, dum de uirtutibus agunt? qui do

ctor, largitor, exemplar earum est, primusq; .i. optimus, si=ue errore, sine labore uirtutum magister atq; patrator. suos enim sectatores oppido facit suauiterq; replet omni uirtute pulchros decoros, atque faciliter optimarum actionum dige stores, quoniam ante ipsum, multo labore uenantes uirtutes non reperiere homines perfectas neque ueras. 11. Idcirco 11
astruo tandem. Si medium uirtus habet, Christus est mediū ipsum. 12. Opinari ergo uirtutem in mediocritate consistere tantundem intelligo. Ac si dicam uirtus consistat in Chri=sti imitatione, qui medium est, qui sapiens est atque opti=mus uirtutum author, determinator, & doctor. Quis enī huius mundi sapiens quamuis doctißimus, sine Christo aut Christi spiritu noscē queat & determinare uirtutum regulam primam exactißimam stabilemque, aut medium quidem firmum, quod nunquam expertus est neque secun=dum omnium consensum de una quaque uirtute poßit cen=sere, A deo igitur id obsecrandum est haberi. Sed quoniam uirtus magis opere quàm lingua docetur, deus uero inuisi 13
bilis & si potentißimus sit uirtutum operator, tamen ut nos, aptißimo humano more, doceret, uisibilis fieri uoluit, quomodo docendo & operando uelut sapientißimus ar=chitector morum magister esset idoneus, ideò ait dominus ipsum audite. Hanc igitur dubitationem annotauimus, ne credant hæc nos ignorasse, theologorum nec omni quaque dispiciendo laborem desumptum pro uirtutis diffinitione medijq; uirtutū protectione, audiuimus. n. isthæc oīa et sæ=pe de eis disserēdo, scribendo quoque pleraque cōtulimus. Tādēque in hāc ut theologū decet sñiam libēter puenimus Christū nostrū esse mediū uirtutis, atque sapiētißimū unicū à cuius determinatione. & cōformitate notioneque uirtus ipsa nescēda atque pariūda nobis erit. 15. Cū igitur ad Chri

Christus est mediū uirtutum

Vna causa rum quare christus in carnatus est

Conclusio finalis

ſtũ noſtrũ, ꝑ ſapiẽtiã fidei eleuabimus mẽtẽ noſtrã facile nobis ꝑuiũque erit uirtutis mediũ iter, nẽpe ipſum Chriſtum, Ambulãtẽ ꝑ medias uirtutes, atque extrema quæque exorbitãtia calcãtẽ intuemur abijciẽtẽque, Itaque poſt ipſum, et ꝑ ipſum, & cũ ipſo, eãdẽ regiã ꝑgentes uiã, pleni uirtutibus ſanctique, tum uero heroici euademus per omnia, cui ſit laus et gloria ꝑ infinita ſecula ſeculorũ. Amen. Finis.

Humilis Fratris Franciſci Vita Polintij ordinis minorũ Siculi de ciuitate Pactarum (quæ olim Tyndaris) de iuſtificatione contra hæreticos & philoſophos. Explicit liber primus. Soli Deo honor & gloria.

Attende lector in hoc primo libro multa diſputari contra Lutherarios hæreticos, ſed quaſi per tranſennam & ex incidenti, quoniam. 3. liber armatur totus contra illos.

OPTIMO MAXIMOQ; DEO ET DOMINO IESV CHRISTO OR-bis restauratori de datis donis dicate primitiæ A Polintio minorita.

Caput primum.



VITAM Perpetuam quam nobis sacro santa adorandaq; largitur eucharistia, & emanuelē, id est, nobiscum deū: nouatores hæretici ueterumq; heresum diffusores, à nobis suffurari mollientes postquam uarios perfidiæ infidelitatisq; immiserunt errores in area domini: Nouißime pestiferam ab orcho hæresim impijßimamq; reuocarunt qua blasphemant in sancta eucharistia corpus domini nostri Iesu Christi uere & realiter non adesse. Cum igitur à multis (proh dolor) tulerint dominum nostrum: Nisi a catholicis uno paßim agmine ob uiam eatur, profecto maximi optimiq; dei, & domini nostri Iesu Christi necesse est in breui latria ruat in aquilone. Vidi equidem uidi, et quod mœstißima mente prospexi nō nullos Christianorum satrapas dum sacra agerentur in templis & patri Deo agnus immolaretur immaculatus Christus inhonoros diuertisse uultus, uulgus marium fœminarumq; promiscuum sacrosanta altaris mysteria in aquilone irrident, quibus improbi flamines & concionatores suaserunt impie opinari de adorabili etiam angelis euacharistia. Cum cæteris igitur sapientibus impatiens tanti sceleris ultor, excogitaui armis militiæ nostræ contra impios sacramentarios (uos aio nouos pharisæos Hæreticos luteranos) aciem ulciscentem componere literariam, rationibus uidelicet ualidißimis, innumeris scripturæ locis, concilio- Editionis causa

rum oraculis plurimis, atq; sanctorum patrum clangentibus tubis copias armare fideles in debacchantes hæreticorum uesanias.

Oro *igitur fratres omnes catholicos ut conceptum semel spiritum bonum suis foueant precibus, mihiq; minorum minimo aspirantem* Dei *gratiam a principio usq; in finem exorantes obtineant.* Amen.

Intentio authoris — Mens *est hoc opusculo non omnes errores in eucharistiam persequi, nam plures perfecerunt hoc bellum.* Nos *quoq; postponimus aberrantes de eucharistia hæreses, circa materiam eiusdemq; formam, quas catharei Græci armeni manichei cathafrigæ aquarij obphitæ artoclinitæ peputiani ualdenses patereni & qui dicti sunt paneistæ, quiq; alij diuersas reprobo eorum sensu commentiti sunt de hoc sacramento insanias falsas:* Tantummodo *latrhncolos eos intẽtio est dissipare Carastaldium et* Oecolampadiũ *suosq; qui præsentissimum deum nostrum, corpore & sanguine coexistentem in sacramento altaris a nobis auferre contendunt.* Pluribus *quidem uijs uelut structis aciebus, per quarum primam originem inuentionis huius priorem sicut ab ouo, ut dicunt, retexemus simul & oppugnabimus.*

PRIMA VIA. Cap. 2.

Prima hæresis Sup psal.54. — Origo *falsitatis eiusmodi est prima hæresis quæ magno referrente* Augustino *aduersus hoc admirabile sacramentum fuit aliquorum Christi discipulorum in Capharnaum, ij quidem audientes domini uerba de pane cœlesti uitam dante cibo digniori satisquàm fuerit manna orante* Moyse *traditum patribus petierunt ab illo hunc semper habere panem, dixitque illis* Iesus, *ego sum panis uitæ, murmurabant ex hoc ergo* Iudæi, *quia dixerat ego sum pa*

Prima Christi collatio

nis uiuus qui de cœlo descendi & dicebant, nonne hic est filius Ioseph? quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi? Ex quibus compertum habemus dum primam huius sacramenti ueritatem Christus concionatur, Capharnaitæ abnegant eius diuinitatem purumq; hominem Christum esse astruunt simulq; de uirgine natum inficiantur. Quam obrem noui Capharnaitarum sectatores uelim aduertãt, dũ ueritatem panis cœlestis in hoc sacramento subuertunt, ne Christi diuinitatem persequãtur partumq; uirgineum: qui etiam si perspiciant: diuinum Christi responsum quo illis inquit nolite murmurare inuicem, nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Enimuero intelligent se cũ Capharnaitis a domino de infidelitate argutos, atq; de eius potentia & diuinitate ambiguos esse non debere, ideo subdit & ego resuscitabo eum in nouissimo die: Nempe solius diuinitatis est opus rediuiuos facere homines ab utraq; morte de qua ille intelligebat: Et confirmans sermonem suum de pane cœlesti quem se prædixerat esse: recenset hunc eos nosse non posse nisi docibiles deo fierent per fidei lumen .s. immissa illis a patre, qui ergo non credunt non intelligunt, ut inquit propheta: quotquot ergo negatis huius ueritatem mysterij uere infideles estis. Esa.6

Deinde cum capharnaitis et uobiscum nouatoribus hæreticis secundã aggreditur de huius uirtute mysterij disputationem. Et inquit panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. litigabant Iudæi dicentes quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad mãducandum: quibus de impotentia illum insimulant: quare & uos nouatores Christum deum cum Capharnaitis de impotẽtia simul increpatis, pro

Secunda Christi collatio

pterea uos, & illos in geminato ueritatis iaculo percellit Deus & ait. Amen amen dico uobis nisi mãducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem nõ habebitis uitam in uobis:uos itaq; incredulos nouatores iureiurando Christus affirmat, mortuos esse, quoniam non creditis sub tanto mysterio carnem manducare filij hominis eiusq; sanguinem bibere.

Tertia Christi collatio

Tunc tertia collatione exaggeratur. Nanq; multi audientes ex discipulis eius dixerunt durus est hic sermo, & qui potest eum audire? quibus in uerbis de inrationabilitate præcepti dati capharnaitæ & uos unà cum illis Christũ redarguere enitimini: Et in hoc sermone primam quam dixerat Augustinus capharnaitæ hæresim satagebãt. Nempe de modo edendi & bibendi oblatum diuinum cibum poculumq; inoleuit error mentibus illorum, credentes humanã comedere carnem sanguinemq; potare, qualem qualem in macello uẽdere uel emere solẽt, Sed de sanguine magis horrebant, quoniam in eorum lege cauebatur sanguinis omnino haustus. Aiebant ergo durus est hic sermo, id est, inaudita lex & inhumana hæc est prorsus ferarum usibus accõmoda. Videtis igitur quam uos describat graphice nouatores theologus Ioannes, Nam ut infra refertur tu Oecolampadi hanc inrationabilitatem in Christum dominum iacularis. At dominus Iesus illorum prænoscens murmur eosq; demulcens respõdit, hoc uos scãdalizat. Si ergo uos uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Idest nulla uobis de inrationabilitate præcepti mei oboriatur suspicio. Non enim me dentibus atterendo sumetis uel me pars in frusta secabunt, neq; consumendus uester ero cibus: Ego enim Christus uester in æternum permaneo & si-

cut integer totus uos alloquor, sic totus integer meis disci-
pulis dudum cibus ero ante quam patiar, ferculum nouum
sed cœleste meipsum illis præstabo. Nempe & uos ipsi il-
liq; me in cœlum ascendentem uidebitis totum integrumq;
regnantem ubi prius eram, postquam me meis escam dede-
ro. Non oportebat igitur propter sermonem meum uos cō
tra me fremere, quin potius a me rationem dictorum expo
scere placide illisq; fidem adhibere, & si uultis audire ea
uobis explicabo, Spiritus est qui uiuificat caro non prodest
quicquā, uerba quæ locutus sum uobis spiritus et uita sunt.
Id est reuera corpus & sanguinem meum in propria es-
sentia & præsentia dilectis meis imparciar sub forma cibi
potusq; corporalis, sed secundum spiritum uiuificātem eos,
& non consummantem corpus meum: modo quidem spiri-
tuali, id est ineffabili, sed fide capabili, non in figura & si-
gno ut uæsani et perfidi inanesq; dogmatizabunt hæretici,
sed re & existentia præsentiaq; reali: caro autem non pro-
dest quicquam, id est carnem quidem dabo meam esum pue
ris meis, sed non modo carnali quo uos intelligitis corpus
meū cōsumptū iri. sed de his infra magis. Nūc sat sit nosse Conclusio
hæreticos nouatores quāto perstringat uos fulmine euāge
lica lectio dudum recitata. Nempe uos, quia nō creditis uir
tutem corporis domini in sancta eucharistia arguit de blas-
phemia simul et infidelitate euangelium, quippe nō creden-
tes eucharisticam ueritatem quam profitetur Christus, ip-
sum non deum neq; ex uergine natum sed impotentem tur-
basq; scandalizantem atq; inrationabile præceptum eius
esse blasphematis, nec dignum esse sequela. Cum etiam uos
mortuos esse in carne filius dei adiudicauit. Omnis ergo Conclusio
qui ueritatem abnegat eucharisticam ex hac prima hæresi ex dictis

ducit orginem estq; Iudæus:capharnaita retro abiens & non sequitur Christum est blasphemus infidelisq;. Cap.3

Secunda hæresis — *Exoritur quoq; hæc hæresis à Basilide hæretico quem apostolis coæuum fuisse ferunt. hic ut epiphanius philaster & Augustinus de hæresibus aiunt, Christum non uerum fuisse hominem nec uere passum, sed putatiue quem ut epiphanius affert, opinabatur phantasiam esse in eo quod apparuit, non esse autem hominem neq; carnem suscepisse: hic plane ueritatem corporis tollens humani in Christo huius*

Cōfutatio — *sacramenti clarissimam eneruat ueritatem: Sed contra hunc*

Matth.1 *omne pugnat euangelium a quatuor digestum euangelistis.*

Luc.3 *Nempe Matthæus & Lucas incarnationem Christi in utero uirginali clare testantur tum quoq; geneologiā ab Adā uel Abrahā in Ioseph, et ideo in uirginē Mariā usq;, quibus subscribens Ioannes inquit, et uerbum caro factum est &*

Ad Ro.1 *habitauit in nobis, quòd paulus exponens subdit qui factus*

Lu.2 *est ei secundum carnem ex semine Dauid. Similiter Matthæus & Lucas Christum de uirgine profitentur natum nec non octaua circuncisum die, cuius curam deipera mater et qui putabatur pater eius sanctus Ioseph sæpius etiam ad monente agebāt angelo. In hunc basilidem putant sanctum*

Epistola prim. 4. cap. — *in uehisse Ioānem, dum inquit omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carnem uenisse ex deo non est & hic est Antichristus. Omnes etiam euangelistæ quatuor ueræ Christi humanitati testimonium perhibent ex uita operibus et morte atq; eius resurrectione. Nempe ex ægypto uocari & reditus in galilæam subditum esse parentibus Hierosolymam ascendere, disputare in templo, a Ioanne baptizari, quadragenario sine cibo affligi ieiunio & postea esurire hominis opera sunt uerius, prædicare manducare bibere*

& dormire peregrinari tangere et contangi fatigari freme re spiritu & lachrymari, lauare pedes & unguento ungi sudoreq; perfundi sanguineo & angoniam pati uendi a discipulo osculo tradi capi ligari alapis cædi cōspui irrideri et flagellari coronari spinis & arundine percuti uestiri purpura & cruce onerari deniq; uestibus exui: Qui etiam clauis configitur et crucifigitur clamat ad patrem & felle acetoq; potatur dolore affligitur materno: & inclinato capite spiritum emittit atq; lancea latus aperitur unde exiuit sanguis & aqua de quo Centurio testatur uere hic homo iustus erat: Mors ergo ipsius eiusq; solidi corporis myrrha & aloe unctio sepultura resurrectio et per .40. dies uiua apparitio cōmensatio cōtactus & in cœlum ascensio solidā eius humanitatem uerissimamq; demonstrant quamuis diuinitati adunatam personaliter. Actus apostolorū septēq; catholicæ epistolæ.14.diui Pauli canonicæ et apocalypsis, sicut diuinitati Christi ita quoq; tangibili eius humanitati testimonium perhibent. hanc etiam omnes testantur prophetæ ac præ cæteris sanctus Danid & Esaias: Veruntamen meritum Christi nostraq; per eius sanguinis aspersionē facta redemptio uel erit inanis & uacua, aut deniq; cū sit efficacissima & nostræ salutis operaria, ueritatem humanitatis eius undiq; concinit. propterea beatus inquit Petrus non corruptibilibus auro et argento redempti estis de uana uestra cōuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati Christi: At beatus Ioannes dicit tres sunt qui testimonium dant in terra spiritus sanguis et aqua, Isdem, sanguis Iesu Christi filij Dei emundat nos ab omni peccato. Similia Paulus ad hebræos refert et alibi sepæ. Hanc hæresim immittantur Cer-

Lu.22

Sua prima Cap.1

Vltimo primæ

don & marcion nō hæretici quos ab ephefo Ioānes theologus effugauit tefte philaftro. Romamq; uenientes fub ignio condemnati funt: Secundus quoq; hæreticus heraclion & Marcus confimilem fecuti funt infaniam. Porrò fcripferunt aduerfus hāc hærefim diuus Ignatius epiftola. 5. quæ eft ad trallianos: Irenæus. 3. cap. 18. et fecundo. 66. Agrippa caftorius & pleriq;, alij Leo primus epiftola ad paleftinos 81. Poftea manichæi et prifcillianiftæ eādem renouarūt: At Leo primus epiftola. 91. Et omne concilium uniuerfale Aphricanum quoq; multiplex toletanum primum & braccarenfe fimulq; Auguftinus cæteriq; fancti doctores ualidiffime illos propulsāt anathemate: Quaobrē apoftoli omnes in fymbolo cōfitentur. Qui cōceptus eft de fpiritu fancto natus ex Maria uirgine paffus fub pontio pilato crucifixus mortuus & fepultus. Defcendit ad inferos tertia die refurrexit a mortuis afcendit ad cœlos fedet ad dexteram patris omnipotentis. Inde uenturus eft iudicare uiuos & mortuos: Vnde & Deo amabilis nicena uniuerfalisq; prima fynodus fuperquam paracletus affluenter incubuit fpiritus fanctus, fimulac fynodus Cōftantinopolitana prima pariter et omnes Oecumenice fynodi, contra fictionem eiufmodi cum catholica concinnunt ecclefia: Qui propter nos homines & propter noftram falutem defcēdit de cœlis & incarnatus eft de fpiritu fancto ex Maria uirgine & homo factus èft. Crucifixus etiam pro nobis fub pōtio pilato paffus & fepultus eft & refurrexit tertia die fecundum fcripturas & afcendit in cœlū fedet ad dexteram patris & iterum uenturus cum gloria iudicare uiuos & mortuos cuius regni non erit finis. Itaq; omnes præfati hæretici confpirantes contra ueram Chrifti humanitatem pariter

Cōfutatio

Leo primus

Iuftinus et Tertullianus

Symbolū

Nicena fynodus. 1.

Conclufio ex dictis

aduersus eucharisticam ueritatem consiliati sunt, s.n. Christus non est uerus homo, apud eosdem caro Christi & sanguis nusquam huic coexistent sacramento. Sother Papa sua quadam decretali & sanctus Effren luculento quodam sermone simul & Augustinus in psal. 63. Confutarunt eandē.

Post secundam Valentini et suorum tertia insurrexit hæresis: Hi quidem fatentur carnem Christi sed cœlestem non humanam. Arcetur tamen hæc iisdem argumentis sicut & prior. Aduersus hunc suosq; strenuissimus pugnauit feliciter Ireneus præcipue tertio capit. 32. & ulti. Atq; uirtus Dei quæ est in euangelio hunc eneruat errorem: Nempe omnes euangelistæ apostoliq; domini ac prophetæ nostram humanam carnē uerbum Dei assumpsisse profitentur. Omitto in opinabilia quæ hos sequuntur opinantes: Namq; cœlum caro esset & mystum, sed cœlum captum uenditum flagellis cæsum sertoq; coronatū spineo cruciq; affixū eosdem arbitrari oportet: Vel quid prohibet cœlum colere quod apud istos uaniloquentes humani generis redemptorem fingere oportet, tantumq; abest horum insipientia a uero quantum cœlū distat a terra. At neq; fauet eis dictum saluatoris: Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi: Quoniam qui de cœlo descendit non est cœlum sed cœlo superior cui paret cœlum & quæ in eo sunt. Omnis quoq; caro, quinta & sexta die de terra uel aquis generatur sub cœlo in prīcipio creati orbis: Oēs itaq; dictæ hæreses sicut dominicum corpus humanū ita quoq; ueritatem de medio tollunt eucharisticam. Singulas unico uerbo dominus Iesus cōfutauit. Palpate inquit & uidete, quoniam spiritus carnem & ossa non habet sicut me uidetis habere. Nos uero subiūgimus cœlum carnem & ossa nō habet sicut nouimus Chri

CAP. 4. Tetia hæresis Cōfutatio

Conclusio ex dictis

Ioan. 20.

ſtum habere. Aut hi porrigant nobis poculum ſanguinis Chriſti in ſacra ſynaxi ſecundum ſpiritum nos refocillans. Deſtruunt quoq; hæ hæreſes duplicem in Chriſto uoluntatē operationemq́; & tota Sexta ſynodo repudiantur.

Quarta hæreſis Cherintus quoq; aliam ſuſcitat hæreſim contra hoc ſacramentum aſſerens Chriſtum a mortuis adhuc non ſurrexiſſe ſicut Carpocras eius præceptor finxit Chriſti animā poſt eius mortem in cœlū aſſmptam, carnem uero in terra dimiſſam. quorum errorem Merinthus quidam ſecutus eſt.

Cōſutatio Sed Ioannes euangeliſta eum ualde confutat euangelio ſuo uigeſimo et. 21. capitulis, quibus uarijs argumentis et ſignis comprobat uere a mortuis Chriſtum reſurrexiſſeque tota Apocalypſi ſua, unde & actuum primo ſanctus inquit euāgeliſta quibus & præbuit ſeipſum uiuum poſt paſsionem ſuam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis & loquens de regno dei. Petrus inſuper apoſtolus illum refellit actuum. 2. Probans ueram Chriſti reſurrectionem ex pſa. 15. Porrò Paulus. 1. ad Cori. 15. Valēter probat Chriſtum a mortuis reſurrexiſſe argumentis ducentibus ad impoſsibile. Et quoniam ſi Chriſtus non reſurrexit noſtra penitus deperijt iuſtificatio ad Romanos. 4. Et ſiquis autem

Et ſexto harū oīum hæreſum exactiſsimam concupiſcat refutationem, Epiphanium adeat lib. 1. cōtra hæreſes a cap. 24. uſq; in finem. Et hæc quidem cherintiana hæreſis euchariſtiæ ſacramentū denigrat. Nēpe uiuū corpus dn̄i (uiuificansq́; nos omnes ſumentes illud) continet euchariſtia: Quippe uiuificans caro Chriſti nos uiuificat, quia hic eſt panis uitæ qui de cœlo deſcendit, & dat uitam mundo.

Concluſio Ex his igitur hæreſibus, nouatorum hæreticorum perfida procedit hæreſis abnegans ueritatem dominici corporis, in euchariſtia, quarū

tametsi diuersa sint capita una tñ est cauda: Ea propter isto rum sicut illorum eademq́; censura est & condemnatio. Ireneus etiam lib. 5. inquit aduersus hos omnes: Secundum hoc uidelicet: nec dominus sanguine suo redemit nos, neq; calix eucharistiæ communicatio sanguinis eius, neq; panis quem frangimus cõmunicatio corporis eius est. Extra de *cœle.mißi.in quadã nostra.*Et de *hæretici ca.* Chri*stus idẽ.* Extra de hæreti. excõmunica. CAP. 5

Post hos sequuntur Corinthij *aliqui aberrantes circa hunc cœlestem panem:quem non discernebant a cibo cõmuni: Vnde multi, eosdem cogitasse putant perperam de hoc sacramento: Ait nanq; subtilißimus* Ioannes *doctor minorita quosdam esse,qui nec sacramentaliter, nec spiritualiter hoc sacramentum sumunt, eos uidelicet, qui non dijudicant corpus domini,uel infideles,contemnentesq́;.*Hos *autem* Paulus *eorum amantißimus corrigit: docens se illis tradidisse de hoc sacramento ueritatem quam accepit a domino, uidelicet uerum sub eo esse corpus domini et sanguinem,atq; ob paßionis* Christi *lugem memoriam debere frequentari:*Itaq; *inquit qui indigne sumunt hoc sacramentum iudicium sibi manducant & bibunt, neq; dijudicant corpus domini,cum etiam mulcta horribili puniantur morte,scilicet infirmitatibus et imbecillitatibus palã prædicat.* Quintam hæresis. Scotus. 4. di. 8. q. 3. 1. Corin. 11. Cõfutatio

Maßiliani *hæretici ad se non pertinere hanc* Pauli *redargutionem uel dißimulantes:* Corinthiorum *errorem prædictum ab inferis reuocarunt:*Opinantur *enim hoc sacratißimo cibo, nec sanctificari uel pollui quisquam si digne uel indigne summat.* Quoniam *à cibo eum communi non secernunt: & ideo purum panem uinumq; in hoc sacramento numerant,procul abiecto corpore domini.* Insur*rexerunt autem contra* Maßilianos,*quidam tunc temporis* Sexta hæresis. Cõfutatio

doctißimi sanctißimiq; præsules Litarius melitiensis eccle siæ & Amphilochius licitomensis episcopi eosq; prospere extinxerunt. Nam si Christi caro uiuificat ad uitam æternam impoßibile est quin prosit eam digne sumentibus. Cũ uero uerbo uitæ sit personaliter adunata eam uiuificantem esse oportet, quod nos infra clarißime astruemus. Vnde a nestoriano cenosoq; lacu hæc dimanauit hæresis, asserente Christum hominem purum non deum esse: & ideo pari anathemate eos utrosq; ferit perpetuo, sacrosancta synodus ephesina tertia sub cœlestino Papa, ut reor epistola ad nestorium scripta per Cirillum. Qui igitur sunt nouatores hæretici ocalã. suiq; hunc Corinthiorum & maßillianorũ. sequentes errorem a Paulo et eucumenico ephesino cõcilio manifestißime confunduntur.

De conse. di.2. nec esse igitur

Conclusio ex dictis

Septima hæresis

Iterum egreditur nouatorum hæreticorum hæresis dicta ex quadam quam refert & refellit sanctus subtilißimusq; hilarius antiqua hæresi. Opinabantur enim euchari stiam quidam esse sacramentum unitatis fidelium in uoluntate et pace qualis est inquiũt inter patrem & filium. Sed non est aiunt inter fideles per hoc sacramentum in corporationis unitas & quasi naturalis, quoniam non fatentur idem numero corpus domini in hac mensa ab omnibus par ticipari fidelibus. Quia forsam patrem & filium opinaban tur cum Arrio eandem numero non communicare essentiam, Sed doctißimus hilarius eos reprobat de cõsecra. distin. secunda in Christo pater. Item hæc. Sic enim magna Christi charitas sapientia statuit et potentia, ut ecclesia sancta sua omnesq; eius fideles unitatem numeralem, quasi naturalem, id est, substantialem haberet ab eodẽ numero Christi corpore mirabiliter, sed uere participato. Cũ equidem di

Octauo de trinitate

cant:sapientes eadem numero esse quorum materia una est, Multo magis omnes fideles,id est,tota ecclesia Christi una numero est,quæ unum numero cibum substantialem licet diuinum indiuisibiliter licet ineffabiliter comparticipat. Et hæc est maior unitas ecclesiæ quàm sit per charitatem unio,quanquã eucharistica unitas de se est charitatiue unionis datiua sicut & significatiua Cyrillo teste sup Ioãnis.6. Vt infra deducemus:Et ideo sacramentum hoc præ cæteris nuncupatur unitatis sacramentum,dicente Paulo,quoniam unus panis et unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus uidete Israel secundum carnem nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Et ni fallor hãc supremam suis unitatem Christus à patre deo exorando impetrabat inquiens, oro pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi,ut sint unum sicut et nos. Quapropter Oecolampadius et qui sunt huius farinæ hæretici nouatores,dum huius diuinæ mẽsæ participiũ idem a sancta ecclesia nituntur a uellere, supremam perfectißimamq; cum Christo capite & inter sese unitatem fidelium abigere tentant, sed in uanum, quoniam de manu domini hanc nemo rapere potest,quanuis semetipsos dißipent hac temeritate,et à Christo suaq; ecclesia profugi fiãt hæretici.

Maxima ecclesia unitas

Prima Corinthios 10

Ioan.17.

Conclusio ex dictis

CAP. 6.

Octaua hæresis

Deriuatur quoq; nouatorum hæc hæresis, ab impio eutycetis errore. Hic & enim firmat Christum incarnatum unitione dei et hoĩs:sed abijt in deum humanitas eius, ipso enim incarnato transijt in deitatem humanitas. Et alia addidit huic impietati consona q̃ à sanctis plurimis referũtur et refutantur. Eius autem errores aggregat, sanctus Flauianus reuerẽdißimus patriarcha. Et martyr Cõstantinopolitanus,ad Leonem sanctißimum papam epistola directa.

Cõfutatio Sed eundem errorẽ cũ authore suo cõdẽnat, sanctus Flauianus prædictus concilio patriarchico Cõstantinopolitano. Atq; iussu Leonis primi tãdem uniuersali synodo quarta cõfutatur calchedonensi, ꝑ quã etiam Dioscorus Alexandrinus olim ephesini (quod dicunt secundum, bene inchoati, sed exitum habentis iniquum) conciliabuli, eutychetis fautor erroris & præfatæ synodi inuasor libertatis, condemnatur perpetuo deponitur & exiliatur. Erroris cõdemnatio ad lõgum formatur actione. 5. At Leo primus fortißimus illa ætate fidei propugnator & rector strenuißimus inquam ecclesiæ uniuersalis multiplici sua decretali eundem refellit errorem præcipue epistola. 10. ad Flauianum quæ actione. 2. eusdem sanctæ Synodi Calcedonensis legitur, cuiq; acclamatur omnes ita credimus. Sicut Leo ita credimus. Et altera decretali eiusdẽ. 11. ad Iulianũ coensem episcopum, atq;. 13. ad pulcherrimam Augustam & Theodosium imperatorem missa. Similiter. 22. ad clerum & plebem Constantinopolitanam, &. 70. ad Iuuenalem Hierosolymitanum episcopum, sed ea præcipue quæ est ad Leonem Augustum. 95. epistola decretalis. Hunc quoq; eutycetis errorem non minus eleganter quàm docte sanctus Deo martyr Vigilius Tridẽtinus episcopus nobilisq; Romanus miraq; debellauit arte. Doctior Damascenus lib. 3. de orthodoxa fide hanc elidit hæresim. Diuinus Boetius Romanus consul eminentia doctrinæ omnis & facundiæ condus contra eutycetem pariter & nestorium uincentis ueritatis euaginauit arma, atq; contra eosdem foeliciter triumphauit in urbe Roma. Ergo manifestißimum esse potest Oecolampadiumq; suosq; asseclas hæreticos. Huic errori manũ dedisse quem cum cæteris caput unum suæ statuerunt insa=

Lib. de dua. natu. & una ꝑsona Christi

Conclusio

niæ, sacramētariorū quippe inscitia, a tot deriuatur errori bus, quotos inuenerunt stulti, eius Christi humanitatis desertores. Nos *autem in hūc eutycetis errorem tantūmodo, hos a torrēte euāgelico desumptos immittimus lapides.* Si *Christus post incarnationem non est homo, quis ergo baptizatus est in* Iordane, *aut quis ieiunauit in deserto, quis legem gratiæ in monte suos docuit discipulos, quem* Iudæi *persecuti sunt, aut quis compatiens hominum tot mirabilia fecit in terra* Iudæ? *contra quem etiam fecerunt* Iudæi *cōsilium, ut eum morti traderēt si nō esset homo, uel quem* Iudæi *ceperunt ligatumq; ad* Annam *primū, & Cayphā duxerunt? quem spreuit* Herodes, et Pilatus *flagellauit, aut quem ad crucem destinauit? quis deniq; in cruce pependit, sanguinem fudit, clauis affixus sitiuit clamauitq; et patri animam cōmendans spiritum emisit?* Hæc *quidem o eutyches non possunt esse puri* Dei *miseriæ et pro paßiones.* Haut *equidem fas est opinari creatas res in deitatem poße conuerti, cum etiam apud sapientes nouitatum capabilis impoßibiliter sit deus.* Occurrit *etiam patenti huic errori tota epistola ad* Hebræos *sanctus* Paulus *qua docet suum hostiam tradidisse corpus & sanguinem, dominum* Iesu *pro nobis patri deo. Sanctus etiam* Petrus *sua prima cap. 4. Simulac. 4.* Omnes *euangelistæ testimonium perhibent post incarnationem Christi humanitatis.* Quis *etiam resurrexit, si Christus homo non mortuus est? aut quis ascēdit in cœlum, et sedet ad dexteram patris nisi homo deus Christus?* Deus *qppe purus, neq; ascendit neq; descēdit, sed semp est in cœlis & ubique præsentißima sua cunctis rebus essentia nedum potentia, quiq; sua natura est immobilis.* Attēde, *ad iudicium quoq; filius hominis uenturus est, quoniam*

Confutatio eutichetis

pater ei omne facere iudicium dedit potestatem. Et ut scias eutyces Christum hominem sempiternum esse. Licet ab æterno non fuerit homo, qui tamen semper & ab æterno est deus, audias eundem dicentem, *ut sciatis, quoniam filius hominis in terra potestatem habet dimittendi peccata,*
Ioan.5. *ait paralytico, tibi dico surge, tolle grabbatum tuum, et ambula.* Si autem ab homine Christo potestatem dimittendi hominibus peccata substollas, profecto, nõ est in terris sacerdotibus eius, dimittendi peccata, commissa potestas, quia nõ ipse est homo deus, qui insufflauit in suos inquiẽs, *accipite spiritũ sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis* secũdum uestran mirabilem sapientiam. Deniq;
Matth.26 sacramentum eucharistiæ, quis instituit dicens *accipite & comedite, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur, & hic est sanguis meus, qui pro uobis effundetur in remißionem peccatorum?* quis uero humanum redemit genus pro quo satis fecit in cruce? quis in suo corpore omnium portauit peccata? nisi Christus sit fueritq; uerus homo. Interim Agapetus Papa hanc depulit hæresim epistola ad anthemium, cuius synodica concilio.5. uniuersali Constantinopolitano refertur actione.4. Syluerius quoq; & uigilius ambo martyres sanctiq; Petri successores eandem uno spiritu improbant temeritatem. Tum etiam singulæ generales prouincialesq; synodi ad nostra usq; hæc tempora.

CAPVT. 7.

Nona hæresis — Videtur etiam horum hæresis egredi ab eo conciliabulo, (quod septimũ Constantinopolitanum appellabant,) authore Gregorio neocæsariensi contra uenerandas imagines collectum est tyrannice quidem & per inuasionem. In sua ergo syncdica pseudosyllogi Leontio referente sic statuebant

tuebant. Lætentur et exultent et fiducialiter agant. Qui ue nerantur Christi imaginem: syncera anima faciunt & co- lunt, & in salutem animæ & corporis offerunt. quam ipse sanctißimus imolator nostram ex nobis ex toto massam as- sumens, secundum tempus propriæ paßionis in typum & remunerationem euidentißimam tradidit ministris suis, sese nanq; uoluntarie traditurus, memorabilis & uiuificæ mor tis suæ, acceptum panem benedixit, & gratias agens fregit distribuitq; suis dicens, accipite et comedite, hoc est corpus meum &c. Vide ergo quòd imago uiuifice corporis pre- tiose ac honorabiliter facta sit eucharistia. hæc illi. Concilia- buli uerba

Sed sacrosancta catholicaq;. 7. Synodus quæ est. 2. Ni- *cæna uniuersalis.* Per organũ Epiphanij diaconi: hãc *pseu- do syllogi infamem synodicam redarguit inquiẽs.* Patet qđ *sermo præpositus, quoniam semel à ueritate diuisus est, mul tas et periculosas prauitates à consequentia seductoria pro sequatur &c.* Nullus *enim aliquando tubarum spiritus san- cti, Sanctorum uidelicet* Apo*stolorum, aut illustrium patrũ nostrorum,* Incruentum *sacrificium nostrum, quod in cõme morationem* Christi *dei nostri, ac dispensationis eius effici tur, dixit imaginem corporis eius.* Neq; enim *acceperũt à domino sic dicere & confiteri. Sed audiunt,* Nisi *manduca ueritis carnem filij hominis, et biberitis eius sanguinem nõ habebitis uitam in uobis.* Et *qui mãducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Et *acce pto panẽ gratias agens benedixit, ac fregit deditq; discipu- lis suis & ait. Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Et non dixit accipite et comedite imaginem corporis mei. Sed* Paulus *ex diuinis uocibus hauriẽs ait.* Ego *accepi à do mino quod et tradidi uobis, quoniam dominus* Iesus *in qua*

Synodus septima
Cõfutatio
Incruentũ sacrificiũ
Ioan. 6.
Lucæ. 22.
1. Corĩ. 11

nocte tradebatur accepit panem, & gratias agens fregit et dixit, accipite et manducate, hoc est corpus meū q̄d pro uobis tradetur, hoc facite in meā cōmemorationē. Hæc *sancta 7. Synodus. Sic* Eustachius *magnus fidei propugnator contra* Arrianos, & Basilius *aiunt, post benedictionem in mēsa domini esse corpus & sanguinem eius.*

Iterum Ioannes *legit de synodica pseudosyllogi. Sicut ergo corpus* Christi, *quod secundum naturam factum, utpote sanctificatum:* Ita *manifistum est, quod adoptio, id est ipsa imago eius sancta est, utpote per quandam sanctificationem gratiæ sanctificata.*

Synodus septima Cōfutatio — E *diuerso sancta. 7. Synodus per* Epiphaniū *inquit.* Fa*tigatione & astutia depreßi per sophismata praua semet efferentes,* A*doptionem nominauerunt fieri hanc diuinā oblationem.* Q*uod est amentiæ propinquitas, & impietas indisciplinationis, dicere corpus & sanguinem domini esse adoptionē.* H*æc actione. 6. Synodus. 7. quæ est* Nicæna. 2. Per *eam interpretationē, quam mihi accōmodauit* Reuerendis*simus in Christo pater dominus* Marcellus *tituli sanctæ crucis cardinalis nunquam satis laudatus. Sed omni pietate consilio peritiaq; scientiarum atq; morum sanctitate illustrißimus,* D*ū legatū ageret collegā sanctæ Romanæ ecclesiæ, prouidentißimū in inchoata* Tridentina Synodo. Q*ui ergo af*

Cōclusio ex dictis — *serunt eucharistiam esse tantum figuram et signum, non autem uerū in ea adesse corpus* Christi: Hi *imaginē eam eiusdem uel adoptionem cum præfata pseudosyllogi esse consentiunt.* Atq; *cum eadem, per sacrosanctam* Nicænam *synodum. 7. uniuersalemq; ex antiquo condemnati sunt.* Ex *ijs itaq; latis peruersitatibus impietas* Oecolampadij *suorumq; prodijt.*

CAPVT. 8.

Adhuc propiores putridosq́; lacus ex quibus sua hau= sit dogmata expēdemus. Dum Carolus eius nepos *(qui pri mus magnusq́; apellatus est Carolus) regnaret in Francia. Ioannes quidam philosophus acutus natione Anglus, uanis captiunculis semet decipiens, Blasphemauit aduersus uene rabile sacramentum. Quia cum cognouisset fide deum in hoc sacramento, non sicut Deum glorificauit, aut gratias egit, sed euanuit in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eius, dicens enim se esse sapientem stultus fa= ctus est.* Et *mutauit gloriam incorruptibilis Christi* Dei *in similitudinem panis uacantis re perfecta.* Nempe *asseruit primus inuerecundo ore,* Nequaquam *in sacramento alta= ris præsens esse corpus & sanguinem domini in propia existentia, sed tantum sicut in signo figuraq́; signatum solet esse.* Verum *autem panem uerumq́; uinum, ibi esse oblatum sacrificium, secundum ordinem* Melchisedech. *Significant tamen uel repræsentant Christi paßionē.* Panis *quidē, Chri sti corpus in cruce pro nobis oblatum, uinū uero, eius san= guinem pro nobis effusum.* Et *hæc olim facta sunt, sed mo do non adsunt in mensa domini.* Hæc *ille:* Pro *quibus, dilem mata consarcinauit sophistica, ex inani quæ sunt à philoso- phia, quæq; nos posterius uacua fore demostrabimus.* Hæc *eius fuit hæretica inuentio blasphemiáq;, quam nouatores sæpe dicti hæretici quam lubenter sectantur.* Oportet autē *non ignorare, hunc* Ioannem *nouæ hæreseos inuentorem, procurante rege Carolo, statim oppressum fuisse.* Nam Ser *gio* Romano *pontifice, totiusq́;* Galliæ *concilio fulminan= te anathematizatur, tandemq́;* Leone.4. *Pontificante fu= gatur à* Gallia. *Quem profectum in* Angliam, *adolescentē*

Decima *hæresis*

Ad Roma nos.1.

Cōfutatio

occubuisse grafiis diuina ultione compertum est, quemq; re cẽtes hæretici, uelut suũ deplorãt martyrẽ Papæ? Quãta est hæreticorũ temeritas & demẽtia? Scripserũt cõtra eũdẽ et triumpharunt illo æuo, doctissimi pariter & religiosissimi uiri, Pascasius presbyter, Bertramus, Rabanus & Angelonus Monachi, Pleriq; alij doctiores theologi.

11. hæresis Circa annum domini. 1040. Berengarius Andagauiensis Diaconus ecclesiæ, homo sua opinione doctus, sed sapientum iudicio moribus scientiaq; obscurus, prædictam Ioãnis hæresim ferè incognitã nedum sepultam, (auidissime cum legisset dicti Ioannis uana sophismata) reuocauit ab inferis, eamq; diuulgauit. Cuius in errore socius erat Fredeuuardus quidam. Quiq; cõmonitus à pluribus doctis atq; præclaris uiris, ut desisteret ab insania, Superbior factus suo reprobo sensu, non cessabat obloqui aduersus sanctum domini sacramentum. Tandem pontificante in Dei ecclesia Leone. 9. uiro doctrina prudentia & sanctitate omnium ore laudato, Vercellensi cõcilio cum sua Ioannisq; hæresi reprobatus est. Pascasijq; prædicti catholica doctrina contra eundem Ioannem est approbata. Datoq; resipiscendi interstitio, Cum non rediret ad cor, Berengarius cõpulsus est in cõcilio Turonẽsi. urgente Victore. 2. sub Nildebrando Cardinali legato, cõparere. In quo conuictus et confusus est, per Guimundum Auersanensem episcopum, atq; Algerum canonicũ Leodiẽsem, et Lanfrancum archipræsulem Cantuariẽsem. Et se nõ uictum existimans, mordicus adhuc in errore perseuerabat. Tandem Berengarij temeritatem diutius Nicolaus. 2. non ferens eundem compulit accersijtq; Romano concilio sui copiam facere, quo uel palidoniam canere iussus est, uel subire condemnationem. Qui hæresim dictam, uel ore

Cõfutatio

reuocauit abiurauitq́;. Eius autem abiurationis exemplar in canone registratur de consecratione. distin. 2. Ego Berengarius: Sed homo inconstans animo oreq́; duplex in ueritate non stetit. Quinimmo (Minorita referente Vuilhelmo, post Auersanẽsem episcopum Gubimundum, atq; Reuerendißimo scientißimoq; domino Ioanne Roffensi Anglico Cardinale post Blãdum & Sabellicum) hæresi abiuratæ nouam copulauit hæresim. Asseruit nanq; simul cum corpore domini sanguineq; substantiam panis uiniq́;, in sacramẽto altaris permanere. Vnde corpus Christi in paneatũ, uel in panatum appellabat in mensa domini? Tum ab hac noua phrenesi Paneistarũ exoritur error, de quo statim. Nouaq́; Lutheranorum fictio. Ob hoc igitur Gregorius. 7. Romã congregato concilio, iußit iterum priorem posterioremq́; eundem errorem abiurare præsentem Berengarium. Cuius abiuratio per dominum Roffensem uetustißimo comperta codice hoc charactere formatur. Ego Berengarius, corde & animo credo quod ore confiteor. Panem & uinum quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis, & uerba nostri Redemptoris, substantialiter conuerti in ueram & propriam, ac uiuificatricem carnem & sanguinem Iesu Christi domini nostri, & post consecrationem esse uerum Christi corpus, quod natum est de Virgine, & quod pro salute mundi oblatũ in cruce pependit, et quod sedet ad dexteram Patris, & uerum sanguinem Christi, qui de latere eius effusus est, non tantum per signum & uirtutem sacramenti, sed in proprietate naturæ & ueritate substantiæ. Sicut in hoc breui continetur, & ego legi & uos intelligitis. Nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me deus adiuuet, & hæc sacra Euangelia. Postea Dominus Pa

Distin. 2. de consec.

Lutherani

Gregorius. 7. Berengarij. 2. abiuratio

pa præcepit Berengario, ex authoritate Dei omnipotentis & sanctorũ Apostolorum Petri et Pauli, ut de corpore et sanguine domini nunquam ulterius cum aliquo disputare præsumeret, excepta causa reducendi eos ad hanc fidem, qui per eius doctrinam ab ea recesserant. Nec admiretur quispiam de patientia Romanæ sedis expectãte, per aliquot annorum curricula Berengarium. Nempe hæresim statim præualentem sua authoritate damnatam ostendit ex antiquo ecclesiæ iudicio, quod innouabat: Berengarij uero personam, quam amici intimioresq; cognati eius exosam & uelut anathema abijciebant horrebantq;. Pietate materna expectabat ad conuersionem, cuius tandem redeuntis ad cor misereretur, quod & factum est miserante Deo sub Gregorio.7. Quanuis non desint qui Berengarium de stultitia & non de insolentia uelint arguere. Sed aliorum iudicium esto.

Excusatio Romanæ sedis

Quoniam uero Nouatores hæretici nouelli, tũ insolenter, cum cupidißime hanc utriusq; (Ioannis.5. & Berengarij) sectantur hæresim: Idcirco (totis ut aiunt neruis) aduersus eandem omni hoc congredimur libello. Quámq; plurimis pulsamus arietibus deijcimusq;. Tum uia desumpta ex Articulo fidei, Et à promißione Christi. Atq; fidelißima eius adimpletione. Cum ab inuincibili Apostolica sedis prædicatione. Ex uerbis Primi Christi interpretis, Virginei sanctiq; Pauli. Per plurima à Christo enconia de eucharistia prædicata. Nec non à ueritate digito mõstrata per uerticem prophetarum Ioannem baptistam. A catholicæ uniformi consensu uetustioriq; totius ecclesiæ. Et unde sacramẽtum est nouæ legis. Ex prophetiarum figurarumq; complemẽto. A parte sacerdotij nouæ legis pollẽtißima po

Oecolampadius

Summa dicendorum in hoc libello

Viæ.19.

testate. Et unde legis Christi est acceptabile unicúmq; sum mumq; & uirtuale nedum formale sacrificium. A miracu= losa & superadmirabili conuersione panis uiniq;, in sacro sanctum corpus & sanguinem Christi. Et quoniam ado= rabilis est latria, eminentißima Eucharistia. A nominum eius diuersitate & mysterio. Per sanctorum Patrum, ab ini tio promotæ ecclesiæ, cõsonum spiritum eandemq; fidem. Per mirabiles innumerosq; huius diuini operis fru= ctus. Deniq; per uarias à scriptura sacra, sanctorumq; elo= quijs, transumptas rationes. Nunc allegorice uel methono= mice, modo diserte, aut mystice, syllogismos plurimos col= ligendo. Tandemq; miraculorum diuersorum euidentißi= ma experientia, confirmantes erimus, ueritatem catholicã, diametraliter aduersam hæresi impietatiq; prædictæ.

CAPVT 9.

Paneistæ, hunc secũdũ errorem Berengarij sectati sunt, inquiũt.n. sicut intermedia anima sumpsit dei filius hoĩem: Ita quoq; corpore suo mediãte Christus in altari panẽ assu= mit sanctificatum. Et hunc infelix Lutherus morsum arri= puit quam libenter. Tanta est nouitatis apud hæreticos ua= na iactantia. Sed hic error ab Hugone fortißime debella= tur proprio libello, qui etiã à Manichæis exordiri cœpit. le ge illuminatum Doctorem Franciscum Minoritam. 4. dis. 8. q. 5. art. 19. Nos etiam infra cum suo fautore Luthero eũ dem arietabimus. Nunc uero sic illum redarguimus. Huma na indiguit natura redimi, quæ ui lapsa est, & ideo assum= pta est à deo uerbo. si ergo panis aßumitur, ipse panis pec= cauit, et ipse quoq; redimendus est panis? Amplius in cœna illum assumpsit, ergo in resurrectione illumq; reassumpsit. Itaq; in cœlo illum secum habet triticeum panem coassum

12. Hæresis — *Lutheranus* — *Hugo* — *Cõfutatio*

ptum, sedentem in dextera patris, ergo multiplicatis extũc nunc usq; sacris altaris oblationibus, cœlum totum repletũ est triticeis panibus. At mirum est, quod uinũ quoq; necessarium in mensa domini. (Est enim de integritate sacramenti quatenus sacrificium est & ab institutione prima.) Non coassumat et in cœlum sedeat uinum ad dexteram quoq; patris. Hæc autem absurdißima, immo derisoria, catholica nõ capit ecclesia, sed sunt animalis hominis & Mahumetani propria. Quorũ deus uenter est, felicitas est potus & esca. Item quod semel assumpsit teste Damasceno, nunquam dimisit, igitur diuina uerbi assumptio non est adhuc completa. Quare panis triticeus semper peccat, qui semper assummitur, secundum istorũ stultißimam ignorantiam. Et in cruce deniq; panis affixus est & crucifixus, tũ etiã sepultus fuit simul cum corpore domini. Impoßibile tandem est suppositum à quoq; assummi teste eodem Damasceno in fine logicæ suæ. quare hæc assertio inopinabile quoddam est.

Damascenus in logica

Paneistarũ hæc assertio Antrhopomorphitis tribuitur ab Ignatio, referente Vuilhelmo Vuideforde minorita Anglo. Inquit enim Ignatius in quadam epistola. Considerate qualiter Antrhopomorphe à cõmunione et oratiõe sanctorum recedunt, propter quod non habent confiteri, eucharistiam esse carnem Saluatoris, quia posuerunt eucharistiam esse panem, pro eo quod scriptura uocat eam panem.

Antrhopomorphitæ hæresis

Ignatius

Petrus Abealardus primi erroris, uel etiam. 2. a quibusdam fautor accusatur. In quem Cãtuariẽsis Anselmus insurrexit docta quadam epistola, Eumq; oretenus, præsente ecclesia, inuitus redarguit pariter & deuotus, sanctus Bernardus. lege Bernardũ, epistola ad. 2. Innocẽtium. Ganfridus Altisiodorensis illum deuicit & confutauit. Tandẽ

Abealardus hæreticus

Anselmus in epistola

Bernar. in epistola

Parisijs et Claromōtano cōcilio p Innocētiū. 2. cōdēnatur.

CAPVT 10

Petrus de bruis a quo Petrobrutiani dicti sunt, hæreti=ci, Et Henricus quidam a quo Herintiani, Berengarij uisi sunt errori fauisse: Sed noua quædam addidere portenta. Inquiunt igitur. Nolite o populi, episcopis, presbyteris, siue clero nos seducenti credere, qui sicut in multis, sic etiam in altaris officio uos decipiunt, Vbi corpus Christi, se conficere, & uobis ad uestrarum animarum salutem se tradere mētiuntur. Mentiuntur plane. Corpus enim Christi, semel tantū ab ipso Christo in cœnam ante paßionem factum est. Et semel, hoc est tunc, tātum discipulis datum est. Exinde neq; confectum ab aliquo, neque alicui datum est. Hæc illi impie quidem falso stolideq; nimis asserebant. Quo enim pacto pietatem matris ecclesiæ hi tuentur, quam errare fatentur mentiriq;, in tanti confectione sacramēti? Ego enim & quiuis Catholicus, scimus, Sacerdotes conficere, quoniam ec=clesia catholica ex tunc edocta à Christo hoc facere didi=cit, & faciendum esse à sacerdotibus continuo prædicauit. Nos quoque in una uiarum dispositarum a nobisq; ualide postea ostendemus. Hanc potestatem, Apostolis successori=busq; eorum atq; p ipsos sacerdotibus cōstitutis, suorumq; successores cōcessam. Nūc aūt aspicientes, Lutheranos quā lubēti animo, hos imitari. (Nempe asserunt, Sacram eucharistiam, non esse deo, in missarum subjectione, acceptabile sacrificiū. (Quos simul cum Petrobrutianis eorū patriar=chis uia de sacrificio euertere conamur) uelut in prima ta=bella, formulam auspicantes, raptim cursimq;. Hanc hære=sim confutamus. Nūquam fuit ecclesia Dei sine sacrificio. Et hoc patet inductiue in omni hominum statu, sub lege au

13. hæresis

Fuge hæc audire

Cōfutatio prima rō

Error lu=theranorū de Eucha=ristia

Secūda rō

tem scripta Synagoga suffictum iugeq; deo, uespere et ma
Tertia rō ne, obseruabat sacrificium. Itaq; Christi in summo perfe-
ctior ecclesia Eucharistico sacrificio omniumq; eminentissi
mo uacare nequit. Sacerdotium quoq; ecclesiæ Christi, uir
tute pollentius. In ui uerborum & potestate Christi, con-
uertens ex toto panem uinumq; in christi carnem sangui-
nemq;, Accōmodum sibi sufficere exposcit sacrificium ex-
celsū præ cæteris et uirtuale magis. Cum uero Christus do
minus fuerit sacerdos secundum ordinem Melchisedech,
quarta rō Sanctis Dauid Paulóq; testibus, panem uinumq; offerre de
Psal. 109. cuit eum domino, sicut et ille Genesis. 14. Sed quo fit Chri
ad He- stus illo maior, eo ab hoc illius excedit sacrificium. Nempe
bræos quia hic panem uinumq; offert in principio, sed benedicen
Nota do format in sacrosanctum corpus suum sanguinemq;. Igi-
tur in ab eo instituta ecclesia secundum eundem ordinem:
Suffecta oblatione panis & uini, benedicendo, uerbandóq;
eadem quæ protulit deus. Corpus & sanguinem offerunt
altissimo deo, domini nostri Iesu Christi. Hæc primi sacer-
dotis est institutio, Estque collata potestas, Est tandem ius
sa præceptio. Hoc facite, inquit, in meam cōmemorationē.
Mirum autem uidetur, quod cū Christus lauando discipulo
Quinta rum pedes præceperit, exemplum inquiens, dedi uobis, ut
ratio quemadmodum ego feci, uos quoq; faciatis. Atq; in cūctis
deo dignis uirtutibus se nobis imitabile præbuerit exem-
plar. Sitq; deo sacrificatio, latriæ uirtutis potissima ex-
Latria uir hibitio, atq; in hac ipsa primariáq; uirtute quæ deum pro
tus spiciat, primáq; iustitia est hominis ad deum, Nō se præsti-
Sexta rō terit Christus a nobis imitabile exemplar speculūque uir-
Ioan. 14. tutis. Atqui nobis maiora faciendi, uirtutis robur ab eodē
collatum est, quàm ipse fecerit. Si perfectissimum sacrifi-

*candi opus quod ipse perficit, à nobis suffitum esse ne=
queat.* Non est quidem tantum Christi, sic deo sacrifica= Septima
re, quanuis sit illi ipsißimum cruentam patri deo se face= ratio
re offerreq; uictimam. Igitur nobis (si non inuiderit,) quia
nos (an plus se amauerit nescio, hoc unum scio, quia pro no
bis egit quod nos pro nobis nequaquam queamus perfe=
cisse) certo post patrem deum seipsumq; deum & spiritũ
sanctum deum eundem, ut corpus suum diligere docuit. Su Ephe. 5
mus enim corpus eius et os de oßibus, & caro de carne
eius. Monstruosum quippe ualde esset, corpus a capite dif Octaua rõ
formari. Quapropter per Malachiam prophetam præce=
pit deus, Hanc uictimam sibi perpetuo, in omni loco, om= Nona rõ
niq; die immolandam fore. Inquit autem, Ab ortu enim so Malac. 1
lis usq; ad occasum magnum est nomen meum in gentibus.
Et in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo obla=
tio munda, quia magnum est nomen meũ in gentibus. (Om
nem locum audite ecclesiam Christi quæ ubiq; est.) Ma= Decima
nifestum est autem solam Christi carnem ex sese esse obla= ratio
tionem mundam, Cætera uero in eius uirtute. Ex inde san=
ctißimus martyr, et præsul Lugdunensis Iræneus aduersus
hæreses lib. 4. inquit. Sed et suis discipulis dans consilium, Iræneus
primitias deo offerre ex suis creaturis. Non quasi indigen= Capit. 32.
genti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint. Eũ qui
ex creatura panis est, accepit, & gratias egit docens. Hoc
est corpus meum. Et calicem similiter, qui est ex ea creatu=
ra, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est. Et
noui testamẽti nouam docuit oblationem, quam ecclesia ab
apostolis accipiens in uniuerso mundo offert deo, Ei qui 11. Ratio
alimenta nobis præstat primitias suorum munerum in no=
uo testamento, de quo in. 12. prophetis, Malachias sic præ

Vbi supra significauit. Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus omnipotens, et audistis iam sanctum hunc doctorem affirmantem noui testamenti nouam oblationem, quia reuera, non est lex diuina sine oblatione. Atq;, ut Paulus ait, trã
12. Ratio slato etiam sacerdotio necesse est, ut legis translatio fiat. Er
Hebræ. 7 go & sacrificium. Sed translatio non est desitio, sed in melius commutatio. quare melius habemus sacrificium.

Hoc modo igitur & sacrificium trãslatum est, quoniã
Hebræ. 8 ut isdem sanctus ait apostolus. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quanto et melioris testamẽti mediator est. Et infra. dicendo enim nouum ueterauit prius.

Audistis quoq; ex sancto Iræneo ecclesiam accepisse ab apostolis post Christum. s. nouam hanc oblationem, quam in uniuerso mundo sacrificat. O hæretici, quàm non sibi propriam offerendi retinuere potestatem, quinimmo. Sicut acceperunt à dño, Ita ordinãtes successores, sibi cõtulerũt.

CAPVT 11.

Hebræ. 7 Cæterum si reprobatio fit quidem præcedentis testa-
13. Ratio menti propter infirmitatem eius, & necessitatẽ, nihil enim ad perfectum adduxit lex. Introductio uero melioris spei per quam proximamus ad deum. Ergo si lex Christi pducit ad perfectum, per quod proximamus ad deũ, profecto adesse oportet in ea perfectissimam oblationem, per quam ad deum approximamus, quæ deniq; eucharistica est oblatio, quam participantes deo incorporamur, estq; deus in
Hebræ. 5 nobis, nosq; in deo. Similiter Paulus inquit. Omnis ponti-
14. Ratio fex ex hominibus assumptus est, pro hoĩbus cõstituitur in ijs quæ sunt ad deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Nullum autem uerissimum etiam nunc est sacrificium pro peccatis deo gratum, nisi agnus dei qui tollit peccata

mundi, quod ibidem Paulus strenuißime comprobat aperitq;. Sed. 7. 8. & 9. At præcipuè cap. 10. Impoßibile inquit est enim sanguine taurorum et hircorum auferre peccata. Ideo ingrediens mundum dicit. Hostiam & oblationē noluisti, Corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam deus uoluntatem tuam. Superius dicens, quia hostias & oblationes & Holocaustomata & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur. Tunc dixi, ecce uenio, ut faciam deus uoluntatem tuam. Aufert primum ut sequens statuat. In qua uoluntate sanctificati sumus per oblationem corporis domini nostri Iesu Christi. Itaq; apud Paulū ablato primo & carnali sacrificio, sequens statutum est. quod autem sequens est, nisi mundißima caro corpusq́; Christi? Ergo huius deificæ carnis oblatio perpetuum statutum esse sacrificium deo in noua ecclesia notißimum apud Paulum est atq; manifestißimum. At dominus huius institutor sacrificij inquit. Hoc est corpus meū quod pro uobis tradetur. Et hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remißionem peccatorum. Diuinus uero affert Ambrosius. Semper nos peccamus. Oportet igitur semper sumere semperq; offerri. Post dominum quoq; fidelißimus eius præco Paulus præcepit iugiter sacrosanctum domini corpus sacrificandum, quoniam & sumendum in annūtiationem, id est memoriam mortis domini. Ait enim quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & sanguinem biberitis, mortem domini annuntiabitis donec ueniat. At sumi non potest uerè, nisi primo consecratum deo suffitumq; fiat sacrificium. Isdemq́; Paulus inquit. Calix bene-

Paulus ad Hebræ. 10

Psalmus

Paull expositio

Conclusio ex Paulo

15. Ratio

Matth. 26

De consecra. dis. 2

16. Ratio

1. Corin. 11

1. Cori. 10

dictionis cui benedicimus. Nónne *communicatio sanguinis*
17.Ratio *Christi est?* Panis *quem frangimus nónne participatio cor=*
poris Christi est? *Quoniam unus panis & unum corpus*
multi sumus. Omnes *qui de uno pane & de uno calice par*
ticipamus. Igitur *quicunq; unum domini corpus esse uolu=*
mus, oportet sane de hoc corpore uno domini uere partic
pare. Petrobrutiani *itaq; hæretici hoc nūc in ecclesia Chrii*
sti negantes participium procul sunt omnino, neq; intra ec
Contra lu *clesiam Christi.* Et ne *Lutherani glorientur ad se hāc pauli*
theranos *nam redargutionem nō peruenire, attendant sequentia.* Vi
18.Ratio *dete* Israel *secundum carnem.* Nónne *qui edunt hostias, par*
ticipes sunt altaris? A *fortiori igitur (dialectica est* Pau=
Pulchra *li) spiritualis* Israel, *id est* Christi *ecclesia,* Hostiam *hanc ui*
Pauli ex= *uificantem cōmunicando particeps est altaris, idest, unifica*
positio *tur præcipue, tum quoq; fructum hostiæ participabit salu=*
taris uberrimum. Apud *igitur* Pauli *dialecticam, altaris*
ris participatio hæc hostia nuncupatur. Vere *ergo eucha*
ristia sacrificium est in Christi *ecclesia cōsummatissimum.*
2.Cap. His *similia ad* Hebræos *ingeminat.* Ecce *ego et pueri mei,*
19. Ratio *quos dedisti mihi deus.* (Ex Osea *prophetæ uerba sunt ad*
Oseæ.13 *patrem loquentis* Christi, *in* Ioan.17.) *quæ* Paulus *suo ma*
gno diuinoq; interpretatur spiritu. Ad *hoc sacrificium atti*
nere inquiens. Quia *ergo pueri cōmunicauerunt carni &*
sanguini. Et *ipse similiter participauit eisdem, ut per mor*
tem, destrueret eum qui habebat mortis imperiū, id est, dia
Christus *bolum.* Et *liberaret eos, qui timore mortis, per totam uitā*
secundum *obnoxij erant seruituti.* Est *igitur subtilis* Pauli *dialecti=*
Paulū, sū- *ca.* Necesse *fuit prius* Christum *dominum* Saluatorē *in cœ*
psit eucha *na cum discipulis participare corpus & sanguinem, id est*
ristiam *sumere sacramentum eucharisticum.* Exinde *autem for=*

tißimum, uincẽsq; ſubire prælíũ mortis, ut moriendo mortem mortisq; authorem diabolum ſuperaret. At ſicut ſecũdum, Ita quoque primum, & utrunq; dominus perficit, licet non ignorem alios hunc locum aliter intellexiſſe, Sed noſtra quidem expoſitio uerior eſſe poteſt, quoniam literæ germana eſt. Cui fauet Cypriani diuinißimi ſermo de Martyrum corona, atque Tertulliani. Martyres ſanctos non adijſſe pro fide certamina, niſi corpus et ſanguinem domini prius hoc ſumpto ſacramento participaſſent, quod à ſanctis, Proceſſo et Martiniano Martyribus, per ſancti Petri manus in carcere, legimus obſeruatũ. Atq; Hippolyto ſocijsq; eius. Sed in factis neceſſarijsq; ad ſacris ſalutem, Opere ab uno diſce omnes.

Cyprianus Tertullianus

Regula in

CAPVT 12.

Porrò, Ex data apoſtolis ſacerdotali poteſtate in cœna. incunctanter, ſancto ſuper eos effuſo ſpiritu, quotidianam hanc frequentarunt uictimam. Si Apoſtolorum credimus Actis, quod etiam in uia de ſanctorum cõſenſu abũde pro babimus. Deniq; ſi incruentum hoc ſacrificium à Christi repellatis eccleſia, Date propijßimam in Chriſti eccleſia tantumq; ei accommodam oblationem? (Oportet enim ut prædiximus, eccleſiã, ſacrificium ſacerdotiumq; habere. Et ſi dignior, dignißimum et utrunque hoc præbere munus.)

20. Ratio Apoſtoli ſacrificarunt eucharistiam Capito. 2. &. 20 21. Ratio

Sed forſan orationem, aut ſpiritum contribulatum, gratiarum actiones, uel ſacrificiũ laudis, ſimul aut corporũ mortificationem, In Chriſti eccleſia numerabitis ſacrificia, uel opera pietatis.

Euaſio

Sunt etenim hæ, fatemur ſalutares immolationes frequentesq; in eccleſia Chriſti. Sunt quidem et pulcherrimæ deoq; gratæ: Sed nos propijßimum, Chriſti eccleſiæ, quæri

Repulſa

mus holocaustum. Hæc uero sunt et uetustioris ecclesiæ holocaustomata. Nos uero inquirimus sacrificiũ his sanè maius. Sed neq; omnibus peruiũ, quale inquam est multiplex dictum. Quinimmo solis sacerdotibus (maximi sacerdotij Christi ecclesiæ proprijßimi fungentibus munere) immolari iussum, quod etiam prior ecclesia nusquam obtinuit, licet ipsius figuram imagnẽq; litauerit. Itaq; propriũ Christi ecclesiæ eucharisticum hoc poßidemus sacrificium, in quo singulæ præfatæ hostiæ eminenter aptantur. In cuius etiam uirtute eædem, deo optimo Maximoq; non sunt despicabiles. Atqui deo odibiles Herentiani Lutheraniq; hæretici hanc excogitarunt impietatem, qua aduersus humanum genus, deum redderent irascentem implacabilemq;. Cum enim sacrificiũ proprie, sit latria seruitute aliquid factum, ad debitum honorẽ soli reddendũ deo, eũq; placãdũ.

20. Ratio Contra Lutheranos

Quid sacrificium

Hoc remoto placandi genere, id est eucharistico sacrificio, actum erit, de humana quidem progenie. Nempe placentißimum deoq; propitiatorium. Christus est ipse Deus homo per sanguinem suum. Roma. 3. Quamobrem hoc sacrificium deo quotidie immolat ecclesia, per quod offensus deus quotidie placatur, de quo petit quotidie exaudiri. Orãs panem nostrum quotidianum supersubstantialem da nobis hodie ꝑ qđ, scilicet dimitte nobis debita nostra &c. Ideo non cõtra genus humanum, sed aduersus impios hos Lutheranos, iratus ait dominus. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si ego dominus, ubi est timor meus? (Nãq; ꝓprijßimus honor deo. Hoc sacrificio eucharistico tribuitur ꝑ quod proprijßima latria seruitute colitur.) Et iterum per alterum, gloriam meam alteri non dabo.

Neceßitas sacrificij eucharistici

Lucæ. 12

Malac. 1

Esaiæ. 42

CAP. 11. *In ecclesia*

Re uera illi istiq; hæretici nesciunt quid loquantur. Nec

perstant

perstant in seipsis, (ut infra magis.) Sed sibi ipsis uim infe runt. Nempe si semel eucharistia sacrificium fuit, erit ergo semper sacrificium. Et si apostolis (ut Lutherani fatentur) faciendi similiter data est potestas, conficient utiq; sacrificantes, sicut & Christus sacrificauit. Nisi abnegaueritis prorsus eundem sacerdotem fuisse, secundum ordinem Melchisedech. At uobis innatum est, scripturas inficiare diuinas, ut Petrus prophetauit apostolus.

ppetua est potestas sacrificandi eucharistiam 21. Et. 22 Ratio Vltimo. 2

Adhuc non solum apostolis eucharistia sacra, æternæ uitæ est panis salutarisque cõmunio, sed quidem omnibus eã digne sumentibus, si Paulo credimus. 1. ad Corint. 11. Ergo similiter conficiendi potestas, hanc uictimam diuinam, non tantum est apostolis tradita, sed successoribus eius, atq; uel alijs ab ipsis rite ĩstitutis, aut per successores eius, usq; in finem. Alioquin, nulla post apostolos fuit in ecclesia per eucharistiam unio atq; fideliũ cõmunio, à Christo, Paulóque mirabiliter necessariaque laudata. Eapropter Paulus, ubi supra, horum præuidens cauensq; errorem, Corinthios docet, inter quos tunc temporis, non quidem aderant Apostoli, quotiescunque manducaueritis panem hunc &c. Si ergo panem cœlestem hunc Corinthij, apostolorum cultura, non tamen apostoli, manducaturi erant, in memoriã Christi, profecto inter eos constituti per apostolum, erant sacerdotes, qui panem hunc cœlestem conficere, Illisq; ministrare iussi erant. Similiter, Timotheum sacerdotalem habuisse gratiam, Paulus ipse testatur. 2. cap. 1. Ad ipsum scribens: Nec non & Titus archiepiscopus sacerdos ab eodem ordinatus est, pro insula Cretæ. 1. ad Titum. Haud igitur post apostolos, nulla fuit ecclesia Christi (quod tamen hæretici passim negant sibi solis uendicantes ecclesiam) neq; est,

Contra hærentianos 22. Ratio

24. Ratio

25. Ratio

26. Ratio

uel erit. Aut siquidem hoc est impoßibile, Sacrificium in=
27. Ratio cruentum corpus domini, sacerdotiúmque perpetuũ, erũt,
suntque in ecclesia Christi fuerúntque. Haud enim soli apo
stoli hoc pane cœlesti saturati sunt, ut patet ex actis,
quoniam neque ipsi soli Christo incorporati sunt. Sed
neq; ipsi soli eundem participati sunt in resurrectione ui=
tæ. Omnes enim nos & quot quot præcesserunt ingemiscẽ
tes, eam sperantes concupiscimus. Si itaq; hoc Christi iniu
riatur crucifixæ charitati eiusq́; optimis meritis: oẽs certe
qui sunt, fuerúntq; erũtq́; usq; in finem de ecclesia Christi,
participes oportet esse corporis & sanguinis Christi, ut si
mul cum ipso & per ipsum & in ipso resurgant in uitam
æternam sancto prophetante de hoc propheta. Edent pau
Psal. 21 peres, & saturabuntur, et laudabunt dominũ, qui requirũt
Psal. 110 eum: Viuent corda eorum in seculum seculi. Ecce ex esu
hoc pauperum, laus deo perpetua, uitáque illis erit immor
Collectio talis. Atq; iterum escam dedit timentibus se, escam in quã
rationis memorabilem hanc inter omnia mirabilia opera sua. Si ita
que semper ecclesia hac salutari reficitur esca, perpetua
quidem in ea sacerdotalis est instituta facultas, quæ illam
conficere queat.

CAPVT 14.

Psal. 39 Neq; si afferant id psalmi sacrificium & oblationem no
Responsio luisti, Tanquam deus nollet amplius sacrificia. Id enim non
AdHeb. 11 proficit eis. Nanq; statim subdit, corpus autem aptasti mi=
hi, ut Paulus legit. Veteris ergo legis repudiat ijs quidem
uerbis sacrificia deus. At noua quidem lege uictimam salu
Augusti= tarem corpus Christi aptauit elegitque sibi sempiternam.
nus super Vnde & magnus Augustinus eadem pertractans uerba in
psal. 39. quit. Cum datum est quod promissum est, ablata sunt uer=

ba promißiua, data sunt completiua. Sacrificia ergo illa tan quã uerba promißiua ablata sunt. Quid ergo est quod datum est completiuũ? Corpus autem quod nostis, quod non omnes nostis, quod utinam qui nostis omnes, non ad iudicium noueritis. Sacrificium, inquit, et oblationem noluisti. Quid ergo nos iam hoc tempore sine sacrificio dimißi sumus? Absit, corpus autem perfecisti mihi. Ideo illa noluisti, ut hoc perficeres, perfectio promissorũ abstulit uerba promittentium. Hoc promittebatur quibusdam signis. Ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est ueritas promissa. In hoc corpore sumus, huius corporis participes sumus, q̃d accipimus nouimus, & qui nõ nostis noueritis, & cum didiceritis non ad iudicium accipiatis. qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. profectum est nobis corpus proficiamur in corpore. Hæc ille. Atq; dũ 32. Ratio
Christus ecclesiam instituit in finem seculi permansuram, potestatem, & claues collatas sibi à Christo simul cum illa 33. Ratio
& tantum in illa perseuerare operæpretium est usq; in finem seculi. 34. Ratio
Alias Nouatianorũ error innouatur. Neq; ordo esset in ecclesia, si quidem in illa nulla potestas adesset. Prædictis Esaiæ uaticinium aspirat cap. 9. atq; sanctus Dauid psal. 109. & 131. De sacerdotio in ecclesia Christi perpetuo, sancto, & sanctificante, iustitiam induente ac salutare, Perpetuamq; in ecclesia potestatem eiusmodi esse Paulus Potestas ꝑpetua in ecclesia
apertißime docet, sicut & omnem aliam necessariam quidem in eadem ecclesia. tum ad Roma. 12. scribens. Ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundum gratiam quæ Paulus 35. Ratio
data est nobis differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue mysterium in ministrando. Hæc gratia Expositio

potestas est sacerdotalis. Ministri enim Christi dei in noua
Ioan.12. et *lege sacerdotes cognominati sunt. Vt in illis uerificetur do*
17 *mini eulogium, Volo pater, ubi sum ego, ibi sit & minister*
Paulus *meus. Perpetuitatem uero potestatis ecclesiasticæ ad Ephe.*
36. Ratio *4. manifestat inquiens. Et ipse dedit quosdam quidem apo-stolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cõsummationem sanctorum, in opus mynisterij, in ædificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei, in uirum perfectum, in mensuram ætatis Plenitudinis Christi.* Caput. 15.

Hæresis *Vt dicunt, Almericus impius Berengarij suscitauit hæ-*
Cõfutatio *resim, sed ab Innocentio. 3. Per maximum uniuersaléque cõcilium Lateranense, perpetuo fulminatur anathemate.*

Valdenses errorem palliant Berengarij scribentes ad regem Boemiæ, sed excõmunicãtur in cœna domini, extra de hære. cap. excõmunicamus: hi quoque pauperes de Lugduno ab alijs nuncupantur.

14. hære- *Nouam excogitantes insaniam, Albanenses hæretici,*
sis *qui & Paterni à quibusdam appellantur & Baiolenses, Atque nolentes catholicæ ueritati aures præbere, in scopulũ scelestißimum, sacrilegumq́; artati sunt. Blasphemant enim sanctam eucharistiam nihil esse dicentes. Quos Gregorius 9. Perpetuo fulmine iaculatus est. Extra de hæreticis, ex-*
Cõfutatio *communicamus. el. 2. Si autem eucharistia nihil est, Christi quoque sacerdotium nihil erit. Ecclesiæ quoque perfectißima disperijt unitas. Atque à nobis per adorandam eucharistiam sumendamq́;, immortalitas donanda desperauit. Et Emanuel sanctus optimusq́; deus nobiscum nusquam erit in uia, deperijt quoque unitas ecclesiæ fortißima de qua*

præfati sumus aduersus.7.hæresim. Eteim *eam substantialem ecclesiæ unitatem appellauimus, quoniam in substantia* *Supra cō=*
scilicet corpore dñi & sanguine est cōmunio ecclesiæ. Non *tra hære=*
tantum in accidente & signo, uel denique in charitate quæ *sim.7*
accidens est. Et *ideo substantialis unitas appellata est.*

Ioānes Vuicleff *Anglus, iterum sopitam hanc hæresim* *Hæresis*
instaurat. Qui Romano *concilio*, et Anglicano *multiplici,* *confutatio*
Pragensi, *& synodis alijs condemnationi subiacuit.* Tan= *hæresis.* 15
déq; cōcilio Cōstantiensi *sessione.8.deperijt.hic nanq; à plu*
ribus doctissimis uiris cōfutatus & supatus est, quē deniq;
Martinus.5.*cōfodit, gladio tādē dissepultus igne crematur.*

Nouissimis *uero temporibus, quæ nunc nostra sunt,* Omni *repleta impietate, inobedientia, diuinarum pariterque humanarum legum contemptu (proh scelus & lachrymabile malum.)* Nempe *tempora hæc sunt animalium hominum, & ambulantium secundum inuentiones suas unumquenque.* Nam *quæ sibi quisque cupit dogmata fabricat, uelut idola, in quibus lex & scientia perierunt ab optimatibus populorum.* Ius *uero & uirtutem, immo conscientiam ex armis, aut ambitiosa factione, sibi quisque uendicat.* Itaque *parū abest, quin etiam eucharistico spreto cultu.* Tum *quoq; ecclesiastica* Hierarchia, *fidéque uetussima uniuersalique etiam pueris olim peruia christianis in discrimen litémque compulsa, charitas penitus & undique depulsa sit, quāuis igniculus quidam, in fauissis quibusdam, sed puluere tectis flammuláque ardeat raráque amoris diuini.* In *nouissimis ergo his diebus, post illatas* Petro *& cæteris apostolicis omnes iniuriarum fæces, in deum* Christū *cornua uentilarunt pessimi hæreticorum impijssimiqúe* Lutherani, *parum quippe eis uisum uidebatur sedem impete=*

re Petri, nisi ipsum dominũ Christum thronúmque eius debellare,infringere & cõminuere tentassent.

15. hæresis Nempe ut prædictum est, Andreas,Oecolampadius, Zuinglius,Vrbanus,Bulligerius,qui de sathanica Lutheri culina prodierunt Ioannis & Beringarij toties confossam hæresim & in inferno sepultam reuocarunt ex orco, fingentes, ut dictum est,nequaquã sub sacramẽto altaris præsens esse corpus domini. Quinimo panis & uinum, licet benedicta,tantũmodo in eo præsunt, figura signúmq; corporis Christi in cruce suffixi & sanguinis eius in eadẽ effusi: quibus Lutherus eorum incentor & magister persuasit etiam,nullum adhibere cultum tanto sacramẽto,sed neque debere seruari. Aduersus hos nouatores totus noster præcipue in Oecolampadium cõmunitur aggressus. Hic nanq; qui in castris domini sæpius militauit,non erubuit tandem, Molossos toties dictos confusos & contritos imitari, captiuúmque se sponte tradere hostibus Christi ecclesiæqúe sanctæ. Nempe non lapsus est ignorantia, doctus quippe et facundus apparet in uerbo,sed reuera eum obcæcauit malitia simúlque in signis obscurauit dementia. Abũde autem,

Cõfutatio ut reor,huius insaniam ex prædictis perstrinximus. Ostendimus nempe præuaricationẽ suã ex putridis sulfureisqúe lacubus prætactis inaniter dimanasse, quam tot concilia uniuersalia, totiesq; Petri inuictißima sedes clangentesq; spiritus sancti tubæ, doctißime pariter & sanctißime perfregerunt. Caput 16.

Interim tamen postremum hoc agmen,priusquam totis instructisq; aggrediamur aciebus, supra promißis. Nunc

Contra Berengarium primo eosdem per præcursores syllogismos quosdam, tanquam præmissa tormẽta,procul eijcimus. Ne castrametãdi

locus illis dimittatur, aduersus ecclesiam dei, Iosue magnũ
Hebræorum ducem scientemq́; prælia dei uictriciaq́; arma Iosuæ. 6
rotare illis opponentes. Hic ergo sanctissimus homo dei Io
suæ destructa urbe Iericho, imprecatus est in eius reædifica
tores (quos typum hæreticorum continere præuidebat)
maledictus uir coràm domino qui suscitauerit & ædifica=
uerit ciuitatẽ Iericho. In primogenito suo fundamẽte illius
iaciat, & in nouissimo liberorum, ponat portas eius. Atq;
imprecatio. 3. Regum in Abiel de Bethel adimpleta est. Figuræ ex
Hanc sancti patres maledictionem imprecandam audiunt, positio
adimpleriq́; fatentur super omnes, qui semel destructam, ab
ecclesia hæresim resuscitare moliuntur. Iericho enim defe=
ctus lunæ interpretatur. hic defectus, hæresis quidẽ est, defe
ctus fidei maximus contra ecclesiam, quæ luna ubiq; nuncu
patur. Omnis nanq; hæreticus infidelis est. Nempe fide ca Omnis hæ
rens infusa. testantur hanc ueritatẽ diuini ambo doctores. reticus in=
Ambo doctissimi: eiusdemq́; spiritus, Thomas sanctus & fidelis
subtilis Ioannes minorita. Abiel patris deitas intelligitur, 22. q. 5. ar=
quoniam omnis hæresis, deo aduersatur impie, oppositum ti. 5
eius in ecclesia reuelanti Bethel, domus dei est. Nemo quip Quolibe=
pe hæreticus, nisi exeat de ecclesia. Inquit enim theologus to. 14
Ioannes sua prima canonica. Ex nobis prodierunt, sed non
erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent uti
que nobiscum. Sed ut manifesti sint, quoniam non sunt om= Cap. 2
nes ex nobis. Porrò sicut muri Iericho, canentibus sacerdo
tum tubis corruerunt, atq; in ore gladij Hebræorum om=
nes eius cæsi sunt incolæ, una dempta Raab meretrice, Iu=
dæorum nuntiorum hospite. Ita quoq; omniũ hæresum mu
nimenta ruunt hæresesq́;, sacerdotum ueram dei fidem con
fitentium Christi, clangentibus tubis. In concilio uniuersali

diffinientibusq́;. Tunc demum, per seculares principes potestatesq́;, (quæ sunt ecclesiæ dei Antemurale) in ore gladij ignisq;, hæresum authores cadunt atq; fautores. Enim *uero primogeniti mors, fidei est in hæreticis occasus, ut dictum est: Fides quoq; primogenita est inter omnes a deo nobis immissas uirtutes, nouißimi autem geniti mors.* Ope*ra sunt hæreticorum uana, conatusq́; inanes.* Mortua qui*dem pariunt hæretici opera, suntq́; abominatio coràm domino hæreticorum holocausta, ut omnes prophetæ prædixerunt. Sunt quippe sine spiritu & fide, ergo sine uita spirituali, de quibus (heu dolor) id psallentis prophetæ uaticinium uerum esse constat.* Perijt *memoria eorum cum sonitu pompa, strepituq; uerborũ.* Et *ueritas domini manet in æternum.* Opprimuntur *hæretici quoq;,* Vincente *sentẽtia aut uindicante, iunioris prophetæ* Danielis, *uel quicunq;*
Psal.9 *sunt nouatores hæresum. Qui Susannam castißimã, uelut adulteram, id est ecclesiam sanctam ueracißimam, aberra-*
Psal.116 *req; nescientem, accusant de adulterio, id est, de falsitate, quos nempe* Daniel *sanctus increpat.* Manet *inquiens,* An
5. Ratio *gelus domini gladium habens, ut uos secet medios, et interficiat uos accepta sententia.* Omnisqúe *exclamat fidelium*
Daniel.12 *cœtus, benedictus deus, qui infallibilem ecclesiam saluat à calumniantibus eam hæreticis nouatoribus.* Etenim *omnis antiquatæ hæresis incentor, est accusans ecclesiam* Christi *de crimine falsitatis. Simulac cum peßimo* Amalachita Aman, *ij hæresum defossores suspenduntur.* Maximi *regum*
Hester.7 *Assueri præcepto, id est ulciscẽtis maximi dei imperio subuertuntur.* Quiqúe *exclamans ait, etiam* Reginam *uoluit opprimere me præsente in domo mea.* Est *equidẽ ecclesia*
Psal.44 Christi, Regina, *quæ semper adest, à dextris eius in uestitu*

deaurato circũdata uarietate. Eſtq; ſpõſa eius uenuſtiſsima, ſine macula & ruga falſitatis, uel erroris, quam tamen p= fidi hæretici opprimere tentant, non uerentes faciem ſponſi eius Chriſti. Idcirco aſsiſtentes a ſecretis deo, Angeli uidelicet eccleſiæ præſules, Statim hæreticorum facies coope riunt confunduntquée, Eosquée patibulo dignos percenſent. Ephe. 5

CAPVT 17.

Ex dictis itaq; hæc prima concluditur ueritas. Hæreſis negans uerum Chriſti præſensq; corpus & ſanguinem in altaris ſacramento, eſt antiquiſsima. Sed uetuſtiſsimo per= cuſſa anathemate perpetuoq;. Nempe quia procedit uel ab hæreticis ueram Chriſti humanitatem negantibus nobisq; uniuocam quos etiã Chryſoſtomus quadam homilia, Baſilius, Ambroſius, Cyprianus & Origenes ſæpe contriuerũt. Aut ab eis, qui ſi ponant eã, infideles tamen ſunt Chriſto, diſcredentes id agere uel poſſe in hoc ſacramento, ſicut Capharnaitæ, Corinthiorũ quidam, Maſsilianiq;, carnaliter Chriſti uerba intelligentes. Vel non diſcernentes hunc cibum a communi. Vel ab illis qui hominem Chriſtum aſtruentes, corpus tamen in ſepulchro relictum excogitarunt. Aut ab alijs, qui humanitatem tranſijſſe in deitatem fantaſiantur. Aut deniq; ab eis, qui ſemel tantum in cœna domini hoc ſacramentum cum præſentiſsimo corpore domini affirmarunt. Sed nequaquam de cætero eſſe idem in menſa altaris. Et tandem ab hæreticis, qui ſignum figuramq; aiunt hoc ſacramentum eſſe tantum, ſine ſignato præſentiq; corpore domini. Cum omnibus his pars eſt hæreticis nouellis Oecolampadio uidelicet Zuinglio Vrbano Bullingherio, Carolo Stadioq;. Quamobrem aduerſus omnes nouatores hæreticos ſopitarum inſtauratores hæreſum.

Prima ueritas

Epiloga

Athana. in ſymbolo

Secunda ueritas Secũda hæc statuitur ueritas. Hæresis quæ semel uniuersali catholicæ ecclesiæ iudicio est condemnata, pro æterno ana
Quid ecclesiæ uniuersale iuditium thema est, & nunquam in dubium reuocari potest, nec propalari, neq; defendi, ĩtelligimus uniuersale iudiciũ q̃d a sede profertur apostolica, aut œcomenico legitimoq; diffinitur cõcilio. Inquit.n.ter Leo sanctißimus Papa ad Martianũ Augustũ epistola.41. Pro calcedonẽsi cõcilio. Vñ p ipsum dñum nostrum Iesum Christum, qui regni uestri est au
Leo epistola.41 thor & rector, obtestor & obsecro clementiam uestram,
Prima rõ ut in præsenti synodo fidem, quã beati patres nostri ab apostolis sibi traditam prædicarunt, non patiamini, quasi dubiam retractari, & qui olim a maiorũ sunt authoritate dãnata, rediuiuis non permittatis conatibus excitari. Illudq́; potius iubeatis, ut antiquæ nicænæ synodi constituta, remo
2. Ratio ta hæreticorum interpretatione permaneant. Nã quæ con
3. Ratio uertit se retro uxor Loth in statuas salis conuersa est, & do
Nume.14 minus, Angelo uastante, plurimos percutit Iudæorum con
&.21 cupiscentes regredi ad uanas Aegypti delicias.

3. Veritas Hanc statim consequitur tertia ueritas. Quisquis hæresim, uniuersali damnatã iudicio, approbat, tuetur, uel iniuste
Ioan.2 canonica reprobatã eam esse asserat de facto et de iure hæreticus adiudicatus est, nouo nõ expectato iudicio. Nec audiẽdus est, Sed à cunctis anathema habendus est fidelibus. Neq; reci
Probationes piendus in domo, nec aue ei dicendum est. Qui enim dicit illi aue, cõmunicat operibus eius malignis, ut inquit theolo
Ratio.1 gus Ioannes. utraq; hæc conclusio rationibus simul & inductione legeq́; patet tum apostolica cum diuina. Ratio prima quasi à priori talis est. Qui sunt fidei articuli, immutabilis sunt ueritatis & inuariabilis, utpote spiritu sancto immobiliter subgerente cõciliati, ideoq; illis opposite hæ

reſes ſunt in falſitate immutabiles. oportet enim principia nedum eſſe uerißima notißimaq;, ſed etiã illis oppoſita, incredibilia eſſe, notißimaq; in falſitate. Idcirco ſemel falſum hæreticumq; dogma, ĩmutabiliter hæreticum, ſemperq; falſum dogma eſſe conuincitur. Poſteriorum. 1 Corollarium

Inductione ſimiliter utraq; præſcripta eluceßit ueritas. Nempe reprobata ſemel Arriana hæreſi contra deitatem Chriſti nicæno uniuerſaliq; eccleſiæ iudicio, nequaquam ſuſcepta eſt amplius. Quoties aũt adulter aliquis uel infidelis (Euſebius uidelicet Nicomedienſis & complices) eam ſuſcitare tentauit, oppreſſus eſt, perpetuo eodem nicæno fulmine in eos immiſſo. Quo etiam concilio omnes, ante Arrianam, profligatæ ſunt hæreſes. Nouatianorum. s. Paulianiſtarũ, Sabellianorum & cætera id genus multa. Cõcilio Conſtantinopolitano primo, Macedonij hæreſis contra deitatem ſpiritus ſancti depulſa eſt. Simulq; Eunominiana Eudoſianaq;, nec ultra redire præualuit, iudicio uniuerſali. Primo Epheſino, deperijt neſtoriana hæreſis contra deitatem Chriſti, unãq; eius perſonam, pariter aduerſus maternitatem Dei in beata uirgine. Cœleſtij quoq; hæreſis ſiue Pelagiana contra dei gratiam, Maßilianorumq; in euchariſticam uenerabilem ueritatẽ ab eccleſia eiecta ſunt in æternum. Quarta uniuerſali diffinitione chalcedonenſis concilij, Euthiciana contra humanitatem Chriſti cõfunditur hæreſis, nuſquam amplius reſtituenda. Synodo quinta uniuerſali Conſtantinopolitana, Theodorus Moſotenus Neſtorianus Theodoricusq; & Anthimius Euthicianus hæretici, antiquis feriũtur Epheſino & chalcedonẽſi gladijs. Sed Petri Apiamarij noua hæreſis addẽs in Triſagio quartam crucifixam perſonam perpetuo debellatur. Determinatione

Inductio Nicænũ. 1 Concilium

Secundum Conſtantinopolitanum

3. Epheſinum

4. Calcedonenſe

5. Conſtantinopo.

6. Cōstan synodi sextæ uniuersalis Cōstantinopolitanæ Macharij hæ
tino. resis monothelitana, id est unicam uoluntatem operatio=
7. nicænū nemq; dei uirilem asserentis in Christo, condemnatur. Ne=
que amplius eidem locus inuentus est in ecclesia. Septima
Oecumenica nicæna synodo, Iconoclastarū repudiatur hæ-
resis, abnegantiū uenerādas in Christi ecclesia imagines, et
8. Cōstan= sine fine sepelitur in inferno. Vniuersali octaua synodo om
tinopoli. nibus hæresibus innouatum, de more profertur anathema.
Sed quoq; intruso Phocio in Constantinopolitana ecclesia,
Nota Romanoq; & uniuersali pontifici non obsequenti, ingemi
9. Catha= natur anathema, depositio, exiliumq;. Nona lateranensi
nense. synodo uninersalißima, sub Innocentio. 3. Almerici impij
hæresis uaria, tum de eucharistia, cum de alijs. Atq; Catha
reorum aliorumq; plures reijciuntur hæreses inreuocabi=
liter. Quoq; clarißima eucharistica ueritas toto ecclesiæ
orbe, Apostolica reboante tuba, Iterum semperq; patescit.
10. Lugdu Lugdunensi uniuersali. 10. censura, hæresis abnegans in pa
nense tre filioq;, idem spirandi principium spiritus sancti inesse,
11. Vienen conteritur in seculum seculi. Oecumenica. 11. Vienensi sy=
se nodo Biguardorum peßima excluditur hæresis. Animāq;
rationalem hominis essentialem esse formam contra Auer
roim sancitur, gratiamq; theologicasq; uirtutes. In prima
baptismaliq; iustificatione, pueris habitualiter ac adultis fa
uorabiliter uereq; explicatur. Neq; quicquam tamen horū
12. Cōstan expedit in litem compellare. Constantiensi uniuersali. 12.
tiense cōcilio Ioannis Vuicleff, renouato priori Romano anathe
mate hæresis uaria perditur. Atq; Ioannis Hus & Pragen
sis Hieronymi, expūguntur errores perpetuo ab ecclesia.
13. Floren Florētina celeberrima. 13. Synodo, cum græcanica orienta
tinum liq; ecclesia atq; latina, Pax unioq; cōponitur. Spiritus san

cti processio a patre filioq; eodem principio denuo clare=scit. de uetustissimo purgatorio uesana deletur negatiua su=spicio. Septem sacramentorũ à Christo instituta, et per apostolos præconizata, Coæua ecclesiæ renouatur ueritas. Primatus Petri quoq; orientali græcaq; ecclesia denuo suscipitur, uniuersalisq; totius ecclesiæ Petrus caput et rector per christũ ĩstitutus prædicatur. Prioribusq; hæresibus ãtiquũ de more infligitur anathema. Neq; reuocationi amplius patet aditus. Romana Lateranẽsi. 14. Synodo sub Leone. 10. 14. Lateranense
Insipiẽtissima Auerrois refellitur opinio de unico ĩtellectu in omnibus hominibus, denique innouatur, uniuersale concilium Romano uniuersaliq; subesse pontifici. Quod tamen ignoro an ecclesiæ expediat in dubium retexere. Cum Sessio. 11
planè perspiciant omnes sapientes, nouellam hanc litem, nullam frugem, nullámque opem catholicæ ecclesiæ contulisse. quinimo schisma arrogantiam, contemptum, inobediẽtiámque substituerit in ecclesia Dei. Nomenque concilij nedum exosum, sed exul reddiderit, ab illorum pectoribus apud quos desiderabile, alias fuit sempèrque iocundum erit. Nunc uero in hac. 15. Synodo uniuersali. Quæ 15. Tridentinum
diuo patrocinãte Vigilio. Pro salute Germaniæ. in sua Tridentina æde Vrbeque congregari cœpta est. (In qua nunc sumus, sub protectione Imperioque illustrissimi & Reuerendissimi Domini Don Petri de Aragonia, Prouidissimi Sanctissimiqúe Panormitani Archiepiscopi.) Aduersus antiquarum hæresum subuersarum, nouatores Lutheranos. Plures sancto subgerente spiritu, sancitæ fuerint catholicæ diffinitiones. Aduersus quas prouocare, consũmata est hæresis, impietas, sacrilegium, et blasphemia spiritus. Ex his igitur, inductione liquidum est, Perfractas semel hæreses,

uniuersali ecclesiæ iudicio, Nunquam restitutas neque restituēdas esse. Quod si multas alias synodos uniuersales, præsule uniuersali faciente Romano, *prædictis intermedias, numerando omisimus, parcentes egimus prolixitati contenti referre celebriores.*

3.Ratio *Sed speciatim pro.3. Veritate tesserendo inducimus, Eu*

Alia inductio *sebio Nicomediensi & cōplicibus,* Arrianæ *factionis (post Nicænum primū) antesignano, nouatori hæretico.* A *Marco, Iulio, Liberio. Feliceque, Romanis pontificibus antiquo iaculantur anathemate Nicænæ synodi. Et per idem, ubique a catholicis repudiantur & deuitātur. Damasus pa*

Eusebius Arrianus *pa, concilio Romano, reijcit, Ariminēse, & omne conciliabulum, ab hæreticis, uel imperiali ui collectum, aduersus sanctam Nicænam primam synodum, antiquum in hæc ipsa renouans Anathema. Achatius, Euthicianæ fauens hæresi, uel quia Petrū Alexādrinū Euthicianū hæreticū, tyrānice restituebat. Felix & Gelasius, Romani pontifices, Chal*

Achatius Euthicianus *cedonensi deijciunt nō noua censura, ut sæpe protestantur. Agapetus papa synodúsque. 5. uniuersalis, Anthymum Cō*

Anthymus Euthicianus *stantinopolitanum patriarcham deponunt & damnāt, chalcedonense innouando fulmen (erat quippe Euthicianus hæreticus) neque nouum contra eundem proferendo iudiciū Ioannes Vuicleff: (ut nobis uicina recenseamus tempora) in cōstantiensi concilio Romanum quoddam, innouante,*

Demostratio *anathema prius hæreticus declaratur, atq; damnatur. Hisq; similes multos comperimus Annales tesserendo ecclesia*

Maxima *sticas hystorias. Ex quibus potissima, ad ueritates dictas*

Scot.1. dis. 11. q.1. ad 2 distin.12 *formatur demōstratio. Consuetudo uniuersalis, & uetustissima catholicæ ecclesiæ, lex est inobliquabilis. Estque apostolica traditio ex Augustino epistola ad Ianuarium dis.12.*

Illa autem & distinct. 11. ex Basilio & Augustino capitulo. Ecclesiarum tum quoq;, capitulo, catholica. Ex Augustino de fide christiana. quibus doctissimus astipulatur Vicentius Lirinensis monachus libello de hæreticorum confutatione, siue de gestis Ephesini cōcilij. Quare ex uniuersali ecclesiæ consuetudine uetustissimaq;, satis patet utraq; præscripta ueritas. Et hæc est fortissima magis consuetudo, quoniam fidem nutrit inuiolabilem maestatemque ecclesiæ seruat illæsam inuictámque.

distin. 11 Augusti. Athan. Basilius Origenes primo de principijs Tertullianus de præscriptiō.

CAPVT 18.

Est etiam hæresiarcha, nedum hæreticus, qui hæreticorum dogmata defendit Vrbano diffiniente papa, maioriq; plectendus est pœna, quàm primus eius inuentor. Cum etiam secunda admonitione ad Titum. 3. ut inquit Paulus, primus hæresis instigator expectatur. eius deffossor, primaq; statim illius adhæsione defensioneque est excōmunicatus. 24. quæ. 1. Achatius statuente Gelasio. nempe damnatum reuocans errorem magna ui et uiolenter errasse ecclesiam illum confutantem, proclamat infamatque. Atque spiritum sanctum de falsitate arguit loquentem perpetuas in ecclesia dei ueritates. Porrò si sic contingat, nulla erit stabilis synceraque fidei ueritas in ecclesia dei. Nam omnis erit opinio, uento instabilior, fidei articulus quisque præscriptus ab ecclesia, pro & cōtra ad hæreticorum gustum pro tempore suscipiendus. Quare sibi credentes per ecclesiam deus decipit quam sæpißime, apud istos. Aßistet quoque deus, secundum eos, falsitatis testis dum per miracula, dogmata comprobat fidei? Audebit itaque temeraria hæreticorum uaniloquentia, prima dei legem permutare placito suo? Nempe prima lex Dei fidelibus indita de fide est. Si ma

hære. Ratio. Fautor dānatæ hær. Hæresiarcha est Ratio. Paulus Gelasius Ratio. Ratio. Ratio. Iacobi. 1 Ratio. Ratio. Ratio. Ratio. Lex prima Dei

Ratio. Paulo credimus ad Hebræos.11. Accedentem, inquit, ad
Ephe.5 deũ credere oportet etc. Vnde de hac ueritate ifdẽ Paulus
apoftolus omnem eccclefiam præmonens inquit, ut iam nõ
fimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni uento
Ratio. doctrinæ in nequitia hominum, in aftutia ad circumuentio=
Ad Gala.1 nem erroris, Veritatem autem facientes in charitate, crefca
mus in illo per omnia. Et fi ab apoftolo Paulo femel, et bis,
cõtra Angelũ de cœlo dogmatizãtem præterquam ipfe euã
gelizaret ĩfligitur Anathema, quãto magis ter quaterq; erit
Anathema qui dogmatizauerit aliud quàm ecclefia tota dif
Ratio. finiuit? Ea enim non de fe loquitur fidei ueritates, Sed fpiri
Corin. 14 tus eft in ea, qui loquitur myfteria. At faluator ait, ipfe enim
Ioan.14 fuggeret uobis omnia quæcũq; dixero uobis. Fidelis inquit
2. Corin.1 Paulus, deus eft, quia fermo nofter qui fuit apud uos nõ eft
ratio. in illo eft et non, fed eft in illo eft, dei enim filius Iefus Chri
ftus, qui in uobis per nos prædicatus eft per me, & Sylua=
num, & Timotheum, non fuit in illo eft, & non, fed eft in
ratio. illo fuit eft, quotquot enim promißiones dei funt in illo eft.
Ideo & per ipfum amen deo ad gloriam noftram, Et hoc
ideo, Quoniã quæ femel eft fidei diffinitio totius ecclefiæ,
illa femper eft immobilis & inuariabilis, dicente dño &
Lex diui= præcipiente, in his præcipue quæ funt fidei, fit fermo ue fter
na Matt.5 eft eft & non non. Nihilq; eft magis Deo odibile q̃ fuæ de
ratio. fide ftatuenti ecclefiæ non credere, quoniam fuper eam re=
Matth.28 quiefcit fpiritus fidei, et in ipfa femper eft ueritas Chriftus,
ratio. & ipfa eft columna & firmamentum ueritatis prima ad
Ad Tim.1 Timotheum cap. 3.
cap.3 Cum folidum firmumq; fundamentum ueritatis diuinæ
Ad Tim.1 foli fit cõmiffum ecclefiæ fibiq; depofitum. Nempe quia
cap.6 Cherubin & Thronus dei fedesq; eft ecclefia fancta catho
lica

lica super quam sedet Deus *iudicia faciens et pronuncians* Psal. 70
oracula. Ea *enim est in qua omnem plenitudinem suam im* Ratio.
partiuit fidei & potestatis Christus Ephe. 3. Deoq; *pluri=* Ratio.
mum restitit quod ecclesiæ iudicio de fide resistit, qui enim Lex diui=
inquit dominus uos spernit me quoq; contemnit. Est *quip=* na Luc. 10
pe catholica ecclesia, domini corpus Ephe. 5. & . 1. Corin. ratio.
12. Est *deniq; os domini, per quod à principio, omne uerũ* Esaiæ. 25
hominum saluti necessarium dominus aperuit, de quo, in= Malach. 3
quit propheta, os domini locutũ est, sed inreuocabilis est Ad heb. 6
sermo domini. Itaq; *ecclesiæ de fide præscriptio, inreuoca=*
bilis est in uia, nanque quæ semel est hæresis semper et in=
reuocabiliter hæresis est, & in rhetoriorum hæresim inci= ratio.
dunt hi qui hæreses omnes dissipatas laudant & sectantur, ratio
teste Philastro, *deprauantes* Paulinas *epistolas, sicut & cæ=* Philaster
teras scripturas ad suam ipsorũ perditionem quotquot in= 2. Petri ul.
docti et instabiles eas deprauãt omnes hæretici nouatores.
& quod magis ecclesiæ maiestatem enucleat, est quoniam,
nulla iudicatur hæresis, assertio falsa, nisi iudicio ecclesiæ ratio
uniuersali (.i. *sedis* Petri *uel oecumenicæ synodi*) *hæretica*
censeatur, sicut nec sunt pro hæreticis habendi, quicunque
ante iudicium ecclesiæ uniuersale, nouam quanuis erroneã
dogmatizauerint assertionem alias ab ecclesia non repudia
tam pro hæresi.

CAPVT. 19.

Similiter cum inuentores hæresum possent audiri ante 24. q. 1
latum ecclesiæ iudicium: Nouatores *tamen exterminatarũ* Felix pa=
hæresum, nequaquam audiuntur. Felix *hoc dictat* Papa *ca* pa
pitulo Achatius. *Quoniam ij ex malitia contemptuq; re=* ratio
sistunt & prædicant hæresim. At *primi forsan ex auaritia,*
ignorantia uel uana gloria. Et *nouatores hæretici temera=*

ratio ria præsumptione iudicare tentant de catholico ecclesiæ Iu
dicio. Qui etiam ipso solo animi pertinaci consensu sunt
contumaces & reprobati, cum tamen primi inuentores nõ
ratio nisi bis moniti, ut dictum est, sint condemnati, deniq; isti hæ
retici fiunt statim, errorem semel reprobatum sectãtes, sed
Deuter.19 illi non nisi pertinaces fiant hæretici. Scriptum est autem
ratio non assumes & transferes terminos quos fecerunt priores,
27 & iterum, maledictus qui tranfert terminos proximi sui.
Salomon sapientißimus statuit, iubente deo ne trangredie-
Prouer.22 ris terminos quos posuerunt patres tui. Tota lege prophe
Ecclesia.8 tali præcipitur, ne despexeris narrationem presbytero-
rum sapientium, & in prouerbijs eorum cõuersare. Ab ip
sis enim addisces sapientiam et doctrinam intellectus, et ser
uire magnatis sine querela. Non te prætereat narratio se-
niorum, ipsi enim didicerunt a patribus suis. Quoniam ab
ipsis disces intellectum, & in tempore necesßitatis dabis re
sponsum. Nempe sicut in lege ueteri a seniorum iudicio de-
ratio clinare non licuit, sed sequenda erat eorum sententia, nec ab
Deuter.17 ea declinandum ad dexteram neq; ad sinistram. Quinim-
mo siquis superbiens noluisset sacerdotis parere imperio,
statim occidendus esset homo ille ex decreto iudicis, Ita in
lege sua saluator instituit, ut qui ecclesiam non audiret, esset
Lex Chri- sicut ethnicus et publicanus, id est, extra ecclesiam fieret et
sti potestatis sathanicæ contributus. Proinde subtilißimus do
Math. 18 ctor Ioannes minorita. Si uis alicui credere de re quæ tibi
ratio non est, nec fuit euidens, maxime credendum est commu-
Scotus. 2. nitati siue illis quæ tota cõmunitas approbat, ea præcipue
q.prol. 14 cõmunitas quæ maxime uerax est, quæq; in summo uerita-
quolibet tem cõmendat, & mendacium reprobat, qualis est catholi
1. ad Ti. 3 ca Christi ecclesia Paulo teste qui ait, ecclesia dei uiui, co-

lumna est & firmamentum ueritatis.

CAPVT 20.

Operæprecium est ergo hos nouatores interrogare hæreticos. Cui enim credant de dogmatibus fidei? Si deo inquiant. Quærimus quomodo sciant illa deum reuelasse? Si dicant scriptura nos docet: Adhuc requirimus. Neq; enim scriptura omnia fidei dogmata docet explicite? Sed quo scitis, hanc scripturam fore ueracem & quæ dei sunt testificari? Profecto cum Augustino clarissimo doctore respondere debemus. Non crederem, inquit, euangelio nisi me catholicæ ecclesiæ cōmoneret authoritas. Igitur ecclesiasticæ standum erit diffinitioni, si quæ solida firmaq; de diuinis ueritatibus credere nos oportet. Nimirum quidem, quoniam ipsa ecclesia catholica earum testis est, uelut etiam prima quæ ab ore Christi percepit. Ea est etiam iudex per spiritū sanctum, qui solum residet in ea, & per eam loquitur fidei mysteria. Nam spiritus omnia scrutatur etiam intima dei. Atq; ecclesia sua authoritate illa suis credenda proponit. Exinde magnus Augustinus de utilitate credendi, uelut impios arguit præcipitisq; arrogantiæ hæreticos catholicæ ecclesiæ nolentes obsequi. Cum igitur, inquit, tantum auxilium dei tantum, profectum, fructumq; uideamus, Dubitamus nos eius ecclesiæ credere gremio quæ usq; ad consummationem generis humani, ab apostolica sede, per successiones episcoporum. Frustra hæreticis circumlatrantibus & partim pulsis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis, culmen authoritatis obtinuit? cui nolle primas dare, uel summæ profecto impietatis est, uel præcipitis arrogantiæ. Nam si nulla certa ad sapientiam salutemq; animis uia est, nisi cum eos

ratio

Cōtra epistolam fundamenti cap. 5

ratio

Actuum. 1

ratio

1. Corin. 2

ratio

Augustinus ca. 17

ratione præcolit fides, quid est aliud ingratum esse opi atq; auxilio diuino, quã tanto labore prædictæ authoritati uelle

24.q. pri. resistere? Cui moralissimus subscribit Gregorius lib. mora-

Grego- lium, quia ex sola inquiet ecclesia catholica ueritas conspi-

rius.32 citur, apud se esse locũ dominus perhibet de quo uideatur,

Moralium in petra Moyses ponitur ut dei faciem contempletur, quia

cap.6 nisi quis fidei soliditatem tenuerit ecclesiæ, diuinam præ-

sentiam non agnoscit, de qua soliditate dominus dicit, super

ratio hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Fauet istorum sa-

Ioan.14 pientum dictis, diuina plurimum sententia quæ ait ego sum

Matth.18 ueritas. Christus autem ueritas in sola reperitur catholica

Lex diui- ecclesia. Quoniam inquit ubi duo uel tres congregati sunt

na in nomine meo, ibi in medio eorum ego sum: & quoniam

Ioan.20 consuetum est Iesu, in medio discipulorum stare, prophetã

Lu. 22. & te etiam sancto Dauid. etenim ueritatem tuam in ecclesia

24 sanctorum. Et ibidem, ueritas tua in circuitu tuo. Circuitus

Psal.88 ueritatis dei uniuersale legitimumq; est ecclesiæ concilium, propterea facundissimus disertissimusq; Gelasius perpetua consonaq; diuinis dictis testimonijs, Antiqua legeq; cautũ

Gelasius renouauit decretum. Minime in dubium reuocanda, quæ

papa semel uniuersali iudicio contra hæreses sancita sunt, & in- quit epistola ad Faustum maiores nostri diuina inspiratio- ne cernentes necessario precauerunt, ut quod contra unam quanq; hæresim coacta semel synodus pro fidei communio

24.q. pri. ne & ueritate catholica atque apostolica promulgasset, non sinerẽt nouis post hæc retractionibus mutilari, ne pra uis occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerunt statuta pulsandi, sed authore cuiuslibet insaniæ ac pariter errore damnato, sufficere iudicauerunt, ut quisquis aliquando hu ius erroris cõmunicator existeret, principali sententia dam

nationis eius esset obstrictus. Sic Sabellium damnauit synodus, nec fuit necesse ut eius sectatores postea damnarentur, sed pro tenore constitutionis antiquae qui uel prauitatis illius, uel sic Arrium sic Eunomiũ, Macedonium, Nestoriũ Cõstitutio Synodus semel gesta condemnans ulterius ad noua concilia Antiqua uenire nõ sinit, Et nos praepositam ueritatem confirmantes adijcimus, qui non est cum ecclesia statuente catholica, ratio contra eam est, & qui secum nõ congregat dispergit. atqui haeretici ex deo non sunt, quoniam uerba dei, quae loquitur Lucae. 11 ecclesia, non audiunt, & ideo ex patre diabolo sunt. Confirmant dicta Alexander. 2. 24. q. pri. cũ audiuimus. Luc. 3. de haereti ad abolendam. Lateranense concilium cum Innocentio. 3. ibidem. cap. excommunicamus, & Glosa subtiliter disputat. 24. q. prima in principio. Quia est corpus Christi ratio

CAPVT 21.

Nec caret ptinacia qui pertinacẽ et ideo dãnatũ sectatur haereticum, defenditque. crimẽ quippe est, crimen uelle tueri. Neque est cõtinens, sed intemperatus, ebrios pariter & petulantes imitatur & protegit, iniustus quoque est qui custodit probatq; iniustitiam. Nec caret uitio culpatae tutelae quod peruicacẽ inobediẽtemq; deo defendit. Diffiniente dño serue nequam ex ore tuo te iudico. et iterum, ex corde exeũt cogitationes malae, adulteria, falsa testimõia, blasphemiae. Et cum ait ex abũdãtia cordis os loquitur. nempe cõtra fidei articulos pugnat qui determinatam ueritatem de dogmatibus fidei ab ecclesia uniuersali, subuertere quaerit: uel damnatam illis oppositam haeresim iterum nititur communire. Omnis quippe ueritas fidei ab ecclesia diffinita diuulgataque, Articulus est fidei. Vel ignorãt haeretici, quoniam etiam Angelos iudicabit ecclesia? Multaque per eam, Cauilli repulsa ratio ratio Lucae. 13 Matth. 15 Matth. 12 Maxima ratio 1. Corin. 6 Ephe. 3 ratio

principibus & potestatibus in cœlestibus, innotuit sapientia Dei.

Epiloga conclusio — Ex his ergo & plerisq; similibus, *præscriptæ admodũ cunctis notißimæ ueritates esse queunt. Quas si longo quidem Calamo exarauimus instantium calamitatum necessitas facere cõpulit.* Vnde nec tuta fide, neq; pro dignitate *christianæ reipub. sapientiæq;, nec sine crimine lesæ diuinæ maiestatis,* Vel sine contemptu apostolici Throni, *Præsumptuosa, carnalis animalisq;, nouellorum hæreticorum libertas exaudiri potest, iterum audiri petentium, pro refouendis toties damnatis hæreticis dogmatibus.* Quod si *permitteretur* (Vtinam sine superbia utrius abrogatæ *legis*) *Auertat deus, ne maior illarum contemptus, aut forsan discordia subcendatur.* Hæc humiliter diximus, *quoniam super omnia uincit ueritas.* Magna enim *est terra, & excelsum, est cœlum, & uelox cursus solis cõuertit in gyro cœlum in locum suum in una die.* Nónne *magnificus est qui hæc facit?* Et *ueritas magna & fortior præ omnibus.* Omnis *terra ueritatẽ inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit, & oĩa opera quæ mouentur tremunt eam, & non est cum ea quicquam iniquũ.* Vinũ *iniquũ,* Iniquus Rex, *Iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominum.* Et *iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis ueritas.* Et *in sua iniquitate peribunt, &* Veritas *manet & inualescit in æternum, & uiuit & obtinet in secula seculorum.*

nota corollarium cõtra petitionẽ Hæreticorum

Esdre. 3. cap. 3. & cap. 4 Zorobabellis ducis sapientia

Nota

Nec *est apud eum accipere personas, neq; differentias, sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis & omnes benignãtur in operibus eius.* Et *non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo & regnum & potestas & maiestas omnium æuorum.* Bene*dictus deus ueritatis, et omnes po-*

puli clamauerunt et dixerunt, Magna est ueritas & præua let. Estq; uincentis christianæq; fortitudinis potissimum si= Ratio gnum, pro inreuocabili ueritate fidei extrema quæq; uelle pati, ut a ueritate perpetua, æterno Trophæo uitaq; coro= netur immarcessibili.

Quid igitur de eis erit agendum hæreticis? Rogandus Pium san= est apprime deus, ut uelamen erroris ab eis diuertat. Ipsi ctumq; cō quoq; si sapiant cernui ueniāt ī cilicio et cinere. Ad uniuer silium sale ecclesiæ iudiciū pœnitentes, abiuraturiq; insanias hære Vlti. ratio sum falsas, quoniam omni obuiat legi cum diuinæ naturali & humane, Supremo uniuersaliq; iudicio uelle resistere illiq; non obtemperare.

CAPVT 22.

Repudiatis igitur omnibus qui infandas inferunt sentē Cum Ire= tias de redemptore nostro Christo, qui hoc præcipuū om= neo. 3 niumq; sacramentorum perfectiuum, instituit sacramentū, cap. 40 euersisq;: Confiteamur prædicationem ecclesiæ undique constantem, & æqualiter perseuerantem. Testimonium ha bentem à prophetis, & ab Apostolis, & ab omnibus do= ctoribus, quemadmodū ostendimus & ostendemus per in= choatam eucharistiam & perseuerantem usque in finem se cundum solidam fidem dei nostri, quam perceptam à deo per ecclesiam custodimus, & quæ semp a spiritu dei quasi in uase bono, eximium quoddam dispositum iuuenescēs & iuuenescere faciens ipsum uas. In quo enim ecclesiæ credi- tum est dei munus? Quemadmodum aspiratio plasmationi ad hoc ut omnia membra percipientia uiuificētur. Et in eo disposito est cōmunicatio Christi, id est, spiritus sanctus. Arra incorruptelæ, & confirmatio fidei nostræ. Et scala ascensionis nostræ ad deum. In ecclesia enim inquit posuit

deus apostolos prophetas doctores & uniuersam reliquam operationem spiritus. Cuius non sunt participes omnes, qui non concurrunt ad ecclesiam, sed semetipsos fraudant à uita per sententiam malam & operationem pessimam, ubi enim ecclesia ibi & spiritus, & ubi spiritus dei illic eccle-

Hæretici bibunt aquam putridam

sia et omnis gratia, spiritus autē ueritas. Quapropter qui non participant eum, neque a mamillis matris nutriuntur in uitam, neq; percipiunt de corpore Christi, procedentem nitidissimum fontem, sed effodiunt sibi lacus detritos de fossis terrenis, & de cœno putridam bibunt aquam, effugientes fidem ecclesiæ ne traducantur, reijcientes uero spiritū, ut non erudiantur.

Contradictio est propria hæreticis

Alienati uero a ueritate digne in omni uolutantur errore fluctuati ab eo. Aliter atq; aliter per tēpora de eisdem sentientes, et nunquam scientiam stabilem habentens. Sophistæ uerborum magis uolentes esse, quam discipuli ueritatis.

Matth. 7

Non enim sunt fundati super uiuam petram, sed super harenam habentem in semetipsa lapides multos, propterea multas fingunt hæreses & quærere quidem semper per scripturas in excusatione habent: cæcutiūt enim, inuenire uero nunquam possunt ueritatem, & dum eucharisticum diuinumq; opificium contemnunt blasphemant eius fabricatorem deum. Quapropter & lumen qđ est à deo non lucet eis, quoniam inhonorauerunt & spreuerunt deum, minimum arbitrantes eum, quoniam propter dilectionem suam & immensam benignitatem, suum corpus & sanguinē, pueris suis nobis catholicis, dedit in escā potumq; cœlestem.

Ecclesiæ uniuersalis cōfessio de eucharistia

Ecclesiæ uero catholicæ, hæc est uniuersalis, uetustaq; prædicatio, credimus sanctorum cōmunionem esse participium unius eiusdemq; corporis & sanguinis domini uere & reali præsentia in sacra eucharistia, deo

semper acceptabili sacrificicio æqua cõmunio meritorũ in toto dimanat corpore Christi mystico etiam secũdum Christi et ecclesiæ charitatem. Quam confeßionem statim sequẽti uia pro uirili expendere incipiemus.

CAPVT 23.

Forsan admirabitur quispiam petetq;, Cur pmiserit deus maleuolam impiam blasphemamq; hanc hæresim toties repullulare? Sed mihi is quisq; sit respõdeat, cur à mũdi principio hominibus deus misericorditer peccata dimisit, & tamen interdum homines nũquã peccare desierint? An quia patiẽs est deus lõganimis & multum misericors. Atqui hominum orignem peccatorum primam, non a malitia, sed ab inuidi draconis astuta subgestione euenisse cõperit: & idcirco non egit cum illis, sicut cum deuastante primo apostata Angelo suisq; satellitibus, incunctanter & seuerißime gesit. An quia oportet hæreses esse, ut Paulus ĩquit, ut qui fideles sint probentur à domino an stabiles inueniãtur? Probauit ergo hac permißione deus multos, qui se fidelißimos (Sed sine deo quidem) esse buccinabãt. Et cum de hac ueritate articulus tanto fidelior sit quanto captu est difficilior, (ipsißimus ipse est quippe, fidei lydius potißimus lapis) nouißimis iteq; temporibus rabinos Lutheranos si fideles essent, (quales, se concrepãtibus buccis de fide ostẽtãt) cognitor cordium deus experiri uoluit, sed eos nunquam stabiles in fide cõperit. Nam quotquot sunt Lutherani, huic articulo ueritatis primario & fidelißimo iniuriam irrogant. Aliiq; nanq; eorum hãc ueritatem penitus denegant omnes eam adorandam etiam Angelis sanctißimam eucharistiam contemnentes, inadorant. Pleriq; sub fragmentis tãti sacramenti in pyxide reseruatis nihil corpus domini sub=

Quæstio

Responsio

Prima cã Cõsule augusti.

Confeßio

1. Corin. 11

2. causa

Articulus de eucha. difficillimus

Errores Lutheranorum de euchari.

esse cõtendunt. Sunt alij ex his qui nulla præeunte di iudicatione uel conscientiæ censura, ad illam accedunt impurissimi. Se fide sola tutos esse decipientes. Ecce igitur in quãtis *se iniecerunt scopulis miserabiles* Lutherani, *in fide reperti instabiles, quorum semper tamen de fide uana eorum eructant ora, sed non corda nec opera.* Accedit & *altera huius permissionis causa, nempe sacrificijs passim tota repleta est ecclesia, (sed utinam dignis) uolens itaq; deus optimus maximus illos esse monitos, quibus accessus ad mensam domini sacram frequentissimus esse debet, quo spiritu idoneos esse oportet ad sacrificandum,* Toties permisit *suborriri hanc hæresim, ut dormientes et tepidi peruiglẽt.* Magnaq; *cautela ad illam accelerẽt. Simulac uigilãtia præditos esse debere cõmonens pueros omnes suos, qui de hac mensa ineffabili, participare debent.* Est *etiam huius permissionis potissima causa, ut meritis fidei augeantur electi, etenim ab hæreticis hanc solidam ueritatem intuentes arietari.* Tanto *feruentiores sacrosanctæ eucharistiæ ueritati sua obsequia præbent, cernui adorant, eãq; colunt, pro qua spiritu feruentes, paratiores sunt occumbere, nam (ut aiũt) uirtus impetita magis elucescit, & nitimur in uetitũ bonũ,* Auxiliante deo. *Alia causa est in fide et theologia sacramẽtisq;, solicita secũdũ spũm exercitatio.* Insurgentibus *hæresibus, fideles theologos excitat spiritus domini cõtra hæreticos bella dei ciere fideiq;, sæpiusq; quondam dei sapiẽtiã, id est, infallibilem fidei ueritatem, in thesauris diuinorum eloquiorum uenari.* Atq; *meditari die ac nocte in lege dñi saluatoris. Hæresis. n. p quandam (ut aiunt) antiperistasim doctissimos reddit Agricolas et prouidissimos uineæ dñi sabaoth.* Et *ideo potior est causa, diligentissima diuinæ scri-*

[Margin notes: *3. causa* — August. de *uera religione* — *4. causa* — *5. causa* — Augu. de *consonantia* Matth. & Lucæ — *6. causa*]

pturæ perſcrutatio. Ipſa quippe eſt quæ teſtimoniũ ꝓhibet de ueritatibus fidei dñi dei noſtri. Et de neceſſarijs ad ſalutẽ, ſunt pleræq; aliæ multæ cauſæ. Verũ iudicia dei abyſſus multa. Hoc tamen non ignorandum, Tam facile hanc hære ſim oppreſſam fuiſſe, cum prodijt, quàm ulciſcentem deum experti ſunt omnes ipſius ab orco uocatores. Horrendum quippe eſt ualde incidere in manus dei uiuentis.

Pſal. 35
Hebræ. 10

CAPVT 23.

Quoniam uero a latrunculis hæreticis, tutam ueritatẽ reddere oportet: Illorum confrangere tela uel retorquere, extrema huius uiæ parte, doctrinæ expoſtulat ordo.

BERengarius itaq; pro indiſciplinabili errore ſuo ſic ar guebat, impoßibile uidetur, tam magnum domini corpus, tantilla cõtineri hoſtia, ſed fas eſt illa uel quauis minori ſi gnificari poſſe, neq; enim fides eſt impoßibilium.

Hæretico-rũ prima obiectio

CAThòlici uero reſpondent primum dicentes, hoc olim fuiſſe Ioannis Anglici philoſophi ſophiſma, Cui à principio dominus occurrit Ieſus ĩfallibilis ſapiẽtiæ ſolus author. Omnis ĩquit, qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. Ergo ſi credis, hoc non erit impoßibile, quoniam fides nõ eſt impoßibilium, fides inquam dei, quia non eſt impoßibile apud deum omne uerbum, ſi a deo archangelo Gabrieli ad Virginem miſſo fidem adhibetis, uel magis aſſerenti Chriſto, quæ ĩpoßibilia ſunt apud homines poßibilia ſunt apud deum. Neq; decet, diuinam metiri potentiam iuxta naturæ uires. Aiunt et ſecundo, nihil eſſe impedimẽto maius mino ri præſens eſſe corpus a quo non circunſcribatur. Nẽpe de modo eſſendi in loco, corpus Chriſti in altari, ſolam ſibi præfigit præſentialitatem, eandemq; illis adhibet ſpeciebus licet opertam. Tertio repercutiunt, ſi ergo maior eſſet ho-

Solutio

Luc. 18.

Nota

derisio est contra hæretico — stia (secundum uestram mirabilem sapientiam) nil obesset illi domini corpus adesse, ergo neq; si minor. Etenim potentia dei omnipotens, neq; minori nec maiori loco, uel re, aut cogitatione, a nobis uel quoties alio claudi potest.

2. obiectio — Berengarius.2.instabat, dum Andagauis cum quibusdam, de hoc ageret sacramẽto. Si corpus Christi tãtæ fuisset magnitudinis, quantæ turris hæc quæ in conspectu nostro in mensa mole attollitur, à tot totius orbis populis comestum, ante multa iam annorum spatia defecisset.

Responsio Hæreticorũ magna insipientia — Catholici respondent, uel in hoc uno insipientiam suam palam fecit indoctus Berẽgarius quiq; sunt eius farinæ hæretici: arbitrantur .n. nil posse deum nisi quod ipsi sciunt, nil quoque scire nisi quod ipsi poßint, nil deniq; agere nisi quod agant ipsi. At diuersa est huic, catholicorum humilis sapientia, sed uera doctissimaq;. Asserimus enim multo plura deum facere & posse, quæ nesciamus, quanuis miseratione sua multa nos docet scitu dignißima, sed opere naturæ penitus inuia. Cum saluatore etiam nostro de hac re censemus. Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Et ideo inconsumptibile est immortale corpus domini quod digne sumentibus largitur æternitatem hæretici quoque cõsiliarios domini se fingunt esse: Humiles catholici, cum Maria sedẽt ad pedes saluatoris audientes uerbum eius & credentes.

4. obiectio — Berẽgarius.3. insimulabat sacerdotes de fractiõe corporis saluatoris, si adest hostiæ in plures partes solitæ frangi.

Responsio — Catholici inquiunt infidelitas mẽtem obscurat. Et ignorantia hæresim parit in animali hominum fidei reluctante. Dicimus.2. diuina edocti oraculo. Si sæparaueris pretiosum a uili quasi os meum eris. Idcirco sancti Dionysij nor- (Hiere.15)

mam sectantes, diuina cōcipimus, omni semota imperfectio ne, quomodo quæ dei sunt ecclesia percipit, quæq; est os do mini infallibile. Corpus *igitur domini non frangitur quam uis hostia plures partiatur in partes.* Magnus *quoq;* Augu *stinus, fractionem hanc audit, eius in cruce corporis domi= ni īmolatio sanguinisq; eius de latere effusio.* Sergio *autem docente papa, uarium essendi modum ipsius Christi hæc fractio signat.* Nēpe *pars una Christi corpus in sepulchro quiescens, altera resurgens. tertia ambulans super terram significabit.* Nos *quoq; asserimus, per hanc fractionem so= lam præsentialitatem eiusdem integri corporis domini desi gnat ecclesia cuilibet parti hostiæ, atq; ob id ipsum, locis il lis quibus eius hostiæ portiones collocantur, licet per acci- dēs præsens esse corpus domini omni eius diminutione uel imperfectione semota.*

Dionysius de Angeli. Hier. August. de cōsacra. di stin. 2. cum frangitur Sergius papa de cō se. distin. 2. Triforme Nota quid fractio de signet

Berengarius. 4. *Stimulabat domini sacerdotes, eos accusans de cōtactu corporis dominici si adesset in hostia, indicans īmortalitati gloriosi corporis hoc aduersari. subti le inquit, est gloriosum corpus quare & impalpabile.* Teste *etiam* Gregorio *palpari nō pōt nisi quod corrumpitur, for san* Berengario *uisum erat, qualitatis tangibilis immortale corpus expers esse, quæ sunt caliditas frigiditas &c.* Vel *quoniam* Mariæ *inquit resurgens Christus, noli me tāgere.*

4. Obie= ctio Homelia sup id To. 2. palpate uidete

Catholici *affirmant* Euthicij *Constantinopolitani erro rem fuisse,* In *futura resurrectione, impalpabile nostrum fu turum esse corpus, qualis est aer atq; uentus, quem arguēs imitabatur* Berengarius. *Sed magnus* Romanus *et* Grego= *rius, tunc unus* Ex. 7. *diaconibus* Apocrisarium *agens pro sede apostolica apud* Constantinopolim. *Scitissime & uere redarguit eum (præsente* Tyberio *imperatore* Pelagioq;

Solutio Euthici error Cōfutatio Nota hi= storiam

pontificante.) Exemplo quidem dominicæ resurrectionis,
Ioan.20 qua suum corpus saluator solidumq; præbuit palpandũ discipulis suis. Vnde concludebat, gloriosum corpus subtile erit per effectum diuinæ potentiæ, sed certe palpabile per ueritatem naturæ. Hæc Gregorius magnus.

Scot.4. distin. 49. q.13 ad primũ Palpabile autem corpus, Nihil obest esse immortale. Inquit enim subtilißimus Ioannes minorita cœlum palpabile esse si digitus eidem admoueretur, quoniam illud corpus subtiliter tactui resisteret, nõ ut molle uel durum uel calidũ aut frigidum. Sanctus quoq; Iob dum suæ patientiæ retexit historiam, unum ex amicis suis alloquentẽ refert, cœli solidißimi quasi ære fusi sunt.
Iob.37 Minime uero Gregorius abnegat incorruptilibile corpus, posse palpari, sed inquit, hoc
Greg. ubi supra miro modo atq; inæstimabili redemptor noster, & incorruptibile post resurrectionem, & palpabile corpus exhibuit, ut monstrando incorruptibile inuitaret ad præmium,
Lucæ.24 præbendo palpabile firmaret ad fidem. hæc ille. Neq; enim Christus dixisset apostolis, palpate et uidete. Aut Thomæ, infer digitum tuum huc, & uide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis, nisi palpabile esset immortale corpus. Amplius calore naturali temperatißimo uigere oportet humanum
Ambrosius in sermone corpus immortale, mellifluo teste Ambrosio. Cum corpus, inquit, illius (id est Christi) mortuum dicimus tepentibus uenis subito uiguisse, horũ quoq; (id est martyrũ) iam
Scotus.4. ubi supra q.15 frigida, immortalitatis calore foueantur. Sic quoq; subtilißimus doctor Ioannes minorita credit, perfectißimum in esse colorem luceque respersum miro modo delectabili, glorificatis quidem corporibus. Nempe apparuit dominus in excelso monte lucidus in facie albißimisq; inuestibus suis

Et his omnibus Paulus prima ad Corinthi. astipulatur inquiens. Stella enim a stella differt in claritate, et cætera quæ sequuntur. Dicimus itaq; *sacerdotalem contactum nequaquam immediate pertingere ad dominicũ corpus: Sed quoniam tangitur per se hostia illa siue species. (Est enim quãtitas cõmune sensibile etiam sæparata a subiecto) atq; mouetur,* Ideo *per accidens, ut dicunt sapientes theologi, ad motum tactumq; illarum Christi corpori. Hæc cõtigit denominatio. Subtilißimus* Ioannes *&* Franciscus *opinantur actionem sacerdotis ad Christi corpus, non pertingere siue non mouere, sed tantum actione dei, hoc fieri posse.* Paulus capi.15 4.dist.10. q.6

CAPVT 24.

PETrobrutiani *&* Herintiani *similiter insistabant. Christus aut nullis aut tantum præsentibus apostolis potestatem contulit consecrandi, quo ergo iure uos sacerdotes illam uobis uendicatis?* 5. Obie=

CATholici *inquiunt non illis tantum, aut pro se, sed pro ecclesia, illorũq; successoribus etiam collata est potestas, tũ ordinis, cum quoq; clauuium, siue in uerum & mysticum Christi corpus, quam etiã uoluit in ecclesia ꝑpetuam esse.* Inquit *enim quod uni dico omnibus dico.* Si *autem hæc ꝑsonalis esset potestas, tantum uidelicet apostolis præbita, neq; successoribus, consimiles quoque potestates, ut prædicandi euangelium, miracula faciendi, baptizandi et cætera id genus, tantum apostolis fuere præstitæ, similiter præcepta cõsiliaq; uirtutum* Heroicarum *tantummodo apostolis indicta fuere.* Ergo *Christi lex post* Apostolos *perijt? deperijt quæq; uirtutum actio, tandem occubuit sacramentorum susceptio.* Denique *occidit Christi ecclesia tota, quæ sine his cõsistere nequit. Claudunt autem* Petrobrutiani *in eorũ di-* Responsio Marci.13

ctis, ut patet cōtradictionē, sed satis de his supra hæresi. 13.

6. Obiectio Petrobrutiani. 2. insistabant. Et si ut uultis, adest in hoc sacramento Christi corpus. Cur illud audetis manducare? quod ad adorandum colendumq; suis dominus præbuit.

Solutio Catholici dicunt manifeste euangelio aduersantur hæretici. Nempe adorandum colendumq; latria hoc in sacramē-
Ioan. 6 to est corpus domini, Sed etiam sumendum. Nam istud
Matth. 26 explicite dominus iussit. Illud uero lege etiam diuina faciun-
Lucæ. 22 dum est. At Lutherani Petrobrutianorū proles cur ab istis
Marci. 14 eorum patribus deuiant? Nanque hi adorandum uolunt sa-
Cōtra Lutheranos cramentum, Lutherani uero nequaquam hoc admittunt, ut prædictum est, adorantes igitur sumimus, & sumentes cernui adoramus, quo uegetemur in uitam æternam.

7. Obiectio Petrobrutiani. 3. insurgunt sumentes moriemini, quotidieq; uita excedunt edentes. Non ergo pro immortalitate manducatis.

Solutio Catholici respondent, impius deo aduersatur nedum hominibus. Ipse quidem deus, nos docuit edentes de corpe suo immortales fieri, qui etiam perficit in nobis quotidie quod
Ioan. 6 promisit, immortalitas quippe non est huius seculi, sed futuri. Ideo infert. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.
1. Corin. 15 Cum ergo in die illa uidebimus eum descendentem de cœlo surgent nostra corpora in incorruptione & uirtute. Sed cum ascenderit ad sedem maiestatis suæ ut tradat regnum deo & patri, tunc omnes nos digne de salutari esca participantes in gloria quoque resurgemus. Tūc enim inimica de-
Cibus immortalis dat immortalitatem struetur mors. Manifestissimum autem est cunctis sapientibus, Immortalem cibum immortalitatem præbere sumentibus illum. In hac uero dum sumimus uia, arra nobis præstatur immortalitatis sumentibus digne. Sed pollicitatio,

suo quidem adimpletur pleno tempore. Oportet enim *hoc corruptibile prius mori. Insipiens tu, inquit ille, quod semi* Paulus ubi
nas non uiuificatur nisi prius moriatur. Quia *ait dominus* supra
nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ip= Ioan. 12
sum solum manet.

PETrobrutiani. 4. *uim inferunt, maxima est impietas* 4. Obie=
suum benemerentem comedere dominum: Corpusq; *domi* ctio
ni sui morsibus detruncare inaudita est crudelitas. Nec *po=test non lædi comesus* Christus. Nec *non dolere dentibus pressus. Simulac ferina & inrationabilis est assuetudo, hu=mana uesci carne.*

CATholici *aiunt Semel incepta hæresis, non desistit,* Responsio
nisi perueniat ad blasphemiam deiq; contemptum.

Dicimus. 2. *has iniurias quam libenter* Oecolampadiū *suosq; ab his mutuasse hæreticis, aduersus ecclesiā sanctā. nā his probris oēs eorū repleti sunt libri.* Neq; *nouæ sunt calumniæ, sed ut in prima diximus hæresi a* Capharnaitis *semina sumpserunt, quas* Ioannes *philosophus deinde* Be=*rengarius qui quæ alij temeraria uoce non solum contra ecclesiam, sed in* Christum *dominum detorquebant.* At *sicut dominus* Iudæos *de carnali & infideli redarguit sensu, dū illos alloqueretur, ita quoque illorum sectantes infidelita=tem hæreticos maxime percellit.*

Dicimus *igitur cum* Christo, *uerba quæ ecclesia à* Chri*sto edocta de hoc prædicat sacramento, spiritus sunt & uita.* Et *fides requiritur non quidem uenalis, quam propriā sibi hæretici fabricant, sed diuina fortis & maxima.*

Et *si separabimus pretiosum a uili, intelligemus corpus edere domini, illud esse præsens sub sacramēto, ori, linguæ, dētibus, faucibus, & stomacho cordi, animæq; nostris atq;*

ſecundum ſpiritum uegetare quotquot digne illud edunt unde ſumentes: Chriſto in corporamur reſurrecturi immortales ſecum & glorioſi. Hæc quiſquis ſanæ mentis fide credat, non timebit ueſanas hæreticorum calumnias. Non igitur dolet Chriſtus nec laceratur qui immortalis nunc eſt & impaßibilis, ſola etiam præſentia rei ad rem, nec dolorem nec dilacerationem parit. Sed aduerſa actio paßioq; hinc inde per alterationem repercuſſa, has impreßiones gerit, quarũ nullas corpus dñi hoc ſacramento patitur. Sũt igitur cauillationes dictæ, carnalium hominũ partiterq; infideliũ hæreticorũ. Sed animalis homo nõ percipit ea q̃ ſunt dei.

5. obiectio PETrobrutiani. 5. inſaniunt, Paulus ait ſemel ſe deo obtuliſſe Chriſtum ſalutarem hoſtiam. Non ergo amplius a ſacerdotibus in altaris menſa offerri queat.

CAThollici reſpondent. Cruentam hoſtiam ſe ſemel propitiationemq; patri deo optulit Chriſtus, deinde regnat in æternum uiuens deus homo, ſed incruentam inuiſibileq; ſpeciebus panis uiniq; obtectam. Et ſi ſemel in cœna ſe litauit deo, ſumpſitq; cum ſuis, exemplum præbens illis, primuſq;, tamen iugiter ſufficiendam illam a ſuis (quibus hoc poſſe conceßit) præcepit uictimandamq;. Vnde diuinißimi

3.q.83. ſanctus Thomas, Seraphicus Bonauentura, & ſubtilißi-

quoli.20 mus Ioãnes minorita poſt aureũ cœleſtemq; ſanctum Chryſoſtomum & Auguſtinum inquiunt. Celebratio huius ſacramenti duplici modo dicitur immolatio, primo modo, ut repreſentatiua eſt illius cruẽtæ Chriſti oblationis in cruce alio modo ſecundum effectum prioris quidem huius immolationis, id eſt quando in altari offerimus incruẽter ſub hoc

Homelia ſacramento, participes effecti fructus dominicæ paßionis.

17 Chryſoſtomus ſuper epiſtola ad hebræos Auguſtinus in de

sententijs prosperi quæ habentur de conse. 2. distin. in Chri sto semel & capitulo semel Christus, propterea Paulus de prima, inquit, ad hebræos. 9. per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi, & de. 2. prima Corin. 11. Et ad Hebræos. 2. ecce ego & pueri mei, sed de his magis in uia de sacrificio. Homelia 17 Paulus Paulus

Nunc uero hanc claudentes uiam. Oramus te domine Iesu Christe, per hoc sacramentum quod ueneramur sumimus et credimus in altari: Aufer uelamen impietatis a cordibus germanorum, ut te pie colant credant & digne uereq; sumant per gratiam tuam, in hoc salutifero sacramento, per quod tibi nobisq; tuis adunati fidelibus, in pace nobiscum ad gaudia perueniant sempiterna amen, fiat fiat. Per oratio ad Christū

Humilis Fratris Francisci uita, Polintij, minoritæ Siculi de ciuitate pactarum (quæ olim tyndaris) de eucharistia in hæreses. Explicit liber primus, laus Deo.

POLINTII MINORITAE SICVLI DE *eucharistia aduersus hæreses Liber Secundus incipit.* CAPVT PRIMVM



Vfficeret quidem ad plenißimam ueritatis agnitionem & confirmationem tãti sacramenti, hæc quæ dudum priori hoc libro primaq; uia deduximus, luce enim clarius comprobatum est, hæresim Oecolampadij *suorumq; ueterem fuisse multorũ hæreticorum hæresim, totaq; ecclesiastica potestate totiẽs repulsam extinctamq;.* At *quoniam temerarij nouatores hæretici, non cessant impie effari suam hanc hæresim, esse fuisseq; patrum antiquorum uniuersalem consensum: operæpretium erit cunctis (qui hunc nostrũ qualemcunq; humilem tenuemq; laborem legere uelint) fidelibus ostendere, nedum deceptos, sed mentientes esse* Oecolampadiũ *suosq; atq; deceptores, quod proprijßimum hæreticorum esse solet.* Ordiemur *ergo ab ea, quam cõtra hæresim polliciti sumus uiam primam, uidelicet ab fidei articulo.* Cuius *in ordine, hæc sit ueritas prima, post tres priores primo libro probatas.* Via *Secunda.*

4. *Veritas huius opusculi*

Articulus. fidei in tota uniuersali notißimus ecclesia, etiam manifestius fidelium pueris. A prædicata fide catholica per apostolos, aut sacramenti eucharistici institutione est, in sacramento altaris uere realiter & præsentialiter cõtineri, sacrosanctũ dñi corpus & eius preciosus sanguis.

Prima probatio *đ cõse. distin. 2. in quibus*

Hanc *ueritatem pro dignitate apostolici throni roboramus primum ipsius inuincibili authoritate.* Leo *igitur primus, inquit, in quibus isti ignorantiæ tenebris, in quo hæ-*

ctenus desidiæ torpore iacuere, ut nec auditu discerent, uel lectione cognoscerent, quod in ecclesia dei in omnium ore tam consonum est, ut nec ab infantium linguis, ueritas corporis & sanguinis Christi inter cõmunis sacramenta fidei taceatur. Quia in illa mystica distributione spiritualis alimoniæ hoc impartitur, hoc sumitur, ut accipientes uirtutẽ cœlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus.

Olim communicabãt statim baptizati pueri

Hæc Leo, in Decretali. 22. ad clerum & plebem Cõstantinopolitanam. Neq; oportet singulas ueritatis prædictæ particulas interpretari. (Nam siue articulus sit perceptio diuinæ ueritatis tendens in ipsam, Isidoro teste. Siue apud Ricardum sit indiuisibilis ueritas de deo arctãs nos ad credendum: Aut apud Ciceronem dicatur articulus, cum singula uerba interuallis distinguuntur cæsa oratione. Vel ut sanctus addit Thomas significat quandam coaptationẽ aliquarum distinctarum partiũ, Siue ex his omnibus unà formetur ratio talis. Articulus fidei est uera propositio sensum habens perfectum, partem credibilium continens de necessarijs ad salutem cognita reuelatione diuina atq; ecclesiæ authoritate proposita fidelibus ad credendum. Vnde pars indicij siue Symboli apud Clemẽtem primum potest appellari.) Sed sat est instituto nostro eã probare ut inchoauimus.

Isidorus Riccardus de. s. Victore Tullius. 2 Rhetor. Thõas. 22 q. 1. arti. 6 quid sit articulus Clemẽs. 1 decretali 2. Probatio Thõas ubi supra artic. 3. 4.

Itaq; diuinissimus inquit Thomas, unum de pertinentibus ad fidem est, ut fidelis credat sub sacramento altaris uerum corpus Christi contineri, fidesq; credentis nõ fertur ad has uel illas species panis, sed ad hoc quod uerum corpus Christi sit sub speciebus panis sensibilis quando recte fuerit consecratum. Seraphicus etiam sanctus Bonauentura minorita ait. 3. dis. 25. arti. 1. q. 1. hunc articulum

et. 3. q. 75. art. 1. et. 56 articu. 1 3. Probatio s. Bonauẽ.

fidei contineri sub articulo de unitate ecclesiæ & peccatorum remißione sicut & fides respectu aliorum sacramentorum. Sed excelsus catholicus & subtilißimus Doctor
4. Probatio Ioannes minorita pro ueritate præposita sic faustißime confitetur. Dico quod corpus Christi esse ibi uere realiter est simpliciter de substantia fidei eo modo quo ueri=
Scotus. 4. distin. 10. q. 1 tas alicuius sacramēti pertinet ad articulos fidei. Ista enim ueritas à principio fuit expresse tradita ex quo eucharistia
5. Probatio fuit instituta. Fundamentum autem authoritatis est Matth. 26. & Lucæ. 22. Vbi in cœna ait Christus. Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Et si hæretici uellent ista exponere, q sint figuratiue dicta sicut illud quod ait Ioan. 15. Ego sum uitis uera. & illud. 1. Corin. 10. Petra autem erat Christus. Istud omnino est contra intentionem saluatoris, quòd patet ex Augu. 83. quæst. q. 69. Solet circumstantia scripturarum illuminare sentētiam. Vniuersaliter enim intellectus uerborū Christi an loquatur figuratiue anne, colligi potest ex præcedentibus uel consequentibus ibidem uel ex alijs scripturæ locis. Vnde cum Christus ait. Ego sum uitis uera, subiunxit & uos palmites. Constat autem quod discipuli non erant palmites naturales, sed tantum figurales. Sed cum dixit Lucæ. 22. Hoc est corpus meū. Subdit quod pro uobis tradetur. Cum etiam dixisset. Hic est calix sanguinis mei, subdit, qui pro uobis fundetur hoc etiam manifeste patet ex alio loco scripturæ. s. Ioan. 6. Vbi est diffusa prædicatio de isto sacramento. Et si dicas quod Christus uidens aliquos abijsse propter prædicationem suam de eucharistia postea exposuit sed. Spiritus est qui uiuificat, caro nō prodest quicquam. Verba quæ locutus sum uobis spiritus & uita sunt. Quod pertractans August. de conse. distin. 2. Pri

ma hæresis ait. Non hoc corpus quod uidetis manducaturi estis nec sanguinem effundendum. Sacramentum aliquod uobis cōmendaui spiritualiter intellectum uiuificauit uos. Ergo ex uerbis Christi & August. Videtur quòd non intellexit de corpore suo nisi figuratiue. Dico quòd magister respondet in litera huic authoritati & bene, quòd nec Christus nec Augustinus exponens uult negare ueritatem corporis Christi, sed quod non est in sacramento corpus Christi sic carnaliter sicut ipsi intellexerunt, qui abierunt retro .s. Visibiliter in forma propria, sed per oppositū ad istum modum intelligendi est ibi spiritualiter & intellectualiter. & hoc est quod dicit Augustinus & magister adducit. & est de conse. distin. 2. Ipsum quidem & non ipsum corpus, quòd uidebatur manducatur ipsum inuisibiliter non ipsum uisibiliter. Isto etiam modo de eucharistia diffuse pertractatur a Paulo. 1. Corin. 11. Sancti etiam omnes postea catholici exponentes ista loca scripturarum uerba huius scripturæ dicunt esse intelligenda de reali præsentia corporis Christi non figuratiue. Vnde est simpliciter hæresis hodie sentire quod non sit ibi realiter uerum corpus Christi.

CAPVT 2.

Rationibus ex sacra fide transumptis patet multipliciter præposita ueritas, prima est. Quisquis hoc sacramentū instituit nō homo purus, sed nec deus tantum, sed qui deus & homo est, ore proprio dixit sicut & potestate propria conficit hoc est corpus meum & hic est sanguis meus. Simulq; dum efficit prædicat hoc, & cum cōficit docet, ergo audientes apostoli hoc uelut diuinum oraculum eis persuasum est. Cur igitur non erit articulus fidei. Quem etiam natura persuadere nequeat? Sed sola diuina doceat irradia-

Prima ratio

2. ratio

3. ratio

3.ratio tio. Et quem primum docuit & reuelauit deus. Enunciatio nempe omnis est fidei articulus cuius significatum solo deo authore immediate efficitur cuiusq; ueritas nulla prorsus uia naturali certo sciri, sed neq; conijci queat: uerum sola fi

4. ratio de uel diuina reuelatione liquescit. Qualis est proposita

Speculatio subtilis ueritas. Aut cur non antiquissimus à fidei prædicatæ et inchoatæ ecclesiæ primordijs est. Iste articulus, quem tūc perceperunt discipuli Christi, quando & rem confecit, ut esset & simul orationem significantem, rem illam explicauit. Et præcepit ut crederent, sicut imperauit, ut facerent in sui memoriam. Lege in cæteris articulis fidei pluribus, & hanc æqualitatem non inueniēs. Videbis rem esse uel fieri. Sed simul cum re, credenda oratio ecclesiæ non promulgatur. Nempe dum uerbum incarnatur beata uirgo id quidem credidit, sed Christi ecclesia ignorauit. Nondum enim erat, neque ecclesiæ proponebatur credendus. Res autem erat, quoniam uerbum caro fiebat. Neq; synagogæ tunc quidem id erat peruium. Quāuis deiparæ uirgini in typo ecclesiæ id deponebatur. Trinitas quoq; diuina & incomprehēsibilis quæ consubstantialis est isdem deus & essentialiter ab æterno est. Veruntamen Trinitatis articulus in tempore Angelis uel hominibus cognitus est et non ab æterno. Sed dū descendit ad infros Christus hæc ueritas est, nec tamen ecclesiæ uiatrici, tunc credenda proponebatur. Trinitas ergo sancta & æterna in tempore recipitur ab ecclesia fide. & descensus ad infros post resurrectionem reuelantis Christi sciunt apostoli. Sicut dum resurgit ignorant, & post resurrectionem aliqua temporis apposita morula eundem resurrexisse credunt. Suntq; his similes multi inter eos quos credimus fidei articulos. At non sic opinari contingit de arti=

culo eucharistici sacramẽti. Quoniam dum conficitur pro mulgatur atq; simul ueritas formatur res q; conficitur enun ciatur à Christo & ab Apostolis creditur. Et hoc est inter miracula singulare: quippe dum inuisibile perficit opus. Si mul creditum fidemque eius per auditum discipulorũ au ribus instillat. Supra omnem humanum & Angelicum ca ptum. Neq; enim nisi credidissent illud sumendum porrige ret. Quia neq; nisi credẽtibus datur, aut credere profeßis, 5. ratio
sicut neq; intelligitur nisi credatur. Haud enim temporis di spẽdium, inaccessa res ope naturæ, pati poterat quæ tamen reuelantis authoritate persuadetur. Quoniam sæpius illam ante promiserat & ante mortem oportebat implere. Hoc enim erat desideriorum eius desiderium ante quam pate retur se præbere suis, cibum pro quibus uulnerata chari tate se pretium tradere satagebat.

Adhuc nũ uobis articulus fidei is abnegandus est? Qui 6. ratio
à Christo reuelatus est apostolis, ab eisdemq; receptus. quẽ fundamen omnes omnibus prædicauerunt populis ecclesijsq; prædicã talis dum tradiderunt, cui omnes euangelistæ consono ore testi monium perhibent. Sed etiam Paulus magnus Christi in terpres à Christo illum accepit in paradiso uel tertio cœlo. Eundemq; omnibus gentium ecclesijs prædicando credere tradidit, miraculisq; confirmat. Atq; spiritus sanctus deus à primitiuis temporibus totam subgerẽdo docuit ecclesiã. Cui generalia omnia concilia, omnesq; ecclesiasticæ tubæ 1. Corin. 11
turres custodesq; (qui sunt Patres) ecclesiarum una uoce eodemq; spiritu consonant tuentur & confitentur. Vnde et simul cum Paulo omnes apostoli autumant & prædicant omnibus ecclesijs. Nos quod accepimus à domino hoc & tradidimus uobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tra

debatur accepit panem & gratias agens fregit & dixit ac cipite et manducate hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. hoc facite in meam cõmemorationem. similiter et calicem postquam cœnauit dicens, hic calix, nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite quotiescunq; bibetis, in meam cõmemorationem. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec ueniat. Ita quicunq; manducauerit panem & biberit calicem domini, indigne reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini.

CAPVT 3.

9. ratio Cur etiam fingitis ignorare hunc esse fidei uetustißimũ articulum in ecclesia dei maxima creditum fide? Cuius con temptores & impios aduersarios ex tunc exterminauit ec clesia expulit & percußit anathemate. Quos etiam Deus flagellis ægritudinibus mortibusq; uelut miraculo extinxit
8. ratio plurimo. Si Paulo credimus. 1. ad Corin. 11. Aut rem nouã comentitiamq; effinxit ecclesia sancta de hoc articulo. Cuius, licet soli, sit ueritatis à deo reuelatio, non tamen eccle
9. ratio siasticæ potestatis est institutio, sed solius dei. Quæ enim ec clesia audebit asserere in hoc sacramento præsens esse corpus domini ex panis conuersione? nisi deus qui huius mira bilis est author opificij inuentorq;, ipse etiam deus de hac
10. ratio ueritate instrueret ecclesiam, & prædicare iuberet. Quia ergo hunc fidei ecclesia prædicat articulum, ideo uere est articulus fidei. Omnis etiam ueritas quæ de necessarijs est
11. ratio ad salutem. Viaq; naturali affirmari nequeat, fidei nostræ,

necessarius est articulus. De hac autem ueritate nobis ad sa
lutem necessaria, inquit, Dominus, Amen amen dico uobis Ioan.6
nisi manducaueritiis carnem filij hominis & biberitis eius
sanguinem non habebitis uitam in uobis & his similia ple 12.ratio
raq; ait domiuus. An ignoratis hominum insipientissimi
hæretici, quæ tamē mauultis. uocari Rabiniores cæteris at Irrisio est
que magistriores. Non esse hominum potentiæ condere sa= hæretico=
cramēta. Is nempe qui eorum solus architector significati. rum
Is quoq; unicus est signi conditor, qui cum hominibus suf=
fragia eadem esse statuit ad salutem, estq; fidelis & uerax,
ideo credendum sibi in illis præceptor est. Quibus præsto
semper quæ assistit opem ferens salutarem digne susceptan
tibus, ea igitur si sacramentum est eucharistia fidei articu=
lus est ueritas eius. Velimq; id obiter per uestram sapientiā 13.ratio
nosse. Si non ex terminis oratio noscitur neq; ex principijs
eius euidentia naturali egreditur ratiocinio. Ac tamen in
dubie creditur pro qua etiam mori paratus est fidelium
quisq;. Nónne illius ascensum sola adeo irradiata fides fa=
cit, quoniam solius est dei cor nostrum illis inclinare quæ
supra nos sunt, ut credamus & cōfiteamur ea immobiliter 14.ratio
quorū è numero prolata est ueritas, ideo fidei est uerus ar= Ex Ricar=
ticulus. Iterum indiuisibilis ueritas de deo artās nos ad cre do ut su=
dendum radio præceptoq; diuino ipsissimus est fidei articu pra
lus. qualis est sæpe dicta præpositio. Omnis etiam perce= 15.ratio
ptio diuinæ ueritatis tēdēs in ipsum deū, fidei est ueritas et Ex Isido=
articulus, eiusmodi aūt est ueritas eucharistica, igitur &c. ro

Frequentarunt hoc sanè sacramentum quotidie aposto= 15.ratio
li, post sanctum eis refusum spiritum, quique fideles habe=
bant cor unum animam unam eundemq; cum illis spiritū. Liber de
Si actis apostolorum credimus (qui liber de spiritu sancto spiritu san

cto est li= recte queat denominari.) Aliquid igitur deitatis promouē
ber actorū tis ecclesiam dei in illo credebant. Et ideo fidei ueste, totum
apostolo. hoc tegitur sacramentum. Cum uero non posit errare ec=
16. ratio clesia catholica Christi, proculdubio hanc credens uerita=
tem per annos mille quingentos circiterq;, sibi eam præfi=
xit ex tunc articulum fidei. Aut certe eam quandoq; para=
cletus eius tutor promotor ueritatumq; doctor, corrigen=
do monuisset aliter credere, sed nedum hoc adeo usq; non
effecit, quinimmo omni cœtu catholico & apostolico, se=
mel immissam fidelemq; sibi creditam eam ueritatem mira
biliter subgerendo confirmauit.

CAPVT 4.

17. ratio Vel nescitis, signa eos qui crediderint sequentur multa?
ualidißima Apostoliq; profecti, prædicauerunt ubiq;, domino coope=
Marci ult. rante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Cum
ergo pro ueritate mysterij huius, ex tunc quando eam apo
stoli prædicauerunt, dominus operans confirmansq; eorū
sermonem hucusq; etiam confitentium eandem, miracula
18. confir= peregerit multa. Non relinquitur ambigendi locus, quin sit
matio illa, Articulus fidei maximus. Accedit ad hæc, quoniā om=
ni seculo pro ueritate hac frequētißima edidit signa facitq;
magis quam præ alijs fidei ueritatibus quandoq; gesserit.
19. ratio Vt sciat omnis anima, quanta fidei maiestate hic articulus
colendus est, atq; ut obstruatur os loquentiū iniqua. Quia
uero in hoc sacramento nedum creditur, sed latria adora=
tur deus, profecto fides infusa illud credit & ueneratur ne=
20. ratio dum acquisita, ergo etc. Adhuc miraculosa est hæc ueritas,
quam nulla ualeat creata actiuitas, quanuis cœlestis attinge
re, sola ergo diuina eam uerificat potestas, sola igitur fides
eam suscipere potest ecclesiæ dei. Miracula uero plurima,

hæc claudit quidem ueritas, ut statim differendo numerabimus.

In primo etiam libro nos dixisse memoramur hūc articulū esse fidei lydiū lapidē itaq; id nūc declarantes pro ueritate prosita sic colligimus. Inter fidei articulos præcipuus hic esse conspicitur, qui intensiori præcipuaq; fide cæteris indigeat, ut ei assentiatur. Hoc uero quasi quadam experiētia comprobamus, quæque mirabilia sunt in hoc sacramento annumerando. Sunt enim plurima quæ nisi optima fides astruat mens nec ualet percipere. Primum miraculum panis uinumq; secundum totam substantiam conuerti in integrum uiuensq; corpus Christi. Secundum est esse accidentia absoluta panis & uini in esse, & conseruari sine proprio subiecto. Tertium est præsens esse corpus Christi accidentibus illis & loco in quo illa sunt, neque maiori, neque minori. Quartum est corpus Christi sic esse ubi est hostia præsens quod tamen est in cœlo uere & præsentialiter. Quintum est quod simul & semel idem corpus Christi sit præsens tantis quidem hostijs totidemq; altaribus siue thalamis quante in uniuerso fiunt quotidie consecrationes, & hæc accidunt corpori diuino domini saluatoris sine motu locali eius, sed sola actione diuina. Sextum est quod dū hostia integra est totum corpus Christi toti adest hostiæ, sed diuisa hostia in plures partes singulis illis idem corpus domini præsens est numerata præsentialitate. Septimum est quod licet totum corpus Christi sit præsens toti hostiæ uel diuisis partibus eius & locis earum tamen partes corporis Christi non sunt præsentes secundum situm & positionem partibus loci, quoniam licet sit quantū non tamen modo quātitatiuo est in loco, sed qualibet pars corporis Chri

21. ratio

15. Miracula uel mirabilia simul in euchari stia

ſti integralis eadem præſentialitate præſens eſt toti hoſtiæ, & partibus eius atque locis illarum qua totum corpus illiſ metipſis eſt præſens. Octauum eſt, tam magnum corpus do mini, parua hoſtia illa contineatur & loco hoſtiæ proportionato, neque maiori, neq; minori reſpectu huius hoſtiæ. Et hoc eſt mentibus hominum ſine fide pœnitus incapabile. Nonum eſt quod ad diuiſionem hoſtiæ corpus domini, non diuiditur proprie ſicut ad tactum hoſtiæ motumq; nõ mouetur proprie, neque tangitur. Quoniam ibi adeſt non ſub ratione mobilis, neque tangibilis proprie niſi forſan extrinſeca denominatione, ut placet quibuſdam ſapiẽtibus, per ſe proprie motus corporis Chriſti in hoc ſacramento ſiquis eſſet tantum à deo eſſet, ut ſubtiliſsimus Ioannes minorita prædixit. 4. diſtin. 10. q. 6. Sed neque etiam ab anima eius, quoniã ipſa eſt mouens corpus domini non in quã tum eſt in hoc ſacramento ſecundum aliquos ſaplentes. Licet nobis hoc durum uideatur de quo alias. Et ſicut dictum eſt de motu locali & tactu, ita ſimiliter cenſendum de omni alia alteratione etiam ſecundum ſenſum & quouis alio motu. Decimum eſt corpus Chriſti ſimul eſſe cum anima et ſanguine, quoniam uiuum & uiuificans adeſt in hoc ſacra mento ſicut eſt in cœlo. Licet ſanguinis conſecratio fiat tẽpore et ſeparatione diſtincta. Vndecimum eſt corpus Chriſti in hoc ſacramento iunctum eſſe uerbo diuino perſonali ter, & ideo ubi corpus Chriſti ſacramentaliter eſt ibi totus Chriſtus eſt ſecundum utranque naturam perſona una deus homo, licet conuerſio terminatur primo & per ſe ad corpus Chriſti. Et ideo per incircũceſsionem, modo ineffabili ſunt in hoc ſacramento tres diuinæ perſonæ. Atque à deo adorandum eſt latria hoc ſacramentum, quod angelicæ

phalanges obseruant. Duodecimum est panis & uinum quotidie & si agente sacerdote in uirtute Christi & uerborum eius conuertatur in corpus & sanguinem eius, tamen in nullo augetur corpus illud, sed immobiliter in sua persistit peryoda quantitate. Tertium decimum est corpus dominicum licet edatur quotidie à fidelibus suis in nullo tamen diminuitur nec læditur. Sunt enim hæc diuino illi corpori incompossibiles, passiones, quoniam ut primo libro diseruimus, uile à pretioso in hoc sacramento oportet diuellere. Quartum decimum est tam magnum corpus domini, nostrum os fauces, & stomachum dum mãducatur subintrare posse nullamq; nobis in manens inferre læsionem, quinimmo confortat sanat & roborat nos omnes digne sumentes. Quintum decimum est per huius cœlestis panis poculiq; sumptionem uniri in Christo consumata unitate atque in regeneratione futuri seculi renasci immortales, & quæque alia opima dona eructat dominus nobis tribui hoc edito cibo cœlesti. Sextum decimum est Christi corpus gloriosum in hoc sacramento suæ dotes gloriæ abscondere. Nãq; opprimerentur fideles, ut in monte discipuli: Si eius uiderent gloriam. Hec in uia. 14. nos fauente dei gratia pluraque alia deducemus. Cũ igitur tot mirabilia hoc uno sacramento fortissima fide credãtur inesse fieriq;, procul dubio articulus ueritatis eiusmodi lydius lapis catholicæ fidei esse dignoscitur. Nempe nec quiuis alter fidei articulus tot cõtinet mirabilia, aut difficilia creditu sicut præposita ueritas per consequentiam hæc omnia altissima claudit. Tunc ex his noua erigitur ratio. Ipsissimus est in catholica ecclesia propriissimus articulus fidei, cui ob credendorum celsitudinem complexorum, nulla humana ratio, uel tenuissime suf- ratio

fragari queat, sed sola diuina authoritas quæ illa potest cre
Obiectio *dulitatem ipsius parit.* Et eiusmodi est totiẽs repetita ueri*tas &c.* O*sores ueritatis hæreticos susurrare audio, ĩcogni ta, quia nõ illis credita asserunt esse relata mirabilia.* At *nos recipiẽtibus catholicis nostris præfati eadem sumus, à quibus tanto auide hauriuntur quam uerißime proponuntur.*
Prima causa Illorum *quippe tota est ratio potestas & uoluntas omnipotentis dei.* Qui *rebus esse in loco dedit nõ p essentiam, sed p*
2. Origo *superadditam accidentalem proprietatem existentiæ rei.* Qui *etiam rebus creatis non necessariam, sed cõtingentẽq;*
3. *tribuit motionem.* Qui *à loco corpora circũscribi noluit*
4. *esse necessarium.* Qui *ubi quando actio paßio situs positio*
5. *habitus extrinseca omnibus rebus statuit essent.* Qui *tandẽ*
6. *creatis cũctis obedientialem præfigit naturam potentiãq;, quas conuertere posset in quodcunq;, toto, uel parte & de quibus quicquid uellet statuere queat.*

Sciendum autem infusam fidem crescere posse uel augeri meritorie in hominibus actione diuina uel maiorem minoremq; esse ex multiformi origine. Quanto *enim res quæ creditur humana persuasione difficilior redditur tanto fides consentientis humiliter, a deo reuelante maior infunditur, aut infusa augetur dum fidelis homo supra rationem* Deo *credit loquenti, uel cum tentatiuis syllogismis nititur lex carnis in oppositum ducere ueritatis fidelem cui tamen fauente deo in fide resistit.* Aut *quoniam plura credens fidelis a pluribus naturaliter cognitis secundum sensum à ueritate quasi alienari cogitur, quibus tamen aspirante deo in fide resistit, uel quando tyranno minàs pœnasq; infligente ne credat constans in fide resistit, aut si cæteros fidelia feruenter doceat.* Vel *dum hæreticorum mißilia intrepidus*

pidus fortisq; fidei propugnator in hæreticos reijcit deum glorificans fidei ueritatis authorem. his denique & similibus fides infusa magnificatur in catholicis uiris quibus etiã modis à nobis ueritatis lætatur fides & illæsa seruat augetur & crescit in ædificationem ecclesiæ.

CAPVT 5.

Reuertẽtes igitur ratiocinamur. Omne principiũ fidei articulus est fidei indubitabilis. Cuiusmodi est præscripta ueritas. Nam est de fine hominis. Inquit enim saluator si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternũ. Et qui credit in me habet uitam æternam. Et qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet uitam æternam, & in me manet & ego in eo. Finis autem primum principiũ est in operabilibus ergo &c. 21. ratio

Articulus est etiam fidei, Omne sacramentũ, sibi connexum habere significatum suum. Quotiens enim fit, uel est, aut denique suscipitur aliquod sacramẽtum, simul cum illo fit, uel est, aut susceptatur eius significatũ, et hæc per se nota est, id est principium unum inter theologiæ fideiq; principia. Cum uero apud hæreticos hos nouatores sit quoque sacramentũ eucharistia. Significet etiam apud eosdem corpus & sanguinem Christi, profecto consequens est, ut fiat, uel fit, aut tandẽ suscipiatur hoc sacramẽto Christi corpus. erit igitur hic fidei articulus etiã ex illorũ datis cõcessisq;. 22. ratio

Iterum, sacramenta à Christo instituta, ab ecclesia prædicata, à cunctis uenerata creditaq; fidelibus, sub dei fide continentur. Ipsa enim fides dictat, deum sacramenta instituisse. Signa demostratiua siue de præsenti ostensiua suorũ signatorum, opus ergo fidei diuinæ est, credere hoc sacramento corpus domini contineri. Cũ autẽ de ueritate huius 23. ratio 24. ratio

ſacramenti dominus uellet ex ordiri ſermonem, à fide quidem inchoauit & ait. Hoc eſt opus dei, ut credatis in eum quem miſit ille, id eſt, pater deus, poſt ſolidũ hoc primũq; fundamentum, auſpicatur cætera digniſſima de Ambroſia & nectare cœleſtibus, ſapientia genita dei Chriſtus homo

25. ratio deus. Sunt quoq; ſacramenta ad placitum ſigna placitum inquam dei. Quicquid ergo huic ſubeſt ſacramento nõ naturaliter quidem noſcitur, oportet igitur ſit ſola dei inſpirantis notione ſcitum, quare fidei erit articulus hoc noſce et credere de hoc ſacramento.

26. ratio Articulus autem fidei ut prædictum eſt, pars eſt credibilium. Sed credibilium partialem ueritatem, cõtinet præpo

27. ratio ſita ueritas, erit igitur articulus fidei. Contingens quæque extremorum unio, quæ tantum deo gerente atque reuelante compaginatur. Non niſi fidei articulus eſſe dignoſcitur. Cuiuſmodi hæc eſt, in hoc ſacramento altaris eſt corpus do

28. ratio mini, aut huic ſimilis. Eſt etiam articulus fidei. Credo ſanctã eccleſiam catholicã. Sub quo. 7. continentur & audiun

Augu: ad inquiſitiones Ianuarij cap. 1

tur ſacramenta, igitur &c. Sed neque eſt eccleſia niſi uocata à Chriſto, ſignis adunata, diſtinctáq; à cæteris hominum cœtibus. Magnus nanq; ait Auguſtinus. Vnde ſacramentis numero pauciſſimis. ſocietatem noui populi colligauit, ſicut eſt baptiſmus trinitatis nomine conſecratus. Communicatio corporis & ſanguinis ipſius & ſiquid aliud in ſcripturis canonicis commendatur.

Scotus articulo. 1

Subtiliſſimus etiam Ioannes doctor ait. 4. diſtin. 1. q. 3. Congruit enim omnes uiatores unius ſectæ aliquibus ſignis exterioribus cõmunicare & conuenire per quæ ab alijs alterius ſectæ diſtinguantur. Quem modum obſeruandum Hebræis præcepit dominus, in circũciſione alijsq; illius po

puli sacramentis cerimonijsq;.

Aut forsan suspicari mauultis, quoniam eius articuli nõ est explicata mẽtio in apostolorũ symbolo. Idcirco fidei esse articulum negare audetis. Atqui *est eius in symbolo aptissimus explicatus sensus, ut aperiemus statim (credo inquit Simon chananæus sanctorum cõmunionem,) sed etiam unde uobis hæc noua incubuit logica?* Non *est in symbolo, nõ ergo fidei est pars hæc uel illa ueritas.* Neq; *enim omnium credibiliũ explicauere ueritates apostoli illo symbolo, licet omnes in illo uirtute (ut loquimur) contineantur, sed certe non omnes formaliter.* Etenim *cessasse legalia in illo nõ legitis, spiritumq; sanctum a patre filioq; procedere, uel consubstantialem utrunq; esse patri, similiter non reperitis in eodem.*

Obiectio

Repulsa 29. ratio

Apostoli in symbolo

Amplius nemo condemnatur hæreticus, nisi fidei aduersarius, aut qui semel Christi discipulus inde abijt retro & iam cum Christo non ambulat Ioannis. 6. *& prima* Ioannis. 2. *quotquot autem contra hunc eleuati sunt.* Ar*ticulum uel sacramentum, a principio ecclesia diffiniuit hæreticos esse, igitur præposita quidem ueritas fidei est articulus.* A *domino insuper nulla magis ueritas hac explicatissime enunciata est.* Atq; *aduersus Capharnaitas (hæreticorum istorum tenentibus typum) defensa, cuiq; per solam a patre deo inditam fidem assentiri quis possit ipse denunciat, eiusdemq; intellectum uerum non carnalem, sed secundum spiritum uitam esse ostendit, quam sicut pietate pollicitus est efficere,* Ita *quoq; maximo impulsus desiderio, Summa consummataq; accensus charitate adimpleuit in cœna, uelut omniũ mirabiliũ suorũ ingens memorabile, cũ ergo ita sit proculdubio inter fidei articulos hic erit præcipuus.*

30. Ratio fortissima

Quis hæreticus

31. ratio

32.ratio Deniq; hanc ueritatem ipse deus homo Christus egit ipse formando suum significatum effecit, id est, panem uinumq; in suum corpus suumq́; cōuertit sanguinem, ipse primus enunciat ipse conficit primus primusq; sumit, alijsq; credere, sumere, facere, prædicareq; iussit, ipse tandem eius admirabiles prædicat opes, atq; præstantiam, Ioannis.6, & Matthæi.26. Lucæ.22.

CAPVT 6.

Obiectio hæreticorum Nō nescio quidem, mussitare hæreticos, illorumq́; ilya frangi, Quod sapientes Theologos (quos uocant scholasticos) in eos armauerim, floccipendunt. n. illorū authoritatē.

Responsio Ex gestis Nicænij primi concilij At ego edoctus a patribus sanctis, ijs maxime hæreticos uerbero neruis, quos magis timent odiunt fugiuntq́;. Regula hæc plurimum seruata Nicæno primo concilio. Oderant enim Athanasij adeo illuminati aliorumq́; uocem, qua consubstantialem patri filium esse clamabant, & ideo, quia uerissimam. Hæreticisq; erat uere odibile iugulum, catholici eam maxime summoq; gaudio susceperunt, consubstantialemq; diffiniere, filium deum, esse patri deo. Tanto magis ego, sapiētes Theologos quos uocāt scholasticos cōtra uos hæreticos aduoco, quanto uerissime clarissimāq; præcæteris confitentur & prædicant ueritatem præpositam esse articulum fidei, quod uobis suspendium est odibile & ruina perpetua. Scio enim neq; a me absconsum est, uobis esse doctissimos theologos odio, sed etiam causam optimæ noui. Habent quippe missilia a remotis etiam uos uerberantia. Vos quidem eminus & procul arcent fugant et dissipant. Sunt ecclesiæ enim antesignani sunt et primipili, fugite eos consulo fugite hæretici. Nam quisquis uestrum inter Thomam & secum aliosq; interceptus fuerit, expedit ei, ut mo

la asinaria se in mari demergat, quam sub duabus his euan gelicis molis cōteri cōminuiq;, qui si hos patrū catholicos nō expectatis discipulos, filiosq;, qui fiet, cū illorum arma tißimam sententiarum dogmatumq; grauißimam aciem, in uos cernetis committere.

Vociferant autem neq; desistunt. Nempe aiunt non pro batur fidei articulus syllogismis, aut enthimemate. Sed sa= cra scriptura. Ceßēt igitur Aristotelica proflimata in scho lis Christi? At uos ayam Christi scholas frequētare? qui uel in hac causa, cum capharnaitis abijstis retro, & non iam amplius cum ipso ambulatis, qui durus est sermo eius cum illis scādalizati asseritis, qui exibilatis omne quod est opti= mum pulchrum sanctum delectabileq; in sancta dei ecele= siæ. Vos igitur nouellos in philosophos in christi philoso= phia quisq; sane mētis annumeret q̃ paßim uerbū dñi adul teratis? Aut q̃d uobis ius in scripturis diuinis uiolēter adiu dicatis? qui estis uos? qñ & uñ uenistis? quid in nostro agitis paradiso nō nostri? quo deniq; iure Oecolāpadi nostrā syl= nam cædis? qua licentia Zuinglie nostros transuertis fon= tes? qua potestate Bullingerie limites nostros cōmoues? Cur Lutherane aper, nostram depascis uineam? Nostra est pos= seßio. Quid hic exteri ad uoluntatem uestram seritis & pa scitis? Nostra est possesßio, olim poßidemus, priores poßi= demus. Habemus orignes firmas, ab ipsis authoribus, quo rum sunt res. Nos sumus hæredes apostolorum nobis depo sita est fides. Nobis sacramenta cōmissa sunt. Nobis diuina cōmendata est scriptura? Sicut cauerunt testamento suo. Si= cut fidei cōmiserunt. Sicut adiurauernt, ita tenemus. Vos certe exhæredauerunt semp & abdicauerunt, ut extraneos ut inimicos. Nobis pater est Christus, spiritus sanctus tutor

Hæretico- runt cla= mor

Cōsutatio

Cum Ter tulli. de præscri.

Excludun tur hæreti ci a sacra scriptura

& doctor, uos ex patre diabolo estis, cuius quoque ducimini spiritu mendacij & erroris. *Vnde autem extranei & inimici Christo fuisq; apostolis hæretici?* Nisi ex diuersitate *doctrinæ, quam unusquisque de suo nequitiæ spiritu, aduersus* Christum, *aut inuenit uel recepit, & quoq; aduersus apostolos sanctamq; catholicam ecclesiam.* Sed si *uobis scripturas offerimus, uestro illo sensu eam detorquetis adulteratis eas transuertitis., nunc unam modo alteram ipsarum abnegantes portionem.* At si *ecclesiæ nõ creditis, neq; etiã*

Distin. 37 *diuinis scripturis.* Apud *ipsam quidem spiritus scientiæ &*
Ex Clemẽ *earum intelligentiæ requiescit:* Neq; *de philosophorũ axio*
te *matibus uestra rationabilis est querela. Sunt enim omnium*
Ambrosio *scictiarum uera, theosophiæ dedita. Ancillæ.n.sunt eiusmo*
Hierony= *di scientiæ seculares illi.* Verum *etiam a quocunque dica=*
mo *tur, dei est munus, nemo enim hominum ueritatem rerum*
Augustino *facere potest, ipse deus illarum author est: sunt ergo nostra*
Beda *possesio quecunque uera a philosophis sunt cognita, quæ*
Daniele *si repetamus, iure diuino sibi quæq; eadem theologia uen=*
Exodo *dicat, eademq; inter gentes impartijt deus, ut essent apud*
Hester *easdem inchoationes paratæq; uiæ ad digne sacram theo=*
Rabbano *sophiam suscipiendam.* Theologia *enim in qua nunc ratio=*
Thoma *cinamur diuina est sapientia, quæ omnium uera sibi assu=*
Scoto *mit, diffiniendo, diuidendo, colligendo, uel aduersarios con*
Paulo *uincendo.* Omne *enim quod colligimus ex ijs & nostris ue*
Esdra *ritatibus ad fidem pertinet diuinamq; sapientiam, sed de*
his hactenus.

CAPVT 7.

Alius hæ= reticorum clamor

Exclamant *adhuc, non credimus articulum esse fidei, ueritatem antedictam.* Atqui *credere non uultis, debetis tamen,* Ecclesia *enim uobis illam credẽdam proposuit a principio, deniq; dominus omnium* Iesus Christus. Illam *omni=*

bus credendam præmonstrauit. Inquit enim accipite & comedite ex hoc omnes, hoc est corpus meum, quid his uerbis euidentius explicari queat pro ueritate posita? Audite nunc ecclesiam diffinientem ecclesiam errare non ualentem ecclesiam catholicam spiritu sancto docente imperante, quid suis fidelibus præscribat, quid se credere profiteatur. Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium & inuisibilium conditorem &c. infra. Necessario igitur & hoc adijcimus. Annunciantes enim sunt secundum carnem, mortem unigeniti filij dei, id est, Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cœlis ascensionem, pariter confitentes incruentam celebramus in ecclesijs sacrificij seruitutem: Sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, et sanctificamur, participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti, Non ut cōmunem carnem percipientes (quod absit) nec ut uiri sanctificati, & uerbo coniuncti, secundum dignitatis unitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem. Sed uere uiuificatricem et ipsius uerbi propriam factam. Vita enim naturaliter, ut deus existens, quia proprie carni unitus est, uiuificatricem eam esse professus est. Et ideo, quanuis dicat ad nos. Amen amen dico uobis, nisi manduceueritis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinem. Nō tamen eam, ut hominis unius ex nobis, existimare debemus (quomodo enim iuxta naturam suam uiuificatrix esse caro poterit hominis?) Sed ut uere propriam eius factā, qui propter nos filius hominis est factus & uocatus, Infra, appellatum uero ab apostolo, apostolum & pontificem confessionis nostræ, tanquam sacrificantem deo & patri fidei nostræ confessionē, (quæ a nobis ipsis & p ipsum ipsi deo patri incef

Concilij Ephesini diffinitio

1. Corin. 8

Hebræo. 3

ſanter offertur) iterum eum dicimus, qui ex deo eſt ſecundum naturam filius unigenitus, nec homini preter eum alteri, ſacerdotij nomen & officium deputamus.

Hæc concilij diffinitio ephesini præclariſsima. 200. quidem patrum, Cœleſtino papa præcipiente congregari. Imperantibus iuniori Theodoſio & Valentiniano, Cyrillo Alexandrino uicariam Cœleſtini pontificis agente poteſtatem cōtra Neſtorianum dogma unam Chriſti perſonam negans, atq; hominem ſanctum purumq; Chriſtum eſſe dogmatizando, beatāq; uirginem non deiparam. Sed Chriſtiperam puri uidelicet hominis matrem eſſe affirmando. Hāc quoq;, diffinitionem, Calcedonenſis ſynodus, eodem ſpiritu confitetur probat & prædicat actione. 2. Conſimiliter actione. 10. eiuſdem Calcedonēſis concilij reprobatur Ibe epiſcopi ediſſeni epiſtola contra eundem Cyrillum deſcripta &c. Sed cæteræ omnes uniuerſales ſynodi eandem confirmant & fatentur ueritatem. Sciendum autem hanc ueritatem ſymboli ephesini eſſe articulum fidei. Ab initio enim conſtituti primi ab apoſtolis, ſymboli. Concilio illo apoſtolico uniuerſali primo. Conſuetudo eſt eccleſiæ, uniuerſali ſynodo, combinate. Contra hæreſes inſurgentes ſemper nouum condere ſymbolum, in quo articuli fidei diffiniuntur explicantur. Aduerſus nouas hæreſes, quod tamen ſymbolum non eſt nouum, id eſt non eſt diuerſum a precedētibus ipſum. Sed eſt nouum, quoniam de nouo contra hæreſes nouas explicant fidei ueritatem, damnantes illas, & ueritatem catholicam non omnibus forte notam. Cunctis reddūt fidelibus perſpicuam manifeſtiſsimamq;, & hæc conſuetudo lex eſt in uniuerſali eccleſia dei. Omni ſeruata Oecumenica ſynodo. In quibus ſymbolis ueteri præexiſtente ſignificato

Calcedonēſe conciliū

Notādum

Primū cōcilium uniuerſale apoſtolorum

Vniuerſale conciliū format, ſymbolum

licuit uoces inimicas hæreticis (authore Athanasio) uerissimas tamen & appropiatas ueritati catholicæ semper for mare. Athanasius

CAPVT. 8.

Post hanc ephesini præscriptionem concilij, Lateranensis succedit consona diffinitio. Inquit enim Vna uero est fidelium uniuersalis ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur. In qua idem ipse est sacerdos & sacrificium, Iesus Christus. Cuius corpus & sanguis, in sacramento altaris, sub speciebus panis & uini ueraciter continetur. Transsubstantiatis pane in corpus, & uino in sanguinem, potestate diuina, ut ad perficiendum mysterium ueritatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utiq; sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos fuerit rite ordinatus, secundum claues ecclesiæ, quas ipse contulit apostolis & eorum successoribus Iesus Christus. Hæc. 9. uniuersalis synodus in qua mille supra ducentos conuenere pa tres simul & tres patriarchæ præsente Celeberrimo simul & doctissimo Innocentio. 3. papa cum Orientali & Occidentali potestatiua ecclesia. Lateranensis concilij diffinitio

In his autem duabus duarum synodorum diffinitionibus, audite multa uetustissima quidem semperque credita in Christi ecclesia obseruataq;. primum est corpus & sanguinem domini adesse uere & præsentialiter sub speciebus panis & uini in hoc sacramento institutione diuina in cœna domini, secunda est incruentum sacrificium appellari hoc sacramentum, tertium est, in ecclesijs celebrari sacrificium istud, quotidie, & incunctanter, quartum est, hæc celebratio seruitus est dei, ergo est latria adoratio cultus & obseruantia, quare sequitur quod sit latria colendum hoc sacramentum, quintum est, sanctificamur hoc participantes sa- Sūma diffinitionis cōcilij notabilis contra Lutheranos per capi. 12 Latria est adoranda eucharistia

crificium? sextum est, in hoc sacramento Christi caro uiuifi catrix est, quia uerbo est iuncta diuino, nos ergo uiuificat. Hæc ex Ephesina synodo. septimũ est, unica est Christi ecclesia extra quam non est salus. octauum est, Christus in sua ecclesia est sacerdos sacrificium & deus propitiator. nonum est, panis uinumq́; per uerba et Christi potestatem dum sacerdos benedicit & profert, conuertuntur in Christi corpus & sanguinem. decimum est, ut nos perficiamur perfectißime oportet de suo, id est, Christi corpore sumere sicut ipse sumpsit de nostro. differentia tamen est & conuenientia, quoniam & nos de suo ipse quod de nostro, sumimus, ut nos perficiamur, non ipse cui perfectio nulla defuit ab æterno, et hæc conuenientia est, quippe hæc est differentia sumpsit quidẽ ipse unitate personæ de nostro, nos uero sumimus de suo, ut unum corpus eius numero mysticum efficiamur, & in sua substantia corporea eadem numero coniugamur esca cœlesti resurrecturi immortales felicesq́;. undecimum est, solus sacerdos rite ordinatus secundum claues ecclesiæ hoc potest sacramentum conficere. duodecimum est, claues hæ sunt apostolis concessæ & successoribus eorum episcopis sacerdotibusque perpetueq́; in ecclesia dei. Ex quibus, manifestißimi fiunt errores Lutheranorum simul & confutantur plures de quibus infra latus sermo erit.

Errores Lutheri

Vienensis II. synodus

His duabus. II. Oecumenica subscribit Vienẽsis synodus per hæc uerba Transiturus de hoc mundo ad patrem saluator noster dominus Iesus Christus, cum tempus suæ paßionis instaret, sumpta cœna, in memoriam mortis suæ instituit summum & magnificum sui corporis & sanguinis sacramentum, corpus in cibum et sanguinem in poculum tribuẽ

do. Nam quotiēs hunc panem manducamus & calicem bibimus, mortē dñi annūciamus. In institutiōe quidē huius sacramēti dixit ipse suis apostolis, hoc facite in meā cōmemorationē, ut præcipuū et insigne memoriale sui amoris, quo nos dilexit, esset nobis hoc præcelsum & uenerabile sacramentū, memoriale in quā mirabile, ac stupēdū, delectabile, suaue, tutissimū, ac sup̄ oīa pretiosum, in quo innouata sunt signa et mirabilia immutata, in quo habemus omne delectamētū, et oīs saporis suauitas ipsaq; dñi dulcedo degustatur, in quo utiq; uitæ suffragiū cōseqmur, & salutis hoc est memoriale dulcissimū memoriale sacratissimū & memoriale saluificum, in quo gratiæ redemptionis nostræ recensemus memoriam, in quo a malo retrahimur, & in bono confortamur, & ad uirtutum & gratiarum perficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipsius corporali præsentiā saluatoris. Alia nanq; quorum memoriam agimus, spiritu menteq; complectimur, sed non propter hoc realem eorum præsentiam obtinemus in hac uero sacramentali Christi cōmemoratione, Iesus Christus sub alia quidem forma, in propria uero substantia est nobiscum, ascensurus enim in cœlum dixit apostolis & eorum sequacibus, ecce ego uobiscū sum usq; ad consummationē seculi, benigna ipsos promissione confortans, quod remaneret & esset cum eis etiā præsentia corporali. Hæc sancta synodus Viennēsis, demū celeberrima nostrisq; uicina temporibus, Florentina. 13. synodus uniuersalis, his consonam præscribit diffinitionem. Tertium inquit est sacramentum eucharistia, cuius materia est panis triticeus, & uinum de uite, cui ante consecrationem aqua modicissima admisceri debet, infra, forma huius sacramenti sunt uerba saluatoris, quibus hoc conficit sacra

Florētina 13. synodus

mentum. Sacerdos enim in persona Christi loquens hoc conficit sacramentum, nam ipsorum uerborum uirtute, substantia panis in corpus Christi & substantia uini in sanguinem conuertuntur. Ita tamen quod totus Christus continetur sub specie panis & totus sub specie uini, sub qualibet quoq; parte hostiæ consecratæ & uini consecrati separatione facta, totus est Christus. Hæc sancta synodus Florentina, quæ ut consuetū est, quædam explicat in alijs

Conclusio ex dictis

non explicata. Ecce igitur duræ ceruicis et incircuncisi corde nouatores hæretici, totius militantis ecclesiæ multiplex & tamen uniformis consensus uetustißimus sane & uniuersalißimus, ueritatis præpositæ, quam si nō suscipitis humiliter pie reuerenterq; procul este profani ab illo sacrosancto mystico corpore Christi, pcul etiā a salute et gratia Christi.

CAPVT 9.

Ne uero cogitetis intactos uos præterijsse uniuersalißimam sanctamq; constantiensem. 12. synodum. Quæ unum e uestris dānauit progenitoribus. Auribus percipite, quæ in uos uobisq; compares diffiniēdo statuit de hac ueritate.

12. Cōstantiensis synodus

nempe uos cum patriarcha uestro Ioanne Vuicleff damnat seßione. 8. sed. 13. seßione sic clarißima statuit præscriptione. In nomine sanctæ et indiuiduæ trinitatis amen. Cum in nonnullis mundi partibus, quidam temerariæ asserere præsumant, populum christianum debere sacramentum eucharistiæ sub utraq; panis & uini specie suscipere, & non solum sub specie panis, sed etiam sub specie uini populum laicum paßim cōmunicent etiam post cœnam uel alias non ieiuni, & cōmunicandum esse pertinaciter asserunt contra laudabilem ecclesiæ consuetudinem rationabiliter approbatam, quam tanquam sacrilegam damnabiliter reprobare,

Hinc est, quod hoc præsens concilium generale Cōstantiense in spiritu sancto legitime congregatum, aduersus hunc errorem saluti fidelium prouidere satagens, matura pluriū doctorū tam diuini quam humani iuris deliberatione præhabita, declarat, decernit, & diffinit, quòd licet Christus post cœnam instituerit, & suis discipulis administrauerit sub utraq; specie panis & uini hoc uenerabile sacramentū, tamen hoc non obstante, sacrnrum canonum authoritas laudabilis & approbata consuetudo ecclesiæ seruauit, & seruat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post cœnam, neq; à fidelibus recipi non ieiunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis, à iure uel ecclesia concesso uel admisso. Et *sicut hæc consuetudo ad euitandum aliqua pericula & scandala est rationabiliter introducta, quòd licet in primitiua ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur à fidelibus sub utraq; specie, postea à conficientibus sub utraq;, et a laicis tantummodo sub specie panis suscipiatur, cum firmissime credendum sit, & nullatenus dubitandum, integrum* Christi *corpus & sanguinem, tam sub specie panis, quam sub specie uini ueraciter contineri.* Vnde *cum huiusmodi consuetudo ab ecclesia & sanctis patribus rationabiliter introducta & diutissime obseruata sit, habenda est pro lege, quam non licet reprobare, aut sine ecclesiæ authoritate pro libito mutare.* Quapropter *dicere, quòd hanc consuetudinem, aut legem obseruare sit sacrilegum, aut illicitum, censeri debet erroneum, & pertinaciter asserētes oppositum præmissorum, tanquam hæretici arcendi sunt & grauiter puniendi per diocæsanos locorū seu officiales eorum, aut inquisitores hæreticæ prauitatis in regnis seu prouincijs, in quibus contra hoc decretum aliquid fuerit forsan*

Conuitio *sub una specie laudatur*

attentatum, aut præsumptum, iuxta canonicas & legitimas sanctiones, in fauorem catholicæ fidei contra hæreticos & eorum fautores salubriter adinuentas.

Quanuis autem uetustißima sit consilij Ephesini prior lata diffinitio nempe quæ anno domini. 434. Apud prosperum sancita fuerit: Vt obstruātur tamen uaniloquētium iniqua ora, & fidelium pietas augeatur, uetustius illo nicæni primi adhibemus testimonium, inquit enim canone. 14. hāc ueritatem affirmans, Peruenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam & ciuitatibus, presbyteris sacramenta diaconi porrigant. Hoc neque regula neq; consuetudo tradidit, ut hi qui offerendi sacrificij uon habent potestatem, his, qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit. quod quidam diacones etiam ante episcopos sacramenta sumunt. Hæc ergo omnia amputentur, & accipiant secundum ordinem post presbyteros ab episcopo, uel à presbytero sacram communionem. Quod si non fuerit in præsenti uel episcopus uel presbyter tunc ipsi proferant & edant. Sed nec sedere quidem licet in medio presbyterorum diacones. Siquis autem non uult his sufficiens esse, post hanc definitionem, cesset esse diaconus. Quid insanus hæreticus huic uetustati uerißime tentabit opponere? Nisi ut solent eam penitus abnegare. Lutherani enim et inter eos Vir nequa & filius gemini Melāthon ille paßim nicæno primo concilio nimium derogant ut patet in eorum sophisticis.

Nicænum primū concilium canon. 14

Diaconi se et alios cō municare poßunt in sacerdotū absentia

Melanthō Lutheranus

CAPVT 10.

In summa apostolorūretexētes cōciliū primū, quo symbolū dictāte spū sancto ecclesiæ credēdū per articulos plures ediderunt in eo nanq; Simon apostolus, inquit, credo sancto=

rum cõmunionem, quem articulum licet Rufinus Aquile= gienſis & Beatus pater Auguſtinus paucis, aut ferè nullis expenderint uerbis. At tamen qui poſt eos ſymbolum ex= plicant uariã ſententiam de illo cenſent. diuinus & ſanctus Thomas, inquit, Sciendum eſt etiam quod non ſolum uir= tus paßionis Chriſti cõmunicatur nobis, ſed etiam meritũ uitæ Chriſti, et quicquid fecerunt boni, omnes ſancti, com= municatur in charitate exiſtentibus, quia omnes unum ſunt. Pſalmus, particeps ſum ego omnium timentium te. Et inde eſt quod qui in charitate uiuit particeps eſt omnis boni qđ ſit in toto mundo. Sed tamen ſpecialius illi pro quibus ſpe= cialius ſit aliquod bonum. Nam unus poteſt ſatisfacere pro alio, ſicut patet in beneficijs, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc cõmunionem cõſequi mur duo, unum. ſ. quod meritum Chriſti cõmunicatur om= nibus, aliud quod bonum unius cõmunicatur alteri. Vnde excõmunicati per hoc quod ſunt extra eccleſiam, perdunt partem omnium bonorum quæ fiunt, quod eſt maius dam= num quam damnum alicuius rei tẽporalis. Eſt etiam aliud periculũ, quia conſtat quod ꝑ huiuſmodi ſuffragia impedi= tur diabolus ne poßit nos tentare & ſine his facilius uincit eum. Et inde eſt, quod in primitiua eccleſia, cum Aliquis excõmunicabatur, ſtatim diabolus uexabat eum corporali= ter. Beatißimus autem Auguſtinus libro de fide & ſymbo= lo addit cap. 9. Hæc eſt fides de deo conditore & renoua= tore noſtro. Sed quoniam dilectio non tantum in deum no= bis imperata eſt, cum dictum eſt, dilige dominum deum tuũ ex toto corde, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, ſed etiam in proximum, nam diliges, inquit, proximum tuũ tanquam teipſum. Si autem iſta fides congregationem ſo=

Rufinus Auguſti= nus

Thomas opuſculo 6. exponit

Quomo = do intelli= gitur ſan = ctorum cõ munio

Excõmuni cati ſunt extra eccle ſiam

Auguſtin. expoſitio

cietatemq; hominum non teneat, in qua fraterna charitas operetur, minus fructuosa est.

Sctus Bonauentura expositio Symō chananeus

Seraphicus sanctus Bonauentura. 3. *disti. 25. q. 1. Inquit* Nono *subiūxit* Matthæus *credo sanctam ecclesiam catholica, & est sensus credo in spiritum sanctum sanctificantem uniuersalem ecclesiam.* Decimo *addidit Symon cananeus sanctorum cōmunionem remißionem peccatorum, quia in sanctorum cōmunione fit peccatorum remißio.* Et *infra, articuli quidam respiciūt diuinæ essentiæ operationes.* Et *hoc potest esse tripliciter, secundum quod triplex est eius operatio, quarum una est in collatione naturæ, et hæc est creatio. Altera in collatione gratiæ, & hæc est sanctificatio.* Tertia *est in collatione gloriæ, & hæc est gloriosa resuscitatio.* Et *secundum hoc tunc sunt tres articuli quorum unus notatur cum dicitur credo in creatorem cœli & terræ.* Alter *cum dicitur sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum cōmunionem, remißionem peccatorum,* Alius *cum dicitur carnis resurrectionem & uitam æternam* Amen.

Scotus. 3. disti. 25. q. 1. exponi quomodo 12. & 14. sunt fidei articuli

Subtilißimus doctor Ioannes *minorita sancto subscribens* Bonauenturæ *inquit. Si articuli distinguantur, quantū ad ipsa credita sic sunt. 14. articuli. Si autem distinguantur secundum numerum illorum, qui primo articulos distinxerunt sic sunt duodecim secundum numerum duodecim apostolorum,* Infra. *Quidam articuli distinguuntnr ratione effectus dei, & sic sunt tres articuli de deo.* Primus *quantum ad creationem, secundus quantum ad gratificationem.* Tertius *quantum ad glorificationem, infra.* Opus *gratiæ dixerunt duo apostoli.* Nam *Symon posuit effectum gratiæ quo ad collationem boni, scilicet sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum cōmunionem.* Iudas Iacobi *quo ad mali remotionem*

Symō chananæus apostolus

motionem.ſ. Remiſsionem peccatorum. Cõueniunt igitur Auguſtinus Thomas Bonauentura & Ioannes, in hoc arti culo ſanctorum cõmunionem, intelligatur collatio gratiæ et charitatis, atq; unio fidelium per eadem dona. Simulac com participatio meritorum omnium & reciproca exiſtentium in charitate in eccleſia Chriſti. Fauet dictis excelſus ſan= ctus Paulus, dum inquit. 1. ad Corin. Non poteſt autem di cere oculus manui opera tua non indigeo. Aut iterum ca= put pedibus, nõ eſtis mihi neceſſarij. Sed multo magis quæ uidentur mẽbra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt, & quæ putamus ignobiliora membra eſſe corporis, his ho norem abundautiorem circundamus, & quæ inhoneſta ſunt noſtra, abundantiorem honeſtatem habent. Honeſta autem noſtra, nullius egent, ſed deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem, ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed in idipſum pro inuicẽ ſollicita ſint membra. Et ſiquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiue gloriatur unum membrum congaudẽt omnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti & mem- bra de membro. Ex quibus apparet docere Paulum omnes Fideles participare reciproce de operibus ab eiſdem factis ſecundum ſpiritum. Et quod magis eſt ignobiliora membra id eſt, peccatores partipare de meritis ſanctorum, quoniam de congruo ſanctii merentur lapſis à peccatis reſurgere, qđ eſt apud Paulum illorum tegere ignobiliora, & his honorẽ abundantiorem circundare. Similiter ad Epheſios. 4. In= quit in charitate creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam ſubminiſtrationis, ſecundum opera tionem in menſuram uniuſcuiuſq; membri augmentum cor

Summa

Paulus ca- pi. 12

Concluſio

Vnus alte ri meretur in Chriſti eccleſia

Ephe. 4.

Laus patrum poris fecit, in ædificationem sui in charitate. Hucusq; sanctissimi hi patres non minus docte quam uere, hunc ipsum articulum expenderunt, quorum diuinas amplectimur laudanus & affirmamus expositiones, Licet etiam secundum eundem spiritum non aduersa sentire, sed confirmando dicta adhuc explicatius prædictum expendere articulum.

Authoris expositio de articulo fidei

Declaratur articulus symboli apostolorum ad eucharistiæ pertinere

CAPVT 11.

Sanctorum cõmunio appropriate, diuinissime eucharistiæ est participatio quæ in tota ecclesia notissimo nomine appellatur cõmunio & apud diuinum Dionysium græca uoce synaxis hoc est cõmunio nuncupatur, huius interpretationis à priori quasi ratio exprimitur Nẽpe dictum est libro primo cap. 5. Contra septimam hæresim & cap. 15. cõtra quartamdecimam hæresim. Fidelium unionem præcipuam esse in participatione cœlestis huius panis, nempe unus numero indiuisibiliter substantialis est cibus sacra eucharistia. Quorũ uero isdẽ oĩno est cibus singularis digne, profecto & eorundem unus est spiritus una fides spes una et cor unum, ergo qui hanc unicam participant escam omnem aliam unitatem secum obtinent. Nemo enim ad hanc mensam accedit nisi credat. Nullus quoq; sumit nisi speret immortalem uitam fœlicemq;. Nempe quia perennem comedit escam quæq; intra se deum uerbum felicitatem æternam contineat. Atqui ignitus est carbo flammifera eucharistia. Nam totus Christus charitatem undiq; spirat est enim deus ignis ardens. (Exodi. 24. Erat autem species gloriæ dei quasi ignis ardens & Deutero. 4. deus tuus ignis consumens) hæc quoq; dona & si in comedente digne præire debent, accenduntur tamẽ mirum in modum sumpta eucharistia. Ampliat ueritatem hanc et per sacramenta unio fide

Damaseno teste

Exodi. 24

Deuter. 4

libus ministrata. Nam *sancta una est ecclesia, quoniam bonum Christi cōmunicatur omnibus christianis sicut uirtus* Thomas *influxusq; capitis omnibus membris. Sed hæc cōmunicatio* opuscu. 6 *per sacramenta geritur ecclesiæ, per quæ uirtus passionis Christi fructusq; fidelibus impartitur.* Omnia uere sex *sa=* Sacramen *cramenta gratiam conferunt uel augent, inhærens quidem* ta cōferūt *donum & accidens. Sola eucharistia, substantiale donum* gratiam *confert & subsistens.* Atq; *per ipsum cætera accidentia dona.* Et *quod optimum est esse immortale, quod quidem ad substantiam attinet & nō ad qualitatem.* Videtis *igitur sanctorum cōmunionem eam præcipuam esse quæ huius diuinissimi cibi participatione fruitur.* Porrò *in charitate fide & spe cōmunio quidem est, sed specifica & simillaria.* At *in corpore* Christi *cōmunio est singularissima et indiuidua, est etiam & substantialis.* Idem *enim penitus numero cibus diuinus indiuisibiliter ab omnibus sumitur christianis.* Li*cet in speciebus diuisus, qui etiā substantia est, & non accidens.* Si *ergo in hoc articulo optima sanctorum communio subaudiēda est, profectò nō nisi eucharistica est illa.* Itaq; *sa* Conclusio *pide dictam ueritatem articulum fidei esse prædiximus.* Et *ex dictis magis, quanto excelsior est effectu causa ipsa, tanto cōmunio sanctorum est eminentior, per corporis* Christi *esum, quam sit per alia dona, licet sine his, illa non fit communio apud digne sumentes.* Manifestum *est autem,* Christū *p corpus suum cruci affixum & effusum sanguinem, sua exarasse merita nobisq; propitiationem.* De *latere nanq; eius pro* In. 6. prima decre*dijt ecclesia, cū sacramentis omnibus, charismatibusq; suis* tali. *ergo &c.* Nobis *etiam magis explicat manducatio huius uitæ panis donatq; uitam æternam, licet non sine charitate, quam per quelibet alia dona, res est in theatro* Ioannis. 6. Ioan. 6

Confirmatio — *Confirmantur quæ omnia deduximus in hac expansione articuli ſymboli apoſtolorum, domini ſaluatoris plena reſolutione, inquit enim, ubi corpus ibi et aquilæ congregabuntur.* Lucæ.17 *Et celebrato myſterio hoc ſalutari et unificatiuo ad patrem orat eſſe unum ſuos quos hoc cibauit unico cibo,* Ioan.17 *confirmans factum & augens myſterium, qui pro reuerentia ſua exauditus eſt.*

Hebræ.5 *In hãc ſaluatoris præfinitionẽ, iurat Paulus tãquam in* 1. Corĩ.10 *uerba magiſtri ueritatis, et inquit, calix benedictionis, nonne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? panis quẽ frangimus, nónne participatio corporis domini eſt? Et quid conferret hæc participatio potenter explicat. Quoniam unus panis & unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Videte Iſrael ſecundum carnẽ. Nónne qui edũt hoſtias, participes ſunt altaris, ecce igitur eucharistiæ apud Paulum participatio, unitatis eſt cõmu-* Ioan.17 *nio. Dominus etiam inquit, ut ſint unum ſicut & nos, ſicut tu pater in me, ego in te & ipſi in nobis, & Ioan.6. in me manet & ego in eo. at nulla maior unitas cõmunioq; quã* Concluſio ex dictis *duum reciproca in ſemetipſis manſio. In hoc ergo articulo cõmunio per euchariſtiam digne intelligitur.*

CAPVT 12.

Sancti patres hanc noſtram confirmant expoſitionem Bonauentura.q.1 *ſimul ſapientesq; theologi. Seraphicus inquit Bonauentura 4. diſtin.10. Relucet diuina ſapientia in huius ſacramenti inſtitutione. Chriſtus enim dominus noſter, ſatis magnũ populum domino acquiſiuit. Ipſos in ſuo corpore myſtico uniendo. In hoc autem corpore quod eſt eccleſia, ſunt multi & diuerſi, ſunt uiatores & infirmi, ſunt etiam quotidianis peccatis circundati, quia ſunt multi in ipſo corpore qui*

indigent connexione strictiore, quia uiatores indigent refectione, quia infirmi et quotidianis peccatis implicati indigent oblatione. Et haec quidem non tantum interius agenda erant per gratiam uirtutum, sed etiam exterius per gratiã sacramentorum. Congruum ergo fuit, ut haberent exterius connectens sicut habebant unum interius. Sed illud unum debuit esse ubi erant membra, & ita cum in multis locis fuit membra, debuit tale esse, q̃d cõgrueret esse in multis, sed hoc non est nisi deus uel diuinitati unitum, sed quod est interius diuinitati unitum est corpus Christi, ergo corpus Christi debuit dari in sacramento exteriori, quod est unum in quo omnes fideles uniuntur in manducando unam & eandem escam. Haec ille.

Sanctus Thomas, *& subtilißimus* Ioãnes *minorita.* 4. *distin.* 2. *q.* 1. *cum sancto* Dionysio *de ecclesiastica* Hierar. *Simul cum sacrosancto concilio* Florentino *dicunt, per baptismum spiritualiter renascimur, per confirmationem augemur in charitate in gratia, & roboramur in fide,* Renati *autem & roborati nutrimur diuina eucharistiae alimonia.* At *nõ unus, aut alter, Sed omnes totaq; ecclesia hac indiget alimonia refici eadẽ, quare unitatis est sacramẽtũ.* Magister *sententiarum. distin.* 8. Res *autem significata & non contenta ab hoc sacramento est unitas ecclesiae, in praedestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis.* Magnus Augustinus *super* Ioannem *tractatu.* 26. Vnus *panis inquit, unum corpus multi sumus,* O *sacramentum pietatis,* O *signũ unitatis,* O *uinculũ charitatis, q uult uiuere, habet ũn uiuat, aceedat, credat, ĩcorporetur, ut uiuificetur, nõ abhorreat a compage membrorum quod resecari mereatur, non sit distortum de quo erubescatur &c.* Et *hunc unitatis esse*

Thomas *opuscu.* 6
Scotus. 4.
Florentinũ cõciliũ
Melchiades papa
Magister sententia.
Augustin.

ctum inquit, per hoc sacramentum intellexisse sanctos homines dei unde subdit, propterea quippe, sicut etiam ante nos intellexerunt homines dei, dominus noster Iesus Christus, Corpus & sanguinem suum in eis rebus cõmendauit, quæ ad unum aliquid rediguntur ex multis. Ex multis nãq; granis unus panis efficitur & ex multis racemis uinum cõ

Augustin. fluit & plura his similia ubiq; intonat Augusti. Sed præcipue in sermone ad infantes ad altare de sacramẽto. Sed Ex

Cyrillus pedit diuinißimum audire Cyrillum super Ioan. lib. 9. cap.

Ioan. 17 26. & 27. pertractantem ipsius saluatoris uerba Ioan. ut sint unum sicut et nos. Cum præmisisset de unione consensus et uoluntatis inter nos, atq; mutue charitatis Christi uerba intelligi posse subdit. Verum quoniam propositi textus uis sublimiora dicere cogit. Saluator quoq; inuitat dicens, sicut tu pater in me & ego in te ut & ipsi in nobis unum sint. Considerandum est si ad unitatem consensus &

Vnitas naturalis per eucharistiã est in ecclesia

uoluntatis, naturalem etiam inuenire poßimus, per quam nos inter nos et omnes deo colligemur &c. Age igitur, cũ trinitas unum natura sit, cõsideremus, quomodo etiam nos ipsi inter nos corporaliter, & cum deo spiritualiter unum sumus. Ex dei patris substantia unigenitus prodiens & totam in sua genitoris naturã poßidens, caro factus, seipsum naturæ nostræ ineffabiliter coniunxit & uniuit, uerus deus simul & homo, quæ plurimum inter se secundnm naturam distant, in uno seipso coniunxit, & naturæ diuinæ participes nos effecit & cæ. Qui ut inter nos & deum, singulos nos uniret, quanuis anima simul & corpore distemus, modum tamen ad inuenit consilio patris & sapientiæ suæ congruentem. Suo enim corpore credentes per cõmunionem mysticam benedicens, & secum, et inter nos, unum corpus

efficit. Quis enim eos, qui unius sancti corporis unione in uno christo uniti sunt, ab hac naturali unione alienos puta bit? Nam si omnes unum panem manducamus, unum, omnes, corpus efficimur, diuidi enim ac seiungi Christus non patitur. Idcirco etiam Christi corpus ecclesia effecta est, et nos singuli membra christi, secundum Paulum, Vni enim christo, per corpus suum coniuncti, quoniam in nobis illũ qui est indiuisibilis accipimus, ipsi potius, quam nobis mẽbra nostra cõmodantur, infra. Quod autẽ corporalis hæc unio ad christum participatione carnis eius acquiritur, ipse rursus Paulus de mysterio pietatis differens testatur. Qđ alijs inquit generationibus non est agnitum filijs hominũ, sicuti nunc reuelatum est sanctis apostolis eius & prophetis in spiritu gentes esse coheredes & concorporales & cõparticipes promissionis eius in christo Iesu p euangeliũ. Si autem omnes inter nos in christo unũ corpus sumus, nec inter nos solum, uerum etiam cum eo qui per carnem suam ad nos trãsiuit, quomodo uniuersi & inter nos & in christo unum non erimus? Christus enim unionis huius est uinculum qui deus simul & homo est. Sed de unione corporali satis. De spiritali autem eãdem uiam sequentes dicimus. Quia spiritu sancto recepto, & inter nos quodãmodo & cum deo unimur. Nam sicut uirtus sacratissime carnis christi, unum corpus facit participantes. Eodem arbitror pacto, in quibus inuisibilis dei spiritus inhabitat, eos omnes ad unitatem spiritalem conducit &c. Ergo inquit in patre & filio & spiritu sancto omnes unum sumus, unum dico habitudine & affectu, unum pietatis consensu, unum sanctæ christi carnis cõmunione, unum unius sancti spiritus participatione. Et ego claritatem quã dedisti mihi dedi eis,

Ephe. 3

2. unitates in ecclesia una corporalis alia spiritualis

Qualis sit unitas spiritualis & corporalis

ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis & tu in me, ut sint consummati in unum. Naturalem consubstantialemq; unionem cum patre, quanuis unigenitus habeat, propter nostram tamen salutem, a sua illa dignitate, gloria & claritate quasi exiuit (hoc enim significat exinaniuit semet ipsum) atq; ideo accepit rursus cum carne claritatem & gloriam, quam semper ut deus habet &c. Hanc igitur claritatem inquit & gloriam pater quam mihi dedisti, quae est ut tecum unum sim, dedi eis ut sint unum sicut nos unũ sumus, uniuntur enim inter se fideles illis modis quos iam exposuimus, uniuntur etiam deo, et modum ipse saluator aperuit dicens. Ego in eis & tu in me, ut in unum sint consummati. Corporaliter enim filius per benedictionem mysticã nobis, ut homo unitur, spiritualiter autem ut deus, sui spiritus gratia nostrum ad nouam uitam & diuinae naturae participationem spiritum redintegrans &c. Consummati ergo sumus, reductiq; ad unionem dei patris, mediatione saluatoris, id est Christi, filium enim dei natura patri unitũ, corporaliter substantialiterq; (ut dictum est) accipientes, clarificamur, glorificamurq; supernae facti naturae participes. Haec Cyrillus Alexandrinus uetustissimus antistes. Ex quibus si bene animaduertimus, unionem naturalem corporaliter substantialiterq; participamus cũ Christo & inter nos per sanctae eucharistiae cõmunionem, uidetur autem mihi ex sancto Hylario suam hanc mutuasse sententiam Sanctũ Cyrillum. Hylarius enim. 8. de trinitate sic ait. Eos nũc qui inter patrem & filium, uoluntatis tantum ingerunt unitatem, interrogo, utrum ne per naturae ueritatem hodie Christus in nobis sit, an per concordiam tantum uoluntatis? Si enim uere uerbum caro factum est & nos uere uerbum car

Christo corporaliter & substantialiter unimur p eucharistiam

Corollarium

Hylarius de cõsecr. distin. 2. in Christo pater

nem cibo dominico sumimus, quomodo non naturaliter in nobis manere existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam inseparabilem sibi homo natus assumpsit, & naturan carnis suæ ad naturam æternitatis, sub sacramento nobis communicandæ carnis admiscuit? Ita enim omnes unum sumus.

Quia in Christo pater & Christus in nobis, unũ in his esse nos faciũt. Si uere carnẽ corporis nostri christus assumpsit, et uere homo ille christus est, nosq; uere sub mysterio carnem corporis sui sumimus; & per hoc unum erimus, quia pater in eo est, & ille in nobis, quomodo uoluntatis unitas asseritur, cum naturalis per sacramẽtum proprietas perfectum sacramentum sit unitatis? non est humano, aut seculi sensu de his rebus loquendum: neq; per uiolentiam atq; imprudentem prædicationem dictorum cœlestium sanitati alienæ, atq; intelligentiæ impiæ puersitas extorquenda est, de naturali enim christi in nobis ueritate quæ dicimus nisi ab eo didicimus stulte atq; impie dicemus. Ipse enim ait. caro mea uere est esca, et sãguis meus uere est potus. qui edit carnem meã, et bibit sanguinem meũ, in me manet, et ego in eo. de ueritate carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus, nunc enim & ipsius domini professione & fide nostra uere caro est & uere sanguis est, & hæc accepta atq; hausta efficiunt, ut & nos in christo, & christus in nobis sit, ergo est ipse in nobis per carnem. Quod autẽ in eo per sacramentum cõmunicatæ carnis & sanguinis simus, ipse testatur dicẽs. Vos autem me uidebitis, quia ego uiuo, & uos uiuetis, quia ego in patre maneo, & uos in me, & ego in uobis. si uoluntatis tantum intelligi unitatem uellet, cur gradum quendam atq; ordinem consummandæ unitatis

expoſuit? niſi ut ipſe in patre & per naturam diuinitatis ; nos contra in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſus in nobis per ſacramentorum in eſſe myſterium crederetur, ac ſi perfecta per mediatorem unitas doceretur, cum nobis in ſe manentibus ipſe maneret in patre, & in patre manens maneret in nobis, & ita ad unitatem proficiſceremur cum eo qui naturaliter ſecundum natiuitatē ineſt ; nos quoque in eo naturaliter ineſſemus, ipſo in nobis naturaliter permanente. Quod autem naturaliter in nobis hic unitas ſit ipſe ita teſtatus eſt. Qui edit carnem meam & bibit ſanguinem meum in me manet, & ego in eo. nō enim in eo erit niſi in quo ipſe fuerit eius tamen in ſe ſumptam habens carnem qui ſuam aſſumpſerat. Item, Sicut miſit me pater uiuens, & ego uiuo propter patrem, ita qui māducauerit carnem meam, et ipſe uiuet propter me, quo modo per patrem uiuit, eo modo nos per carnem eius uiuemus, hæc ergo uitæ noſtræ cauſa eſt, quod in nobis manere deum per carnē chriſti habemus, uicturi per eum ea cōditione qua uiuit ille per patrem, ſi ergo nos naturaliter ſecundum carnem per eum uiuimus, id eſt naturā carnis ſuæ adepti, quomodo non naturaliter ſecundum ſpiritum in ſe patrem habeat cum uiuat ipſe per patrem? Item, Hæc autem idcirco cōmemorata ſunt a nobis quia uoluntatis tantum inter patrem & filium unitatem hæretici mentientes, unitatis noſtræ ad dominum utebantur exemplo, tanquam nobis ad filium et per filium ad patrem, obſequio tantum & uoluntate religionis unitis nulla per ſacramentum carnis uel ſanguinis naturalis cōmunionis proprietas indulgetur, cum & per honorem nobis datum filij & permanentem in nobis carnaliter & nos in eo nobis corporaliter et inſeparabiliter unitatis myſterium

uerae & naturalis unitatis sit praedicandum, id est corpus christi quod sumitur de altari, figura est dum panis & uinum extra uidetur, ueritas autem dum corpus & sanguis christi in ueritate interius creditur. Haec sanctus pater Hylarius episcopus.

Prior istis, Cyprianus celeberrimus, sermone de coena domini, sic in sancta cõcionabatur ecclesia, panis iste quem dominus discipulis porrigebat non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia uerbi, factus est caro, & sicut in persona Christi humanitas uidebatur & latebat diuinitas. Ita sacramento uisibili ineffabiliter diuina se infudit essentia, ut esset religioni circa sacramẽta deuotio, & ad ueritatem cuius corpus sacramenta sunt, syncerior pateret accessus usq; ad participationem spiritus. Non quod usq; ad consubstantialitatem christi, sed usq; ad societatem germanißimã eius haec unitas peruenisset &c. Plane sanctus martyr unitatem cõmunionemq; per hoc sacramentum christo & inter nos fideliũ docet, sed falsum intellectum ab hac unione diuellit, quoniam, & si ut Cyrillus sanctusq; Hylarius praedixere nos naturaliter corporaliter substantialiterq; hoc sumpto sacramento copulemur christo, non tamen consubstantiales christo facti sumus, quippe tantum filio spirituiq; sancto proprium esse scimus patri deo consubstantiales esse. Tandem uetustißimi sanctißimiq; Dionysij Ariopagitae fontalem emanationem asserimus aequa omnes hauserũt patres. Ipse igitur de hoc sacramento diuina eructãs mysteria inde Hierarchia ecclesiastica cap. 3. parte prima sic inquit.

Cyprianus

Dionysius Paulus discipulus

Sed euge quoniam huius pulchre sane ac tempestiue meminimus, quam profecto negligenter omittere, seu sacramẽta quaeuis alia ante eam laudare, fas mihi omnino non fue-

Euchari= stia est con sumatio sa cramētorū rit. Est enim iuxta inclytum præceptorem nostrū, sacramētorū consummatio. Oparetium igitur est, prius illam exponere, & eius ueluti corporalis lineamenta describere. Tum uero, ubi eam ex authoritate scripturæ, sacerdotaliq; institutione didicerimus, ad illius contemplandam sacratißimā dignitatem diuino spiritu subuehi. Ac primum quidem illud pie inspiciendum, cuius rei gratia, quod alijs quoq; uenerandis, diuinisq; mysterijs commune uocabulum est huic præ cæteris præcipue ac peculiariter applicetur, ut singulariter cōmunio, siue societas & synaxis; siue collectio dicatur. Nempe enim & unaquæque sacramentalis institutio id agit, ut nostras uitas in plura diuisas, in unicum illum statum (quo deo iungimur) colligat, diuiduorumq; nostrorū diuina collectione, nobis eius quod uere unum est, societatē unitatemq; indiuiduas largiatur. Dicimus ergo cætera sacrarum rerum signa, quorum nobis societas indulgetur, huius diuinis profecto, cōsummantibusq; muneribus perfici. Neq; enim fermè fas est sacerdotalis muneris mysterium aliquod peragi, nisi diuinum istud eucharistiæ, augustißimūq; sacramentum compleat, quæ singula, cum peraguntur, & eius qui perficitur, collectionem ad unum, illud unicum sacratius operetur, & diuinitus indulto sacramentorum cœlestium munere, ipsius ad deum cōsortium peragat atq; perficiat. Si igitur unumquodq; sacerdotale mysterium ex se imperfectum, nostram ad unum illud cōmunionem, collectionemq; non perficit, ac per id quod perficiendi uim non habet, fermè etiam nomen amittit. Finis autem ac principalis omnium ratio in eo est, ut diuinorum mysteriorū is qui perficitur, particeps fiat, merito sacerdotalis sacrosancta prudentia ex rerum effectu proprium illi uerumq; cogno-

Cur dicatur cōmunio

Finis est omniū mysteriorum

men inuenit. Sic igitur & sacrum diuinæ generationis sacramentum, quia primi luminis cōsortium tradit, omniumq; diuinarum illustrationum principiū est, ex effectu ipso, uerißimo illud illuminatiōis cognomine prædicamus. Etsi enim alijs quoq; sacerdotalibus sacramentis cōmune est, ijs q pficiuntur, sacri luminis consortium dare, istud tamen in primis mihi uidendi præstitit munus, ipsiusq; principali maxime lumine ad alia inspicienda sacramenta lucis gratiam cepi. Verum his generaliter præmißis, diligentius intendamus, inspiciamusq; per singula mysterij sanctißimi ritum, exactißimamq; confectionem, & quid spiritualiter signet indagare pergamus. Hæc ille.

Vt tandem itaq; hanc claudamus uiam, sic demonstrando colligimus. Omnis ueritas fidei, symbolo apostolorum explicata, articulus fidei est euidētißimus explicitusq;. Eiusmodi autem est, præfinita principio huius uiæ a nobis ueritas. Ipsa igitur fidei est clarißimus articulus. Sed pro. 2. sic formamus, cōmunio sanctorum, unus ex articulis apostolici symboli, iuxta sanctorum dudum patrum expositam sententiam, præcipua est maximaq;, quæ naturalis corporalis substantialiterq; est participatio corporis Christi realis ueriorq; in hoc sacramento igitur uera est minor assumpta. Demōstratio potißima huius Viæ 2. Demonstratio

Quare ecclesiæ catholicæ consensus, in illus articuli apostolici intelligentia, ipsißimus est, quem sancti patres explicauerunt, ad quem sapientum theologorum optime & rationabiliter consequitur etiam relata interpretatio. Corolla.

CAPVT 13.

Vnde infidelis est nedum hæreticus qui hunc nō credit articulum. Magnam infert deo iniuriam & christo suo dilectißimo filio qui huic non credit, quoniam mendacem, aut Primū Corolla. Secundū

Tertium impotentem illum credit reddere promissa. Itaq; in nullo magis spiritui sancto resistitur quã in dissuasione huius ar-
Quartum ticuli, quẽ interioribus occultisq; miraculis multis, sed exte rioribus plurimis confirmauit, & confirmat spiritus san-
Quintum ctus. Cum nec deum iustificat qui ueritatem huius abnegat articuli, neq; adeo iustificari potest quisquis illi aduersatur, infirmumq; reddit uerbum diuinum per quod omnia facta sunt; quasi sit unus ex Arrianis quicunque illi contradicit,
Sextum tandemq;, aut uerbum deum negat qui hunc articulum de-
Ratio optima negat, aut deum hominem nõ credit, quoniam uerbũ deus, huius ueritatem efficit, & deus homo, ore suo ueritatem eius promulgauit. Cum etiam dum tantum conficeret sacra
Christus ĩ cœna suis se portauit manibus Augusti. mẽtum ex pane uinoq;, suũ corpus manibus proprijs ipse portabat, atq; edendum distribuit discipulis suis. Magno asserente Augustino in psal. 33. Manibus aliorum potest portari homo, manibus suis nemo portatur, ferebatur autem Christus in manibus suis, quando cõmendans ipsum corpus suum discipulis ait, hoc est corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manibus suis, & in psal. 24. habetur autem
De conse. distin. 2 de consecra. 2. cap. Accesserunt ad Iesum, Dauid ferebatur manibus suis, manibus suis nemo portatur, quomodo intelligitur in ipso Dauid, secũdum literam nõ inuenimus: In christo autem inuenimus, Ferebatur enim christus mani bus suis quando cõmendans ipsum corpus suum ait hoc est corpus meum ferebatur enim illud corpus in manibus suis.
Conclusio Quamobrem concludimus cum magno Augustino, quod cum pro sacramentis terribilia et insupportabilia toleranda sint, et pro tutanda fidei ueritate, mors ultro ferenda est, præcipue tamen ea parati sumus pati lubenter, pro articuli huius sinceritate & fide certissima. Ex omnibus formatis

rationibus, hanc potissimam erigimus demonstrationem. Demõstratio prima
Omnis assertio contradictoria Articulo fidei explicita credito, & ad salutē necessario, coeuo ecclesiæ, a christo instituto, ab apostolis promulgato, atq; ab omni ecclesiæ iudicio uniuersaliq; sancito. Est hæretica, inopinabilis, atq; iure diuino nedum apostolico reprobata damnataq;. Talis autē est Oecolampadij suorumq; assertio, ergo & cæ. Similiter Demõstratio. 2
oĩs enũtiatio uera explicite credita, ad salutem necessaria, a christo instituta, principium fidei, coeua ecclesiæ, ab apostolis promulgata, atq; ab omni ecclesiæ iudicio uniuersaliq; sancita, est articulus fidei principalissimus, cuiusmodi est in principio huius uiæ ueritas præmissa.

CAPVT 14.

Obiectio prima hæreticorum
Oecolampadius hæreticus Augustini priorem sententiam redarguere nititur sed frustra, & inquit hoc quod beatus pater allegat in libro Samuelis nusquam reperiri scilicet Dauid ferebatur manibus suis. Locus est primo Regum cap. 21. inquit et immutauit os suum coràm Achis & collabebatur inter manus eorum & impingebat in ostia porte defluebantq; saliue eius in barbam. Abnegat igitur uerba ab Augustino relata in diuina esse scriptura.

Solutio
Nos uero catholici beatum Augustinum infidelem non nouimus, nec mendacem, quem etiam scimus cum magistro suo Ambrosio aliam editionem a uulgata hac nostra, pluries frequentasse. Ergo iuxta illam satis concinne uerba Dauid in Samuele ad christum translata sunt, non tantum anagogice, sed etiam ad literam. Neq; mirum, quoniam in psalmis pleraq; comperimus iuxta literam à Dauid remotissima, quæ tamē eodem spiritu in christum refrimus quo ille de christo prophetauit, & ipsissimus sensus est germa=

nus literæ. Et quoniam hæc Augustiniana sententia clarissimum affert contra hæreticos testimonium de ueritate coporis domini in sacramento. Idcirco hanc insanus Oecolampadius contra Augustinum excogit uersutiam calumniamq; sed illi non prodest, cum etiam iuxta hebræos plures sic transtulerunt.

2. Obiectio Primo — OECOLAMPADIUS *hæreticus contra concilium Ephesinum inquit. Quid enim est aliud incruenta seruitus quã annuntiatio mortis unigeniti? 2. Si autem sanguis adest, iam cruentæ seruitus est & non solum annuntiatio sacrificij. 3. Sanctificatio autem nõ a signis est, sed a fide per quam corporis christi sumus participes.*

Solutio — *Catholici reflectunt, primo annuntiatio mortis christi confeßio est, sed sacrificium certe incruentum non est ipsa annuntiatio. Si concilij perpendas uerba. Sic enim inquit, Annuntiantes enim sicut secundum carnem mortem mortẽ unigeniti filij dei &c. Pariter confitentes, incruentam celebramus in ecclesijs sacrificis seruitutem, sacrificium igitur memoriã facit mortis christi & nos sacrificãdo memoriã facimus. Sed certe corpus christi, & sanguis sacrificiũ incruentum neq; mors christi est neq; memoria eius formaliter, sed suffittum in memoriam eius. Sed demus tibi annunciationem esse sacrificium, num propter hoc corpus christi in hoc non adest sacrificium? quod palam sacrum concilium profitetur esse iuge & incessanter sacrificium ecclesiæ esse. Sic enim, inquit, accedimus & sanctificamur participes effecti sancti corporis & pretiosi sanguinis Iesu christi, & infra, quæ a nobis ipsis & per ipsum ipsi deo patri incessanter offertur .s. uiuificatrix caro christi. multũ refert o hæretici quid inter sacrificationem sacrificium, & immedia-*

tum

tum uel mediatum sacrificandi finem, sacrificatio actio est uel agenda totius missæ, sacrificium proprie christi caro uiuificans est, et sanguis pretiosus propitiatio coràm deo perpetua pro nobis, immediatus finis memoria passionis & mortis eius. Mediatus *est christi incorporatio connexioq́; saluatoris sumendo illam digne, ultimatus est uita æterna et perennis immortalisq́; perpetuitas atq́; cætera quæ his connexa sunt.* Dicimus. 2. *quoniam uere sanguis adest, sed non separatus a corpore, quinimmo inuiuente corpore intra uenas ipsius radix uitæ sanguis christi est, & ideo incruentum sacrificium est. Verum in memoriam in cruce effusi sanguinis corpore christi, hæc repetita actio iugiter agitur uel frequentatur, ideo diuisim huius ab illo fit consecratio. Neq́; est deceptio, separata enim sanguinis consecratio a corporis benedictione, nō nunc a corpore sanguinem seiunctum affert, sed olim dum penderet in cruce. Sed cur tuam non refrenas temeritatem? sacrosanctum enim concilium incruentum appellat sacrificium.* Tu *uero hominum stultissime audes improperare & ais cruentam esse seruitutem.* At *ignoras miser christum dixisse statuisseq́; in hoc sacrificio suū ad esse sanguinem, inquit enim, hic est sanguis* Matth. 26
meus Matth. 26. 3. Addimus *sanctificatio in huius perceptione sacramenti non est in fide solum, alioquin frustra sumeretur & coleretur, prior nanq́; satis est fides huius sacramenti usu & sumptione.* Igitur *propriam cū habeat omne sacramentum sanctificationem: hoc tamen præcipuam optimam summamq́; omnium præbet sanctificationē, quoniam continet præstatq́; omnium sanctificationum causam primam meritoriam & efficientem primam, corpus uidelicet domini deumq́; uerbum christum, scilicet deum homi-*

Omne sacramētum propriam habet sanctificationem

nē. Nisi enim manducaueritis inquit carnē filij hoīs &c.

CAPVT 15.

3. obiectio *Bullingerius hæreticus Lutheranus instat, quomodo est articulus fidei ut Scotus inquit a concilio latheranensi, ergo antea non credebatur hoc. noua igitur est inuentio.*

Solutio CAtholici dicunt, *falsator, corruptorq́; diuinæ pariter et humanæ scripturæ, nūquā hoc subtilißimus* Ioannes *dixit, quinimmo ait expresse hoc esse de substantia fidei.* Et *hæc ueritas a principio fuit expresse tradita, ex quo eucharistia fuit instituta a christo.* Dicit *tamen de conuersione panis uiniq; in corpus & sanguinem christi, & hoc* Ambro*sius prioresq; eo sancti asseruerunt, ut propria ediſſeremus uia, & quia de sacramentis tenendum est, sicut tenet sancta* Romana *ecclesia, nunc autem ipsa tenet panem transubstantiari in corpus &c.* Non *ergo nouellus est articulus ut fingis fidei.* Apud Ioannem *minoritam.*

Vbi supra cap.
11. distin. 4. q. 3
Extra *de hæreses ad abolēdam*

4. Obiectio *Hæreticus alter insurgebat, quō est articulus fidei cum in* Apostolorū *non contineatur symbolo non in nicæno neque* Constantinopolitano *neq; in symbolo* Athanasij.

Solutio CAtholici *respondent proprium est hæreticorum carnales esse, et ideo* Iudæorum *more scripturas tantummodo in carne non in spiritu extra non intime perscrutantur.* Di*cimus itaq; in symbolo apostolorum hoc uerum contineri cum inquiunt credo sanctam ecclesiam catholicam sanctorum cōmunionem, ut liquidū fuit cap. 10. & 11. huius uiæ.* Concilio Nicæno, Ephesino, Latheranense, Viēnense, Cōstantiense, atq; Florētino, *sed nōne quæ euāgelio cōtinētur, & canonicis* Pauli *epistolis dogmata fidei, sunt articuli fidei?* Itaq; *ex inchoata ecclesia christi usq; & in seculū seculi articulus fidei semp fuit est eritq; eucharistica ueritas.*

OEcolampadius iterum arguit, si ita esset corpus chri= 5. Obie=
sti in altari uere, plus miraculorum in uno pane habebere ctio
mus quam in ullis dei operibus.

CAТholici, nō ī pane triticeo sed cœlesti. Vtiq; cōfitemur Solutio
prædicamus asserimus in totius mundi theatro, coràm an=
gelis dei, coràm omnibus mundi principatibus et potenta=
tibus intrepide uere fideliter, etiam medijs crepantibus hæ
reticis, plus in hoc uno sacramento omnipotentem Chri=
stum efficere mirabilia quam in reliquo orbis. scriptum nā
que est memoriam fecit mirabilium suorū &c. Quo enim
magis enitescit diuina Christi potentia eiusq; uera deitas
nisi hoc sacramento? Aut quis labor est dei chiliadem uno
ictu miraculorum efficere. Sed hoc est inter cætera, miracu
lorum magnum miraculum ut cuncti fideles hoc humiliter
credant deo consentientes, Soli uero hæretici non credant.
Credentibus quoq; & contremiscentibus sathanicis spiri=
tibus. Atq; ab ecclesia & Christo capite suo, angelicæ po Ephe. 3.
testates hanc non erubuerint addiscere ueritatem in acqui=
sita earum notione.

HAEreticus alter obijcit quomodo contingat membrū 6. Obie=
in capite esse aut caput membro, cū toti præsidet corporis. ctio

CAТholici inquiunt. Si de uerbis domini ambigis disce
prius credere & deinde intelliges, deus est qui loquitur,
mentiri nescit quia nec falsus esse queat.

HAEreticus inquit alius. Caput uno membrorum suorū 7. Obie=
uesci compertum habemus. At membrum uel corpus suo ctio
uesci capite nondū natura neq; humana sapientia pati pōt.

CAТholici respōdēt, Si separabis pretiosum a uili ut di=
ctum est libro primo reciprocam hanc comperies cōmesio
nem, membrum edit caput quo uiuificatur, at caput certe

esum membra uiuificat, uerum tamen libenter cordibus nostris uescitur deus qui solus ea ad se trahit in quibus quam lubenter inhabitat.

8. Obiectio HAEreticus. 8. subsultat quid opus est dominici corporis esu, ut in nobis ipse nosq; in ipso maneamus. Hoc quidē inusitato abiecto uescendi modo si seruauerimus mandata dei tota trinitas commoratur in nobis & ad nos descendet

Ioan. 14 Ioan. 14. Sed & qui manet in charitate in deo manet &

1. Ioan. 4 deus in eo Ioannes inquit theologus.

Responsio CATholici reflectunt. Si tunc deus in nobis manet cū eius mandata seruauerimus. Estq; inter mandata præcipuū hunc esum potumq; sumere cœlestem, profecto non erit in nobis deus nisi re aut uoto hoc obseruabimus suscipiemusq; eucharisticum sacramentum, quoq; asseueramus charitatem eum habere flammigeratam, qui fornacē eius hanc intra se hauserit ardentissimam, uenerabile scilicet corpus domini. Et in hoc terminatur. 2. Via.

Peroratio Supplices itaq; rogamus te domine Germaniæ populum in carnis libertate lasciuientē tua pietate cōstringe, & ad spiritus unitatem quæ per hæc sacramenta perficitur misericorditer nobiscum hæc tua dona concordi facias charitate & dignitate participare credentem, amen fiat fiat.

Soli deo honor & gloria.

CAPVT 16.

3. Via Tertia uia est manifestissimam ueritatem enūtians (sub sacramento, scilicet eucharistico uerum et reale continetur domini corpus, & sanguis pretiosus.) firma & constantis-

Veritas sima de hac ueritate, domini saluatoris pollicitatio, in Ioannis. 6. Ex qua, hāc, quæ est in ordine. 5.) præfinimus ueritatem. Sicut dominus Iesus suos docens discipulos in caphar

naum, Suum corpus in cibum cœlestem, & sanguinem suũ pollicitus est potum uere & realiter nobis præbere. Ita quoq; fideliter adimplere promissum tam nobile in hoc sacramento debuit, perfecitq; quotidie implet atq; perficit. Nempe christus dominus Iesus (qui hæreticis est petra scãdali, in quã si allidãtur, cõfriguntur, Sed si super eos cecide rit cõminuuntur et conteruntur) hoc quidẽ dare facereq; suo diuinißimo ore pollicitus est igitur implere debuit.
Ergo exurge christe cõtra blasphemos istos impiosq; hære ticos tuæ fidelitatis, et dißipa istos inimicos tuos, fugiantq; hi qui oderunt te à facie infringibilis ueritatis tuæ, deficiãt sicut deficit fumus, sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant sacramentarij ij hæretici a facie tua, christe rex potentißime. Abs te igitur nunc exordimur & accipimus ueritatis iacula, aduersus hos congerrones nouatoresq; hæreticos. primumq; in eos immittimus iaculum tuæ ueritatis fidelem infallibilemq; pollicitationem. Nescis enim decipere, qui solum uera polliceris, quia mẽtiri nequis, tu qui es prima ueritas, quiq; omnia potes. Quis enim domine, tuus consiliarius erat, cum uerba uitæ, apostolis nobisq; in illis proponeres? cibum poculũq; æternæ uitæ, uiuificis uerbis tuis feruentißima charitate nobis offerres? Aut quis deniq; tuæ potestatis coegit magnitudinem, nobis humanæ proli, tam pretiosa dona magnanimitate tua præfulgentißima pieq; pæstare? Aut nobis hæc promissa diuina numerares? Nemo inquam domine, nemo, sed tibi perpetua generatione a deo patre ueritas cõmunicata, atq; ineffabilis charitas, tũ quoq; magnitudo tuæ potestatis infinita, qua quæq; spoponderis licet altißima efficere soles uelisq;, præclarißima hæc nobis largiri dona, consuluit, ideo operatiua uitæ æternæ, uerba

Psal. 67

Prima rõ

Primum tua illa, auidißima fideles omnes audire gestiunt, quũ etiam
Origo ,p= spiritum in eisdem conditum scire cõcupiscunt. Audite igi=
missionis tur tria in hac parte dicẽda. Propẽsiore.n.sermõe allectus
Christi de dominus, cuiusq; quasi a longe suspirantis et dicentis, bea=
pane cœle ti qui manducabuut panem in regno dei, ut magnus Augu=
sti stinus ait de uerbis domini in Luca.14.sermone.33. qui qui
dem quasi in longinqua suspirabat, & ipse panis ante illũ
discumbebat, dum etiam Iudæi uiso clarißimo miraculo de
refectione.5.milia hominum (exceptis paruulis mulieri=
busq;) ex.5.panibus & duobus piscibus.12.quoq; superan
tibus cophinis fragmentorum. Petebant signum ut illi cre=
derent. Illisq; incredulis respõderet christus, panis enim ue
rus est, qui de cœlo descendit & dat uitam mundo. Dixe=
Ioan.6 runt ergo ad eum Iudæi. Domine, semper da nobis panẽ
hunc, dixit autem eis Iesus. Ego sum panis uitæ, qui uenit
Primum ad me non esuriet, & qui credit in me non sitiet in æternũ.
Et post multa hinc inde ultro citroq; collata, amen amen di
2 co uobis, inquit, qui credit in me habet uitã æternam. Ego
3 sum panis uitæ. Hic est panis de cœlo descendens, ut siquis
4 ex ipso manducauerit, nõ moriatur. Ego sum panis uiuus,
5.explica= qui de cœlo descendi, siquis ex ipso manducat pane, uiuet
tius in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro
6.Magis mundi uita, & litigantibus illis neque credentibus, dixit Ie
explicat sus. Amen amen dico uobis, nisi mãducaueritis carnem ho
necessitatẽ minis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in
7. utile ex in uobis, qui manducat meam carnem & bibit meum san=
primet guinem in me manet & ego in eo. Habet uitam æternam,
8 & ego resuscitabo eum in nouißimo die. Caro mea uere
9 est cibus, & sanguis meus uere est potus, sicut misit me ui=
10. Rõ.9 uens pater, & ego uiuo propter patrem, & qui manducat

me, et ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de cœlo de- 11
scendit. Non sicut manducauernnt patres uestri manna, &
mortui sunt, qui manducat hunc panem uiuet in æternum. 12
Audistis o fideles uerba filij dei. Audistis uerba uitæ æter-
næ corde inquam aureque percepistis. Sed & uos caphar-
naitarum progenies nouelli hæretici, hæc quoque domini- Prima rõ
ca uerba auribus percipite & si non corde illis credere uul pro. 5. ueri
tis, ipsis quidem sine fuco clarißime non in enigmate aut pa tate
rabolice, se dicit panẽ uiuũ cœlestemq; suũq; corpus sangui
nẽq; cibum potumq; nobis necessarium esse prædicat, pro-
mittit ultroq; daturum offert. Ergo si promisit adimpleuit,
effecit inquam in nouißima cœna antequam pateretur. In
cœna nanque perfecit quod tantis laudibus nunc ut audistis
pollicebatur & prædicabat. Nõ debetis autem hæretici de
adimpletione ambigere. Est quippe fidelis ueraxq;, est ip 2. ratio
sa ueritas, est denique potens deus citius dicto gerere quæ
pollicebatur. Simul attendite ingeminatum totiens pollici-
tationem, publicam non auricularem. Neque paucis notã,
sed in mundi theatro medio, palestina uidelicet terra, corã
cunctis expositam, post duplex conuiuium, unum sanè pri-
uata domo exibitum domino Lucæ. 14. Alterum subdiuo Lucas
celeberrimum cunctisq; notum hebræis, quo Christus ho-
minum plures chiliades saturauit. At qui percipite, in hac
multiformi promißione, totiens geminatum imperium, etiã
sub magna interminatione, de cibo hoc sumendo a nobis 3. ratio
cœlesti Poculoq;. Neq; quisquã de reali cibo dñum loquẽtẽ
addubitet, Nempe quia præmisit sermonis initio, se daturũ
cibum, manna reali cibo digniorem, precibus sancti Moy-
si, populo hebræo in deserto adeo donato, si ergo cõpara-
tio uera est, profecto uterque realis est cibus. Sed Christi

est præcelsior quam sit Moysi, tanto inquam quanto Chri-
4.ratio stus ab illo & dominus seruo maior est, etiam secūdum ho-
minem loquor. Tum etiam quia qui est a Christo cibus cœ-
lestis, illius à Moyse est sacramēti significatum figuratūq;.
5.ratio Vlterius inspicite, Christum de uero cibo realiq; fuisse lo-
cutum, bis nanq;, uere, bis quoq;, Amen, suis implicat uer-
bis, at ex priori, certitudinem realis apprendite cibi, ex po-
Iuramētū Christi, Amen, steriori infallibilem promißionis adimpletionem. Est etiam iuramenti forma a Christo seruata cum dicit, Amen, ut sancti affirmant expositores. Hæc simul iuncta, tempusque quo complenda erant hæc mirabilia de isto cœlesti cibo, tū
6.ratio quoq; de illo prophetarum oracula. Velut a causa, origine, loco, personis, authore, cōparatione, et fine, cum fidelitate & potentia Christi dei, atq; temporis plenitudine, bis inquā tanquam plurimis testibus, ostendunt determinant, statuuntq;, Christi promittentia uerba, ueritatem realis præsentiæ corporis sanguinisq; Christi in hoc eucharistico sacramento.

CAPVT 17.

Blasphemia hæreticorum OEcolampadius uero temerarius inquit. Si hæc ad literam audirentur saperent insipientiam, quo enim ait ita ineptiret Christus? Hæ sunt blasphemiæ tuæ, fatuißime Oecolampadi? qui tanta audes peruicacia in Christum deum obloqui. Arbitraris ergo si corpus & sanguinem suum reali modo & uere daret suis in cibum potūq;, ineptiret Christus. O inauditam blasphemiā, O temeritatem omni ignotā priori seculo? quis enim etiam infidelium ethnicorum, de sa-
Cōfutatio piētia dei genita Christo talia ore prophano locutus est? pessime hominum, os tuum abundauit malitia & lingua tua concinit dolos, sedens aduersus dominum tuum locutus es, & aduersus filium dei posuisti scandalum. Quid gloriaris

*in malitia potens in blasphemia? Tota die iniquitatem cogi*tauit lingua tua & sicut nouacula acuta fecisti dolum, dilexisti malitiam super benignitatem saluatoris, mēdacium iniquum, magis quam loqui ueritatem, dilexisti omnia uerba præcipitationis lingua dolosa, propterea deus destruxit in finē, euulsit te, & emigrauit te de tabernaculo iustorum, radicem tuam de terra uiuentium, morbo sacri ignis consumptus es. Vlciscente igne creatura deum factorem suum. Viderunt iusti et lætati sunt. Sed cum præ cæteris te sapientiorem æstimasti, non dedisti gloriam deo Christo infinitæ sapientiæ, & ideo sicut unus de filijs Belial locutus es.* Psal. 51

Cur etiam tuam hanc perfidiam profugam extorremq; non legis in euangelio a sapiētia Christo deo, is quippe tibi tecumq; murmurantibus capharnaitis, quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducādum, durus est hic sermo quis potest eum audire. Respondit, hoc uos scādalizat, Si ergo uideritis filium hominis &c. Et magnus Augustinus ibidem exponit. Quid est hoc? Hinc soluit illud quod non nouerant. Hinc aperuit unde fuerant scandalizati, hinc planè si intelligerent. Illi enim putabant se erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cœlum utique integrum, cum uideritis filium hominis at certe uel tunc uidebitis quia nō eo modo quo putatis erogat corpus suum, certe uel tunc intelligetis quia gratia eius non consumitur morsibus. Tu uero stultissime Oecolampadi ideo blasphemas contra Christum, quia credis si cibus noster esset, omnino consumendus esset. Hæc certe tua sunt machinamenta, quoniam a capharnaitis per Berengarium cæterosque huius farinæ sarcinatores, ad teipsum, hæc defluxit insania, Ideo subdit Christus, spiritus est qui uiuificat caro non pro Ioan. 6 August.

dest quicquam ad uos, inquit, Christus. i. Quare ergo hæretice? Cur etiam capharnaite qui tecum sunt submurmuratis? nullam quippe stultitiam præ se ferunt uerba mea. Caro enim nõ prodest quicquã, si a spiritu uerboq; diuino me deo seiungatis. Si quidem, sola caro mea nõ prodesset quia me nõ creditis deum, Sum ego deus uerbum ideo caro mea deo iũcta uiuificat prodestque plurimum ut prædixi uobis (hæc ex Augustino decimo de ciuitate dei, ex Cyrillo & alijs) si etiam carnaliter uerba mea suscipitis (ut soletis Iudæi hæreticiq;) non prosunt, at si uere & non figuratiue, secundum spiritum eadem tamen percipitis. sunt quidem uita & spiritus, hoc est omni uilitate seiuncta, sed auspicando quæque pretiosa, nihil enim coinquinatum a me nihilq; carnale aut abominabile fas est uos uerbis suspicari meis, deus enim ego sum. qui omnia in pulchritudine sapientia et ueritate instituo perficioq;. Nã qui potui de cœlo deus descendere uerbum immutabiliter, rursus in cœlum. Inuictus integer uiuens uiuificansq; deus homo conscendam triumphans põpa nobili, & nihilominus meam uobis præbebo carnem usq; in finem seculi inconsumptilẽ escam salutarem: nonne qui cœlos perpetuo rotantes motum seruo ne ruant neue infrustra cõcidant, meam quidem carnem illesam, quãuis uobis escam, integramque tueri potero? At qui ego quoniam de cœlo sum, uobis cœlestia protuli uerba. Sed qui de terra estis homines que carnales hæretici, diuina hæc capere non ualentes, iniuriam irrogare mauultis. Spiritus quidẽ uerba sunt mea, qui sicut sine iactura suique diuisione, omnia penetrat, molitur omnia, scrutatur etiam intima dei. Ita quoque corpus meum meũque sanguinem, absque nausea, præter diminutionem, tamen uere, integre, realiter, in escã

Margin notes: Qũo caro nõ prodest — Qũo prodest — Prima cõparatio — 2. comparatio — 3. comparatio

potumque perennem meis catholicis subministro. Sanctus Cyprianus inclytus martyr & praesul inquit. Orta fuerat aliquando, Sicut in euangelio Ioan. legitur, de nouitate uerbi huius quaestio, & ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores, cum diceret dominus, nisi manducaueritis carnem filij hoīs &c. Quod quidā quia nō credebant, nec poterant intelligere, abierunt retro, quia horrendum eis et nepharium uidebatur uesci carne humana, existimātes hoc modo dici, ut carnē eius uel elixam uel assam, sectamq; mēbratim edere docerentur. Cum illius personae caro si in frusta partiretur, non omni humano generi posset sufficere, qua semel consumpta, uideretur interisse religio, cui nequaquam ulterius uictima superesset. Sed in cogitationibus huiusmodi, caro & sanguis non prodest quicquam, quia (sicut magister exposuit) uerba haec spiritus & uita sunt, nec carnalis sensus ad intellectum tātae profunditatis penetrat, nisi fides accedat, panis est esca, sanguis uita, caro substantia, corpus ecclesia. Corpus propter membrorum in unum conuenientiam, panis propter nutrimenti congruentiam, sanguis propter uiuificationis efficientiam, caro assumptae humanitatis proprietatem, haec ille. Cui magnus Augustinus subscribens, inquit, caro nō prodest quicquam. Sed quomodo illi intellexerunt, qūo per cadauera dilaniatur, in macello uēditur, nō quomodo spiritu uegetatur, proinde sic dictum est, caro non prodest quicquā, quomodo dictum est, scientia inflatur &c. Sic etiam caro non prodest quicquā, Sed sola caro, succedat spiritus ad carnē, quomodo accedit charitas ad scientiam & prodest plurimum. Nam si caro nihil prodesset. Verbum caro factum non esset. At nos, alia uia de hoc magis.

Cyprianus inde cœna domini

Quomodo intelli. caro non prodest

Pulchra resolutio

Augu. ubi super Ioannem

1. Corin. 8

CAPVT 18.

Hæreticorum uana expositio. *Sed inquitis, nos in figura uerba tua recipimus Christe & in signo.* Non autem in re, Christus uero hanc refellens uanißimam intelligentiam ait. Sed sunt quidam ex uobis, qui nō credunt, quoniam. s. uos hæretici duræ ceruicis estis, in circuncisi corde, sicut & patres uestri capharnaitæ, implete igitur mensuram patrum uestrorum, abite retrorsum, nec mecum iam ambulanto. At uos, o catholici, o Romani, quibus mea adamußim omnia credidi, nunquid & uos uultis abire? Nos uero, o sapientia patris dei humiliter licet in digni cum Petro Romanæ sedis tuæq; uniuersalis ecclesiæ uicario fideiq; magistro respondemus, domine ad quem ibimus uerba uitæ æternæ habes? Et nos credimus & cognouimus, quia tu es christus filius dei uiui, qui promissam hāc salutarem escam potenter nobis quotidie præstas. Nec rapere potest hæreticorū perfidia de manu tua, aut fide sanctæ catholicæ ecclesiæ, quin sis uere præsens realiterq; in semper adorando hoc sacramento.

Non in figura Christi uerba intelligantur.

Interrogatio Christi

Responsio fidelium

Ratio Omnes etiam fideles tui sanctiq; spiritus sonore tubæ fatentur publica uoce, dum hæc tua promissoria pertractant uerba, eodemq; spiritu exponunt. Non in figura, sed re uera esse intelligenda. *Ratio* Non enim parabolice locutus es, quia uita perpetua per hunc cibum præstita non in figura, sed uere nobis elargitur. *Ratio* Sicut dum hoc efficis in cœna sacramentum, non figura, Sed post figuram, agnum uidelicet, huius Typum habentem, hoc quidem corpus tuum sanguinemq;. *Ratio* Tu primus, postea pueri tui dilectißimi, magna deuotione sumpserunt. Atque non in figura, sed quidem uerißime idem corpus tuum traditum paßioni esse uoluisti. Dionysius, Ireneus, Cyprianus, Origenes, Tertullianus, Ale=

xander papa, Pius, Fabianus, Eusebius, Syluester, Nicænū concilium, Constantinopolitanum primum Damasus, Basilius, Gregorius Naziãgenus, Ambrosius, Hylarius, Athanasius, Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Ephesinum concilium, Cyrillus, Innocentius primus, Gregorius Constantinopolitanum concilium. 6. Nicænum. 7. Lateranense. 9. Vienense, Florentinum, Constantiense, Beda Theophilatus Epiphanius, Theophilus, Rabanus, Alcuinus, Aymo, Anselmus, Bernardus. Et omnes quos uia. 9. 5. 17. Doctores enumerabimus, synodos, atq; Romanos pontifices, tam Ioan. 6. cap. quam euangelistarum narrationem atq; Pauli de domini cœna, fideliter expendentes. Omnes inquã innumerabiles, non in figura, sed in ueritate rei et ad literam eadem diuina pertractant loca. Nos uero statim sequenti uia. 4. Idipsum clarius explicamus, Subtilis etiam Ioannes hoc supra ualenter confutauit, uia. 2. cap. 1.

Cathalogus doctorum

Scotus

CAPVT. 19.

Secundum huius uiæ propositum est ostendere, diuinas suas, Christum, pollicitationes dictas, adimplere debuisse, ita quidem suæ decens erat magnificentiæ dignitati fidelitatiq; diuinæ. Nõ. n. solet quia neq; scit mentiri christus deus, cum neq; posit. Nanq; & si homo est christus, deus tamen est & homo. Non igitur hæretice de illo censebis sicut de filijs hominum cæteris, nosse autem poteris ab Esaia, si nõ credis, quam uerax quamq; est fidelis christus noster. Ille ergo de christo sic, inquit, dominus redemptor Israel sanctus eius, & reges uidebunt & consurgent principes & adorabunt propter deum, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Sed forsan aliū requires testem, Exurgat igitur ter illustris ille sanctus Dauid, manu fortis rex deo dilectus, et

Secundum

Christus fidelis & uerax

Esaiæ. 49

Psal. 144

prophetarum eximius, & dicat, fidelis deus in omnibus uerbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Si his duobus perfide non credis testibus. 3. quoq; adhibemus seruum fidelissimumq; dei ministrum sanctum Moysem. Deus inquit fidelis & absq; ulla iniquitate sanctus & rectus.

Deuter. 32

Secreta hæretico rũ blasphemia

At forsan suspicamini corde, imbecillis erat, sed tam maximum quod promisit opus, ac hæreticis mentibus incapabile nequiuit perficere, idcirco quod promisit in re dedit in figura. Sic ergo in potentiam aut mauultis duritiam sermonis sui occultauit in mysterio. Hæc sunt secreta cordis uestri uenena, dum rem ueram negatis in hoc sacramento, atq; tantum figuram palliatis. Quippe qui licet ore hæc abscõdatis, tamen perfacile, uos ista corde rimari, conijcimus. Ecquid enim aliud est dicere dũ exponitis, hoc est corpus meum. i. hoc significat corpus meũ, hic est sanguis meus. i. hoc significat sanguinem meũ, quid enim aliud hæc uestra significant mendacia, nisi quia nõ potuit perficere christus quod promisit, aut quia infame erat, ideo nos tropo intelligimus figuraq; christi uerba. Inquitis enim, ineptiret christus si hoc uellet aut diceret, at ineptire nequit deus, ergo apud uestram mirabilem sapientiam, hoc admirabile deus facere nequit. Mirum quoq; uidetur quod sine uestra admirabili hac expositiõe, christus noster deus albo inscribẽdus esset stultitiæ, hæc igitur sunt uestræ tentamenta perfidiæ, hic serpentinus sibilus hominum insipientissimus, hæc sunt uestra nunc publicata sacrilegia, sic christum dominũ colitis sic prædicatis, o mores, o tempora? O dei maximi tollerantiam? Sed uos qui mũdi tenetis sceptra, quiq; mortis ac uitæ tenditis imperia, Aut uos o numina sacra, quæ cœlum terramq; perpetuo regitis æuo, cur non uindicatis, cur non

Probatio blasphemiæ concep tæ

Magnum argumẽtũ

obstupescitis? dum tantam blasphemiam hæreticorum, in christum domini non ignoratis. Illi dißimulant, uos uero ne quicquam sine magni imperio audetis inferre. Scio autem scio uestram esse sanctam patientiam. At illorum quorũ interest, ingrata honoris dei dißimulataq; uiudicta, nouerint sentiẽt quam citißime, quanta a superis imminet præscriptio, nisi dei iustitiam cito ulciscantur, redeuntes autem asserimus. Vestras has cõmentitias fraudes blasphemiasq; omnis prophetarum sanctorum patrũ expugnat cuneus, quippe qui cum fidelißimo Moyse iterũ uno ore testantur, scias inquiunt, quia dominus deus tuus ipse est deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam, diligentibus se & his qui custodiunt præcepta eius in mille generationes, at profecto in hac generatione iustorum nequaquam praua hæreticorum progenies enumerabitur. Ratio contra hæreticos Deuter. 7

Quia uero consarcinatores isti cum eorum pseudo christi Luthero martino dicere absolẽt, quid nobis cũ Moyse? Sub christo uiuimus, in lege sumus libertatis? Vnde magis, ac magis obstinatiores etiam iudæis redduntur. Tanquam si lex christi quæ lex est spiritus eos a ueritate liberos faciat, sed neq; dei fidelitati iustitiæq; subditos eos reddat? Nos uero illos iterum paulinis repercutimus iaculis, Inquit enim ut priori etiam libro testabamur, fidelis autem deus, quia sermo nostr qui fuit apud uos non est &c. Dei enim filius Iesus christus qui uobis per nos prædicatus est &c. non fuit in illo est & non, sed est, in illo est, & nõ nõ, quot quot enim promißiones dei sunt in illo est, & ideo per ipsum amẽ deo ad gloriam, Et de Moyse quem spernitis ipse Paulus uos confundit ad hebræos. 3. quo fidelem eum mini strum in domo dei appellat, at si Moysi negatis latam sen- Error Lutheranorũ Cõfutatio Ratio Ratio Paulus 2. Corin. 1 Defenditur Moyses

tētiā, pfectò apud uos erit deus infidelis neq; seruās pacta.

Paulus Addit autem Paulus quod prope uestrum est iugulum ad Thimo.2.cap.1.Non enim nobis dedit deus spiritum timoris, sed uirtutis et dilectionis sobrietatis, et noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, neq; me uinctū, sed col-

Paulus labora euangelio secundum ueritatem dei. Et.2.cap. subdit, fidelis sermo, nam si cōmortui sumus & conuiuemus, si sustinebimus & conregnabimus, si negauerimus (ut uos negatis hæretici) & ille negabit nos, si non credimus (ut uos hæretici Christo non creditis) ille nihilominus fidelis permanet, negare se ipsum non potest, hæc cōmone testificans

Admonitio & conclusio ex dictis coràm deo. Itaq; & nos cōmonemus uos coràm deo hodie & contestificamur, si non creditis illum adimplesse quod promisit præstare suum corpus sanguinemq; nobis cibum potumq;, ille nihilominus fidelis permanet, quotidieq; (etiā uobis nolentibus) in sancta sua ecclesia implet promissum hoc, & uos negabit, qui se ipsum negare non potest.

CAPVT 20.

Cæterum, suis apostolis alijsq; catholicis pollicens chri-

Alia rō stus deus hūc diuinißimū cibum.s. corpus eius præstare cū neminem haberet per quē iuraret se maiorem nisi patrem

Quare bis dixit amen amen Christus &. quia ipse est deus, iurauit per illum & semetipsum inquiens amen amen dico uobis nisi mādūcaueritis &c. Hoc autem totum factum est, ut promißionis suæ indubiā adimpletionem, atq; cibi oblati necessariam sumptionem immutabilemq; catholicorum quisque accipiat, Pater nempe ingenita est ueritas & ipse filius ueritas est generata. Atq; lōganimes hanc discipuli adepti sunt repromißionē in cœna

Paulus ultima. Homines enim per maiores suos iurant inquit Paulus ad hebræos.6. & omnis controuersiæ finis est iuramētum

tum ad confirmationem, in quo abundantius uolens deus christus ostendere pollicitationes suas hæredibus, immobilitatem consilij sui interposuit iuramentum, ut per duas res immobiles, quibus impoßibile est mentiri deum, fortißimū solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram tenemus animæ tutam ac firmam, & incedentes usq; ad interiora uelaminis (hoc est in cœna domini & ara crucis qua utrobique christus suum sacrificauit patri deo corpus) ubi præcursor introijt Iesus, Secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum, hæc magnus sanctus Paulus, quibusdam exponendo interpositis uerbis. Quoniam quidem huius sacramenti, sacrificij, cibiq; salutaris institutione, probeq; eodem sumpto cōceptam tenemus spem uitæ æternæ, dicente eodem domino, qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem habet uitam æternam. habet quoque certißima resurrectionis anchoram firmamque uitæ æternæ, quapropter subdit & ego resuscitabo eum in nouißimo die &c. Ioan. 6

Itaq; quilibet etiam simplicißimæ prudentiæ uir christianæ, in hac causa Iudex esto. Eece christus, inquit, caro enim mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus, Isti dicunt sicut est uitis ita caro eius est cibus, christus ait panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita, hæretici dicunt, significat carnem meam datam pro mundi uita. At christus, inquit, nisi mãducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in nobis, atque hoc iureiurando confirmat per patrem & semetipsum ut dictum est, hæretici uero huic ueritati quid opponāt nō adhuc inuenire potuerunt, iudex igitur esto fidelis quicūq;. Cui magis credere debeamus an hæreticorū turbæ fallaci

Ratio fortißima ex dictis

Contra hæreticos qđ nō in figura christus loquatur

Replica

an christo iuranti ueritatemque clarißimam proferenti, nõ in parabolis aut ænigmate asserenti suam carnẽ donare nobis cibum salutarem? Nempe ipse loquens non est figura Christus deus noster, sed res figurata umbris, figurisque ueteris instrumenti. Ergo sacrificium quod in cœna deo obtulit secundum ordinem Melchisedech, non quidem in figura obtulit, sed in ueritate adimpleuit sicut et omnia legis prioris, quare & quæ dicit in Ioan. 6. tunc re opereque cõpleuit sicut et promittendo debuit? Adhuc fidelium quisque iudex esto quanuis simplicißimus. Cui ne magis fides adhibenda est? An toti catholicæ ecclesiæ a principio institutionis eucharisticæ confitenti, in sacramento altaris uere realiterque præsens adesse domini corpus quod dominus pollicendo effecit, quotidieque in mensa agit altaris, an hæreticorũ mendaci turbæ spiritu nequã agitatæ obsessæque hãc proprijßimam christi ecclesiæ ueritatem abneganti?

Cõfirmatio

Alia ratio

Sed forsan monstrum cuditis alterum (ut soletis) opinamini inquam cõmotum deum uestris ipsis calumnijs abominationibusq́;. Et qui adeo usque hanc semper adimpleuit ueritatem, Nunc uelut indignabundus cessaret ab opere quod patrarat, hæc pater uester mẽdaciorum spiritus uos docet, quidem ijs, per uos aptißima eius instrumenta, deum prouocare, callida quidem, sed stolida antiqui draconis tentamenta, atque propria hæreticorum illi fauentium insipientia. Nempe similia gesßit in paradiso, in deserto, & hierosolimis inter inuidos Iudæos seminauit uenena. At quis prudentißimo deo decipulam parare queat, qui omnia præscit antequam fiant, sine cuius præscientia permißioneque, nec mala potest ueternosus aspis inter homines serere, Nõ enim est prudentia non est consilium contra dominum, sed

Hæreticorum iniquitas

etiam non mutatur dominus, ut filij hominum, quin magis abundat fidelitas eius. Paulus enim inquit, has aniles deridens fraudes, quid enim siquidam illorum nō crediderunt, nunquid incredulitas illorum (.s. hæreticorum) fidem dei euacuauit? absit, est quippe deus uerax, omnis autem homo mendax, (quia uidelicet omnis hæreticus mēdacijs plenus est.) Sicut scriptum est, ut iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris. Nimirum quidem, quoniam fidelitas dei tunc maxime elucesſit, cum ab inquinatißimis uerbo sisq; hereticis calumniam patitur persecutionemq;. Tunc præcipue iustificatur deus in sermonibus suis. Tūc uincens uincit & innotescit ueritas eius fidelior, cum a uobis non uerax iudicatur. Quare concludimus, sicut uere promisit suam dare carnem suis escam, ita fidelis christus adimplere debuit, tantoq; fidelior inuentus est nobis, quanto ueritatē promissam eius calumniatis magis, & ipse non in figura, sed rei ueritate suū corpus nobis præbet cibū salutarē. Paulus Roma.3 Conclusio ex dictis

Sed unde uobis hæreticis, spiritus mendacij hos persuasit errores, peruasitq; uos spiritus contumelie? Dicam cum Ioāne theologo. Vnctio docet et confirmat ecclesiam suā, et sicut unctio eam docet de omnibus & uerum est & non est mendacium. Cui Paulus subscribit qui autem cōfirmat nos inquiens & qui unxit nos et cōsignauit nos et dedit pignus spiritus in cordibus nostris, secūda Corin.1. & sicut dominus inquit Ioānes.6. erunt omnes docibiles dei. Quoniam igitur non estis membrum de membro nec os de oßibus christi non in in quam pertinetis ad ecclesiam Christi. Ideo spiritus dòmini non ungit uos, neq; estis per ipsum facti docibiles dei, non estis ueritatis discipuli, neq; fidei catholice assertores, sed a spiritu nequam seducti et illo ple Petitio Ioannes.1 cap.3 Paulus Ephe.5

ni,idcirco in tot errorũ anfractus lapſi eſtis. Et cum Iaco=
Iacobi.3 bo ſanctificato ex utero ſic deliberamus. Non eſt iſta ueſtra
ſapientia de ſurſum,deſcendens a patre luminum. Sed terre
na animalis diabolica,ubi enim zelus non ſecundum deum
& contemptio ibi in conſtantia & omne opus prauum.

CAPVT 21.

Tertiũ.ſ. ĩ quo mul ta ſubtili= ter declarã tur

Tertio expendamus implendæ pollicitationis chriſti de
ſiderium,tandiu expectatæ rei exitum,auidiſsime a diſcipu
lis concupitæ,immo a domino deſideratiſsime fieri repẽda
mus. Principio ſermonis Lucas nobis Matthæus Ioãnes et
Marcus euangeliſtæ rem ueram perfectamq; cõmemorent,
audiantur hi homines dei per quos ſanctus loquitur ſpiri=
tus. Qui teſtes idonei & comparticipes facti ſunt ſacramẽ
ti et ueritatis huius, quam non ſolum ore profeſſi ſunt, ſed
etiam poſteris cõſultiſsimo dei cõſilio in ſcriptis legauerũt,
pro qua ſicut et pro cæteris quibusq; alijs chriſti,ſanguinẽ
propriũ efuderunt,prodeant igitur euãgeliſtæ teſtes uerita
tis,retrocedant hæretici falſitatis inuentores, ueritatis de=
ſertores. Lucas.22.inquit Ieſus diſcipulis deſiderio deſide=
raui hoc paſca manducare uobiſcũ antequã patiar, dico.n.
uobis ex hoc non manducabo illuc donec ĩpleatur in regno
dei, ſubdit Ioãnes cũ dilexiſſet autem ſuos qui erant in hoc
Ioan.13 mundo in finem dilexit eos,at Euſebius exponit, Cũ domi
Euſebius nus nouũ paſca celebraret opportune dixit,deſiderio deſi=
emiſenus derauit.i.nouum myſterium noui teſtamenti quod tradebat
diſcipulis,quod plures eminuero prophetæ & iuſti concu
piuerant.ſed & ipſe ſitiens cõmunem ſalutem, hoc trade=
bat myſterium quod toti mũdo cõpeteret, paſca uero Moy
ſi ſtatutũ erat in uno loco.ſ. in Hieruſalem celebrare, unde
non congruebat omnibus gentibus, & ideo non erat deſi=

deratum. Astipulatur dictis Chysostomus, cum dilexisset suos qui erant in mūdo &c. Inquit hoc est, nihil dereliquit eorum quæ eum qui ualde amat decens est facere, Non autē a principio hoc fecit, sed maiora postea adiecit, ut eorum augeat familiaritatem, & multam eis præparet consolationē ad ea quæ superuentura erant. Hos ergo suos qui erant in mundo mansit amans continue, & eandem perfectam amicitiam circa eos ostendit, ex his igitur pollicitationem implendi exardens desiderium christi euangelistæ fatentur. — Chrysostomus super Ioannem

Sed heus tu quod unus uel duo ex eis profitentur scito omnium quoq; esse euangelistarum consensum, unus quippe erat spiritus in eis & una fides, & de eodem dominico fonte. s. spiritu sancto potarunt? Sanctus uero Dauid huius exardescētis in Christo desiderij præ cæteris clarissimam eructans causam, Memoriam inquit mirabilium suorum facere uoluit miserator, misecors dn̄s, escā uidelicet hāc diuinā ad mirabilem æternamq́;, corpus & sanguinem eius, timentibus se præbere, hoc igitur erat desideriorū desideriū quo urebatur dominus, cōuiuium instaurare nouū inauditumq́; seculo suis dilectissimis, post quod incendiū efferbuit aliud, mori. s. pro salute mundi. — Confirmatio — Dauid Psal. 110

Vnde & nos qui patrum sensa (quantum nostra suffert tenuitas) diligenter audeq; imitamur audacter cūcludimus, per hæc uerba dominum explicuisse ingens desiderium quo afficiebatur explere totiēs repromissam escam cœlestem largiri suis, quodq; facturum eundem prophetæ præuiderant, deusq; optimus maximus archano sed æterno suo deliberauerat consilio exquisitissimo. Et ideo Ioan. inquit, cum dilexisset suos in fine dilexit eos. Nempe incomparabilis est hic amor & fortis super mortem, sese quenquam amicis præbere cibū suumq; potū — Conclusio ex dictis — Ioan.

sanguinem. Vnde & in epithalamijs præcecinit sapiens,
Cantico. 8 fortis est ut mors dilectio.i.supra mortem est eamq; uincēs
est dilectio, qua suum corpus & sanguinem christus offert
dilectoribus suis cibum poculumq; salutare, legimus enim
plerosq; se, & uirtutis amore tum deniq; pro patria, cha-
ris, parentibus, amicisq;, fato ultimo cōmisisse spōte mira-
biliq; animi fortitudine patiētiaq;, sed pro deo nostro incly
tos martyres quotidie reuerenter sancteq; colimus tormen
ta passos, ultroq; ultima subijsse suplicia. Veruntamen nul-
lum adeo usq; didicimus sese ultro admirabili tamen mo-
Nota con- do, delectabili, suauiq;, sine nausea, aut contumelia cibū de-
clusionem disse charis, sicut deus noster se tribuit nobis, & quod ma-
ximum est, tanto illum magis uiuere scimus quanto a nobis
deuotius frequentiusq; ille manducatur & sumitur, huma-
num loquor propter simplices ut fiant auidiores. Cū enim
nos corpus eius simus. Maxime uiuit christus dū nos eius
Optima corpus, uiuimus apte. At qui cibus ipse diuinus est noster ui
probatio talis, igitur quanto nos illum feruentius sumimus, tanto il-
le maxime uiuit quidem in nobis, sed & nos præcipue uiui
mus illo, unde reciproca uitalis hæc operatio est sibi nobis
Thomas que repensa, cōsulas hac in re diuinissimum Thomam opu-
cap.14. sculo.58. propterea cænans affirmauit, et ego dispono uo-
Corolla- bis sicut disposuit mihi pater, ut edatis & bibatis super mē
rium Chri sam meam in regno meo, quoniam hunc diuinum edere ci-
sti bum est diuinescere, quod regnare est. Sacer inquit Ambro
Ambro- sius, non enim uictus & potus nobis præmij loco sponde-
sius tur, sed cōmunicatio gratiæ cœlestis & uitæ. Cōsiderandū
Grego. in igitur est regnum cœlorum præsentis etiam uitæ ecclesiam
homelia esse, nedum regnum illud in quo agnus est templum deo. In
hoc ergo cœlorum regno quod est ecclesia, disposuit tunc

primum dominus omnes catholicos suos habere conuiuas Conclusio *& cōmensales, nam non solum apostolos sed nos quoq; sibi* oēs Chri- *assumit quotidie sacerdos primus dominus* Iesus, *atq; quot* sti sumus *quot futuri sunt sui usq; in finem.* Res hæc in theatro est, is- cōmēsales *dem nanq; est sacerdos isdemq; cibus eademq; mensa, lucu- lenter hoc differit doctus* Gregorius de consecra. distin. 2. Grego. *quid sit sanguis*

CAPVT 22.

Reuertamur igitur & dicamus, Christus *deus ueritas* Conclusio *est & nomen eius est fidelis et uerax* Apoca. 19. *Idcirco rē* epiloga *promissam eucharisticam, claroque sermone propositā neque ænigmatico, pluribusque laudatam æncomijs, desiderabilem a discipulis plurimum, at maximo desiderio explendā a christo, oīno adimplere debuit, ergo cōpleuit, quippe iste cibus necessarius nobis est cœlestis uitæ quo confortati simul cum sancto* Helia *perueniamus ad montem sanctum* Oreb *montem ardoris montemque denique trāsimilationis uel transfigurationis nostræ in deum christum nostrum.* Et *quis est qui hāc impedire ualeat expletionem? nū pater deus qui exquisitissimo suo æterno consilio hoc adin*uenit? Ratio hy- *Aut uerbum filius deus qui quidem in carne sua, hoc* potētica di *præfixit efficere? uel denique isdem spiritus sanctus deus,* uisiua *qui hoc sacramento mirabili, feruens incendium suum euomit in tota ecclesia dei? Sed forsan hæretici christi fidelitatis accusatores et necatores? At christus spiritu oris sui omnes interimit suæ ueritatis hæreticos hostes, uel forsan, pollicitationis eius obex erit, multitudo rerum quæ huic perficiūdo mysterio sunt necessariæ, sed neque hac officiūt, paucis enim eget huius confectio sacramenti, pane uidelicet modico uinoque minori fide intentione uerbis & potestate sacerdotali, hæc licet egeno præsto sunt cuilibet sacerdoti.*

Neque tanti magnitudo mysterij terrebit forsan pollicētem christum quo magis sua maior patet celsitudo. Instanti .n. ibi & hic est christus, in cœlis sedens in dextera patris &

Alia ratio altari ecclesiæ medio. Verum si in hoc tam magnifico nobis deesset christus promisso nobis quoq; necessario, qua si de credemus eum pro nobis suum tradidisse corpus sanguinemq; effudisse in ara crucis, per cōtactum quidem hæc simul deus prædixit hoc est, inquit, corpus meum quod pro uobis tradetur, hic est sanguis meus qui pro uobis effundetur, si ergo primum non uere fecit deditq; procul dubio de secundo anceps tota morabitur ecclesia, quod esset, optimū

Alia ratio necessariumq; a nobis tollere nostræ redemptionis. Simili-

Alia ratio ter si hoc nō perfecit, quam sperabimus ab illo uitam perpetuam? ipse enim dixit, nisi manducaueritis carnem filij hominis & cæ. Et si non perfecit, quomodo ipse in nobis & nos in ipso intima naturali et substantiali erimus man-

Alia ratio sione? ut sancti prædixerunt. Via. 2. uel si christo fidelitas hæc abest cui inquam hominum deorumq; amplius adhibē-

Alia ratio da fides? Et profecto mirum ualdeq; mirandum est de magna hæreticorum insipientia, uolunt nanq; sicut & debēt fideles Abraham, Moysem, Samuelem, Dauid, cæteros fuisse prophetas, Apostolos, et euangelistas, oēsq; dei ministros, attamen dominum, deum nostrum fidelitatis authorē datoremq; non seruasse promissa, quia non dedit in re quod uere realiterq; se donare protestatus est, uel deniq; si seruauerit pacta illum ineptisse, quod protinus consummata est

Demōstratio potissima huius uiæ hæreticorum dementia, audire horreo legere perhorresco. Itaq; fundamentalis huius uiæ eiusmodi extollatur demonstratio, Quicquid deus efficaciter uel secūdū proposi tum pollicetur, destinato efficit tempore et immobiliter im

plet. Quare promissam carnem suam sanguinemque nobis efficaciter elargiri escam nobis potumque salutarem, omnino adimpleuit. Cum eius plenitudo temporis in cœna ultima sit instituente domino palam se obtulit præclarissimum nobis ferculum. CAPVT 23.

ANDreas Carolstadius hæreticus primus inter Lutheranos hūc errorem refodiens arguebat, si christi corpus esset in hoc sacramento quis prohibet ne panis crucifixus sit pro nobis. *Prima obiectio*

CAtholici respondent, contra paneystas, aduersus quoque Lutherum magistrum tuum optime quadrat ratio, sicut lib. 1. deduximus cap. 9. contra hæresim. 12. At nihil penitus ualet aduersus ecclesiam, qui panem in Christi corpus transire docet & prædicat nec remanere substantiam eius post consecrationem. *Responsio*

ANDreas hæreticus. 2. instat panem porrigens inquit, accipite panem & comedite. *2. obiectio*

CATholici inquiunt, mendax hæreticus scripturam falsificat, non enim christus, inquit, accipite panem, sed accipite & comedite hoc est corpus meum. Nempe & si in principio panem manibus accepit suis, dum tamen benedicit et ait hoc est corpus meum, panis trāsiit in uerum christi corpus, quam ueritatem. 3. euangelistæ Paulus etiam ample fatētur, nullus enim istorum dicere ausus est accipite panem, unde scripturæ falsarius Andreas iudicatus est. *Responsio* *Matth. 26*

ANdreas hæreticus. 3. murmurat, panem meliorem nō fieri per murmur & sacerdotale anhelare. *3. obiectio*

CAtholici dicunt, uerbo domini res omnes perfectum perfectiusque suscipiunt esse, dum e nihilo fiunt, & de potentia in actum traducuntur, aut imperfecte, in meliora trā

seunt,potestas ergo uerbaque dei sunt,ministerium uero ministerium sacerdotis est,nil autē obest præstantius agens uti instrumento in actione sua. Si enim beatæ deiparæque uirginis immuculatæ uerba tāte fuerint apud deum efficacis gratitudinis, ecce ancilla domini fiat mihi secundum uerbum tuum,ut his dictis uerbū caro factum sit ex purißimis uirginis sanguinibus,quid poterunt uerba saluatoris dei et benedictio? cui quam sane mentis notißimum esse arbitramur, dicens enim & benedicens hoc est corpus meū,in instanti substantiæ panis uinique conuersæ sunt in carnem sanguinemque domini qui loquebatur.

Nota de beata uirgine

4. Obiectio ANDreas hæreticus.4. requirit quis hanc sacerdotibus contulit potestatem?

Solutio CAThoIici aiunt,ille qui dicens præcepit,hoc facite in meam cōmemorationem. Tu uero hæretice si sapis noli de sacerdotum potestate iudicare,quia sunt dij & iudices terræ,eis enim dedit deus potestatem in ecclesia iudicium facere Matth.18. Quibus etiam attulit opera quæ ego facio ipse faciet & maiora horum faciet,unde per eos tu tibique similes condemnantur.

Psal.81 Matth.9 Ioan.14

5. obiectio ANdreas hæreticus.5.stimulat, Alioquin in cœna christus immortale corpus simul & mortale habuisset.

Responsio CATholici asserunt sapientes theologi diuersi diuersa opinantur. Hugo de sancto uictore doctißimus quidem ecclesiæ doctor suique,impaßibile tradidisse corpus suum in cæna dominum opinatus est. Econtra Innocentius.3.magister sententiarum,diuinus Thomas seraphicus Bonauentura,Subtilis Ioannes,& illuminatus Franciscus,glosa etiam super.11. ad Corinth.1. Mortale paßibileque corpus quale tunc habebat in cœna astruunt dominum dedisse, quanuis

nunc immortale impaßibile omnino præbeatur in sacramē to altaris, quale utique in cœlis habet licet occlusis gloriæ dotibus uel opertis, sed nos abs te petimus unde locum habes tuam probādi collectionem. Si Christi corpus in cœna præstitum est suis, ergo mortale simul & ĩmortale habuisset corpus. Sapientes enim nostri simul affirmant operationes ab intra christum sub sacramento simul habere posse & paßiones, sed quæ ab extra nequaquam sibi queāt inferri, mortale autem tūc corpus habuisse erat ab intra, ut subtilißimus Ioannes *opinatur. 3. distin. 16. simul & sanctus* Bonauentura, Ibidem *& sanctus* Thomas. *3. q. 14. Sed de hoc dubio una uiarum clarißima dabitur iuxta paruitatem nostram elucidatio infra.* Scotus

CAPVT 24.

Zuinglius hæreticus sic instabat, ergo tres Articuli *ruerent, ascensus. s. sedere ad dextram, & aduentus ad iudicium, quando hic sit nobiscum in terris in hoc sacramento.* 6. Obiectio

CATholici *respondent, sagittæ paruulorum factæ sunt hæreticorum rationes, Manet idem christus in cœlo ad patris dexteram residens gloriosus, in sacramento isdem abest inuisibili modo atq; sacramentali, & ibi quoq; adesse fatemur, ubiq; hostiæ consecrantur, nihilq; uirtutis ex his deperdit christus, quinimmo eius magis magisq; elucet potentißima diuina uirtus. Cū uero articulus eucharisticus christi omnipotentiam manifestat idcirco. 3. dictos articulos magis confirmat, nec tollit, quoniam eius omnipotentiam quoque supponunt.* Solutio

ZVInglius *hæreticus*. 7. *insultat quomodo tam magnum corpus sub tantilla continetur hostia.* 7. Obiectio

CATholici *aiunt, Anile hoc rancidumq; argumentum* Solutio

pudeat uersare amplius dilutum totiens, totiensq; refra=ctum a catholicis, quod proprium esse solet animalis & in

8. Obie=ctio fidelis hominis de diuina christi potentia addubitantis.

Ioan. 12 Zuinglius hæreticus. 8. inducit, christus ait pauperes semper habebitis me autem non semper habebitis.

Solutio Catholici soluunt ex Augustino tractatu. 50. super Ioã=nem, dicimus quoq; attende circunstantias & solues occur rentem perplexitatem, pauper, dolens, manducans, unctus a deuota fœmina, tristisq; propinquans ad crucem christus ab eis non semper habebitur, qualis qualis tunc alloqueba=tur eos, & tamen cum eis semper præsens erit, nobiscum quoq; usq; ad seculi cõsumationem, altera quidem forma. s.

9. Obie=ctio sacramentali admirabili tamen suauißimaq;.

Ioan. 16 Zuinglius hæreticus. 9. inquit christus iterum relinquo mundum & uado ad patrem.

Solutio CAtholici respondent, uisibiliter quidem omnibusq; forma perspicua ascendo ad patrem, & uobis præsens non eadem ero forma, inuisibiliter tamen præsens semper ero. Vobiscum realiter quidem in sacramento tamen, ideoq; in

Altera obiectio soluitur Ioan. 17. inquit ex inde iam non ero in mũdum & ij in mũ do sunt. i. sicut ij ego non ero, sed ero tamen laudabili admi rabili & meis delectabili modo cupidißimoq; atq; suauißi mo, ero in quam o pater sanctæ te uolente meaq; urgen=te uastißima amoris flamma cum ijs usq; ad consumma=tionem seculi.

Cõcludentes igitur hanc. 3. uiam. Supplices te domine de precamur qui errãtibus ut in uiã poßint redire iustitiæ ueri tatis tuæ lumen ostendis, da cunctis qui christianam dicunt se cupere ueritatem, ut tuæ sanctæ catholicæ parentes eccle siæ spiritu subgerente diuino per eandem & in eadem tua

sancta hæc sacramenta pie credant & digne uenerentur. Amen fiat fiat.

Humilis Fratris Francisci uita Polintij siculi ordinis minorum de ciuitate pactarum (quæ olim Tyndaris) de eucharistia in hæreses explicit Liber Secundus Soli Deo honor & gloria.

POLINTII MINORITAE SICVLI DE *Eucharistia aduersus hæreses. Liber Tertius incipit. Via. 4. Caput primum.*



RIA Igitur priori libro probata sunt, promißio uidelicet christi, fidelitas, atque desiderium exequendi, quem polli cebatur cibum præstare cœlestem. Attendamus & quartum, ipsam .s. adimpletionem. Et sicut instituimus. 6. post dictas præscribamus ueritatem. Dominus Iesus sicut uere & non in figura, pollicitus est carnem suum sanguinemq; nobis præbere cibum potumque salutarem, ita quoq; uere realiter et non in figura, eadem in cœna nouißima largitus est apostolis, sub speciebus panis & uini, quotidie etiam sanctam ecclesiam suam reficit uere & realiter sua carne sanguineq;, usq; in finem cibo potuq; diuino, uitali, saluifico, & imortali. Vltima quæ addita sunt propria huic sacramento, satis uera sunt, si priora huius ueritatis præferantur. Euangelistæ omnes eum Paulo (nō illis in authoritate & ueracitate, minore) apertißime testificantur. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, Paulus, & gratias agens, Matthæus, bene dixit ac fregit deditq; discipulis suis & ait, Accipite & co

Continuatio

6. ueritas huius libri

Prima probatio

Matth. 26

medite, hoc est corpus meum, et accipiens calicem gratias egit & dedit illis dicens bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui & æterni testamenti, qui pro multis effundetur in remißionem peccatorum, Lucas, hoc facite in meam cõmemorationem. Finem igitur legalibus ceremonijs impositurus, parari sibi uoluit pasca, & ex consuetudine legis ea quæri, quæ solemnitas exigebat, agnũ assum, panes azimos, & lactucas agrestes. Non enim oportet esse fermentatos noui testamenti ministros, puras synceras'q; mentes sanctũ quærit conuiuium, in ueru crucis boni odoris assatio omnem excoquat carnalium sensuum cruditatem, et induret solidet'q; mentis affectus, nec in ecclesiæ sanctæ sacrificio ulla sit macula. Sed pura simplicitas & innocentia uitæ, intima ecclesiæ catholicæ domo, a fidelibus de ægypto profectis, transito mari rubro, lotis. s. christi sanguine affectibus offeratur. Cœna itaque disposita, inter sacramentales epulas obuiarunt sibi instituta antiqua & noua, et cõsumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, in cõsumptilem cibum magister apponit discipulis, nec iam ad elaborata impensis & arte condita conuiuia populi inuitantur, Sed immortalitatis alimonia datur, a cõmunibus cibis differẽs, corporalis substantiæ retinens speciem, sed uirtutis diuinæ inuisibili efficiẽtia probans adesse præsentiam, significata olim a tempore Melchisedech prodeunt sacramenta, & filijs Abrahæ facientibus opera eius, summus sacerdos panem profert & uinum. Hoc est inquit corpus meum. Manducauerant & biberunt de eodẽ pane secundum formam uisibilem, sed ante uerba illa cibus ille cõmunis tantum nutriẽdo corpori cõmodus erat & uitæ corporalis subsidium ministrabat. Sed ex quo a domino dictũ est, hoc facite in meã

Cum Cypriano

In azimo cõsecrauit Christus

commemorationem, hæc est caro mea, & hic est sanguis meus, quotiescunq; his uerbis & hac fide actum est, panis iste diuinus & calix benedictione solemni sacratus, ad totius hominis uitam salutemq; proficit, simul medicamentũ & holocaustum ad sanandas infirmitates, et purgandas iniquitates existens. Manifestata *est etiam spiritualis cibi distantia, aliud fuisse quod prius est appositum et cõsumptũ, aliud quod a magistro datum est & distributum.* Quandiu *cibi illi qui ad diem festum erant parati a cõuescẽtibus apostolis sumebãtur, ueteris paschæ agebatur memoria,* Itaque *si panis & agnus prius quidem ab apostolis sumebantur, post benedictionem & consecrationem caro & sanguis panis & uinum, diuina sunt facta potestate.* Nam *si figura adhuc eius sacramenti duratura erat cum nondum adhuc passus fuerat dominus, poterant panis & agnus perseuerare, instituta quippe erant, ut hoc significarent mysterium per christum adimplendum. Cum ergo ipse dixerit qui est ueritas, hoc est corpus meum hic est sanguis meus, nec mendax esse potest, post agnum typicum panemq; cõmunem, perfecto caro eius et sanguis in cœna domini fuere cibus potusque salutaris, probauimus etiam libro prioriq; uia, realem hanc pollicitationem effecisse suis discipulis magistrum & dominum, ergo nunc dicendo compleuit, uel date si uultis, aut ualeatis, tota scriptura tempus locum, aut rem promissam, alibi expletam.* Hoc *enim euangelicæ scripturæ proprium nouimus esse, ut omne promissnm a domino huius uiæ nostræ contineat, expletumq; demonstret, quemadmodum quicquid de domino magnum uetus præfigurabat instrumentum, nouum equidem digito ostendat in ipso fuisse perfectum, quod inductione cuilibet etiam simplici liquidũ*

Alius cibus in principio cæne alius in fine

Probatio. 2

3. ratio

4. ratio

5. ratio

Scripturæ proprietas

6. ratio

esse queat, ipse igitur dixit, hoc est corpus meum ergo ipse etiam hoc perfecit, cuius dicere facere est, nisi de eius (ut soles hæretice) diuinitate uacilles. Si dixit & fecit, nullus sane catholicorum ambiget? Soli capharnaitæ & quæq; eorũ sunt hæreticæ progenies perfidus infidelisq; iudæus Oecolampadius suique dubitare assolent. Hæc igitur sunt uerba quæ .4. deponunt testes pleni spiritu sancto, testes inquam de uisu, aut quorum aliqui ex ore dei & spiritu sancto eius rem gestam didicerũt, uiderunt, crediderunt, et cõfeßi sunt. Sed quid ego .4. testes refero cum .12. testes & ipsi probatißimi hæc dominica uerba fideliter ab ore eius exceperũt,

Testes de uisu — 7. ratio

Vndecim quidem in monte Sion conuiuæ domini saluatoris (ut taceam Iudam laqueo suspendẽtẽ se) Sed. 12. est Paulus uas electionis qui hæc audiuit a domino in .3. cœlo uel paradiso, & hi quidem auribus uerba exceperunt, corde crediderunt, & rem sacratißimam adorantes deuotißimiq;

8. ratio

ore & spiritu gustauerunt, ecce igitur expletionẽ promißionis notißimam suo ordine temporeq; perfectã, ipse quippe deus, inquit, & non fingit, facit & non figurat, hoc est corpus meum dicit, hic est sanguis meus, comedite & bibite ex hoc omnes. Hæc est præparatio & dispositio regni in quo super mensam eius edunt & bibunt conuiuæ christi omnes catholici.

CAPVT 2.

Hæreticorum inuentio

Dum autem repetimus euangelicos testes. Ecce Oecolãpadius Andreas Zuinglius urbanus & bullingerius manipulo uno omnes euangelistas repudiant. Inquiũt enim hoc est corpus meum. i. hoc significant corpus meum, similiter hic est sanguis meus. i. hic significat meum sanguinem, quippe, ut prædicunt non uerum corpus sanguinemq; existentia præsentialiter, panis uinumq; designant, sed tantum quod olim

olim passum est corpus sanguinemq; tunc effusum, non hic præsentia, illa designant. Sunt ergo figura signumq; re ab rasa significata, atq; tantum absentum nomina rerum ac figuræ. Asserunt quoq; pleraq; similiter in sacris sunt intelligenda eloquijs, ut quomodo sit agnus leo petra lux uitis serpens id genus multa. Et quanquam stultum sit uelle contra quemcunq; proferentem inrationabilia sensuiq; contraria, esse sollicitum, tamen oportet specialiter contra istos instare, tanquam contra negantes unũ de primis fidei nostræ principijs, quorum licet non sit a priori semper nota causa, possunt tamen confirmari multiplici ueritate, uel ostensiue, aut ducendo ad impoßibile, præcedenti deniq; uia extorrem hanc a diuinis eloquijs ostendimus interpretationẽ. Nunc uero concludimus fuisse olim inuentionẽ Ioannis philosophi Berẽgarij cæterorumq; huius insaniæ hæreticorũ, quam totiens generalia concilia, Petri inuictißima authoritas, atq; patrum sonorus clãgor refellit, Nũc igitur ut promisimus iterum eandem cõfutamus, Et primo, euangelistæ dicunt hoc est corpus meum & hic est sanguis meus. Aut ergo intelligunt propositiones de esse, aut de significare. Si secundum ergo de esse omnes illæ sunt falsæ. falsum igitur de esse asserunt omnes euangelistæ & Paulus, immo ipse dominus Iesus falsum de esse dixit, secundum uestram hanc mirabilem interpretationem, si uero etiam affirmetis secundum, adhuc tota ecclesia ex tunc sic intelligens illas de esse, errauit. At totam impoßibiliter contingit errare, ut de ductum est uia & lib.1.cap.18.19.20. Ergo de esse penitus sunt ueritates illæ intelligendæ. Intelligimus autẽ ueram affirmatiuam de esse in recto, cuius prædicatum unitur per, esse, subiecto primaria (siue personali quam uocant)

Cõfutatio

9. ratio Hypotetica

Quid uera propositio de eẽ

Ratio logica. 19

acceptione. Tunc logica facultas statim uestram manifestat ignorantiam. Omnis enunciatio affirmatiua uera cuius extrema accipiuntur pro significato primario, impoßibile est quod sit uera de dici siue significare uel ut dicunt materialiter. Hæc autem huiusmodi est, nam corpus pro uero capitur corpore, et nõ pro significante uoce, quia dicit quod pro uobis tradetur, corpus autem reale & nõ uox quidem

Ratio logica.11 uel terminus pro nobis pependit incruce. Neq; potest sine fallatia (quã uocãt figuræ dictionis) a propositione de esse ad unam de significare fieri interpretatio sine causa, Adhuc sacramentum, materia, & forma oportet esse completum,

ratio theologica.12 at materiam habemus panem uinũq; ante benedictionem, formam uero secundum hanc uestram subtilem expositionem. Nunquam autem dicet sanæ mentis quispiam, hoc

Irrisio est hæreticorum significat corpus meum, formam esse sacramentalem, nec quoq; istud iam uos quod sciam, opinamini, neque etiam in similibus sacramentis nos formam cõsimilem arbitrari possumus, sed neque fas est hunc modum de forma, theologum censere, Oĩs forma.n. cõpletiuũ est cuiusuis sacramenti, neque etiam arbitramur in nomine patris & filij & spiritus sancti, formam baptismi esse intelligendum de dici aut signi

Grammatica rõ.13 1. de dici ficare, quid etiam prohibet secundum hanc uestram expositionem, grammaticulam formam altißimo sacramento tribuere, grammaticæ quidem artis est, de significare & dici terminorum considerare, quæ cum derisoriam uestram abigant intelligentiam, proculdubio inanis & uacua ueritate

Ratio ex Augu.14 repellitur, Vtimur autem magni Augustini argumento cõtra uestram hanc anilem fabellam. Hoc uero inquit tempore, postea quam resurrectione domini nostri, manifestißimum inditium nostræ libertatis illuxit, neç eorum quidem

signorum quæ iam intelligimus operatione graui onerati sumus, sed quædam pauca pro multis, eademq; factu facilima, & intellectu augustißima, et obseruatione castißima, ipse dominus & apostolica tradidit disciplina, sicuti est baptismi sacramentum, celebratio corporis & sanguinis dei, quæ unusquisque cũ percipit, quo referantur imbutus agnoscit, ut ea non seruitute carnali, sed spirituali potius libertate ueneretur, ut autem literam sequi & signa pro rebus quæ his significantur accipere, seruilis est infirmitatis, ita inutiliter signa interpretari, male uagantis erroris est, qui autem non intelligit quid significet signum, & tamen signum esse intelligit, nec ipse premitur seruitute. Melius autem uel premi incognitis, sed utilibus signis, quam inutiliter interpretando ea, a iugo seruitutis eductam ceruicem laqueis, erroris inserere, hæc Augu. 3. de doctrina christiana cap. 9. igitur qui uos signa interpretamini ĩutiliter hæc, male uagantes errores uestra hac inutili expositione fouetis, sed uos etiam seruiles arguit Augustinus esse. i. iudaizantes qui signa pro rebus. i. uacua rebus accipitis sicut ipsi tunc quidem tantum signis utebantur, expectando rem sane futuram, nõ uero præsentem. s. christum omnibus illorum figuris signisque præfiguratum. Oportebat igitur iuxta sancti huius patris consilium, uos uel non intelligentes hoc sacramentum, & tamen fatentes esse signum, hac ignorantia utiliter premi. quam id quidẽ inutiliter interpretantes, laqueis erroris uinciri cum magno scandalo omnium catholicorũ. Forma rationis

Amplius dominus præscięti∫simus uestræ calumniæ dũ Sanguinem conficit, inquit, Hic est enim sanguis meus noui testamenti. Cuius quoq; (ut ecclesia utitur catholica) in corporis confectione simile credimus illum dixisse, hoc Ratio alia 15 Matth. 26

est enim corpus meum. Hoc autem proculdubio fecit, certi
tudinem rei præsentis indubiamq; designans illamq; demõ
Id est enim strans . Quoniam dum hoc altissimum pollicetur myste=
addidit rium, Amen amen ingeminabat, atq; bis uere utitur dum
inquit, caro mea uere est cibus sanguis meus uere est
potus. Sicut ergo impossibile est interpretari sanguis
Optima meus uere significat potum, & caro mea uere signi=
ratio. 16 ficat cibum, ita quoq; cum hic dicit, hoc est enim corpus
meum, impossibile est interpretari, hoc enim significat cor
pus meum. Hoc significat enim sanguinem meũ, nam quod
hic dicit & agit dominus in cœna, adimpletio eorũ est om
nium quæ asseruit atq; promisit cum capharnaitis disputãs
alia rõ. 17 Ioan. 6. Deinde dicite nobis, ecce unus ex euangelistis ait.
Lucas. 22 Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro
uobis fundetur, similiter & Paulus, tunc quam quæso dabi
tis interpretationem. oportet enim uos a cõsequentia inter
pretari, hic calix calicem significat sanguinis mei, ergo cũ
noster nũc calix, illũ sanguinis calicẽ significet tunc. s. in cœ
na porrectum discipulis, profecto tunc ille calix sanguine
suo plenus discipulis porrigebatur potandus, itaq; tunc ue=
rum sanguinẽ christi illi biberunt, quod uos abnegatis, aut
forsan exponetis hic calix significat sanguinem meum, quẽ
intellectum etiam parentes hæretici uestri nequaquam su=
spicati sunt, nullaq; mens capere potest, non enim etiã apud
insolentiam uestram, calix sed uinum, ipsum figurat uel de
signat sanguinem, tum quoq; sacramentum esse oporteret
Hæretico= calicem ipsum. CAPVT. 3.
rum uana Si uero contendentes dicatis ut soletis asserere, ecclesia
Responsio hoc consecrandi utitur modo, hic est enim calix sanguinis
Repulsa mei &c. Illumq; ipsa habet intellectum. Ecquid uobis per-

ditißimi hæretici cum catholica ecclesia quam ubiq; perde
re cogitatis? cui ultro resistitis, uim infertis, irrogatis iniu-
rias? quæ tenebrarum uestrarum ad ecclesiæ lucem est con-
uetio? qua frõte ab illa testimonium accipere audetis, aqua
quod optimum eius est (hoc uidelicet sacramentum) nitimi
ni deprædari? Verũtamen si testem suscipitis catholicam ec Optimus
clesiam, cur ipsam non eligitis et sequimini magistrã? Est nẽ ratio. 18
pe ipsa christi sponsa ecclesia ueritatis huius & conciona-
trix, itaq; est magistra omnium qui christi ueritatem hanc
et consimiles lubenter amplectuntur. Vos uero cum illa nõ
ambulantes illius quoq; non existentes discipuli neq; mem-
bra, profecto nullo iure eius subire ualetis testimonium, sed
esto illius sumpto testimonium, oportet ergo ipsius quoq; su
scipiatis intelligentiam, palam autem est ipsam cõfiteri san
guinis ueritatem in calice mẽsæ domini, sicut carnis christi
præsentiam realẽ ueramq; in hostia panis. Amplius ex scri-
pturæ circunstantijs Ioannes minorita prædixit (post Au- Scotus ubi
gustinum & Hylariũ) clare perspicitur si figurata est eius supra ra-
locutio, aut quidem propria. Omnes autem circunstantiæ tio fortißi
tam præuies cum sequentes, atq; etiã loquẽdi clarißima for ma. 19
ma manifestant, uerum corpus sanguinemq; tradidisse suis
Christum in cœna. Igitur &c. Præuie quidem sunt quæ in
Ioan. 6. Relatæ sũt quæ quidem de uera carne christiq; san
guine & non in figura percipi queant, desiderium quoq; et
maxima in fine dilectio ergo suos, præuiæ sunt ueritates id
ipsum ostẽdẽtes, ut iam priori enucleauimus uia, uerba præ
sentia cathegorica & de inesse idem manifestant, quæ uero
sequuntur. s. quod pro uobis tradetur & qui pro uobis ef-
fundetur, planẽ insinuant uerum corpus sanguinemq; non
sane figuratum illis cibum potumq; præstitisse. Quare hæc

ueritas carnis Christi sanguinisq; in hoc sacramento, expli catim circũdata tot ueris et non figuratis locutionibus, pro
Maxima probatio *fecto certissima ĩdubia fidelissima a ueraci profertur diuina scriptura, immo a Christo sine tropo & figura.* Et magis,
20 *si sic ut fingitis ualet expositio.* Igitur in hoc cõuiuio Christi nouissimo, non cessarunt legalia, uel neq; completa fuere quotquot mystica licet carnalia illa sacrificia phase uidelicet cæteraque, hoc unicum sacrificium præfigurabant.* Qui nimmo de figura in figuram dominus ea continuauit, nempe per uos de agno in triticeũ panem.* Nanque ut fortis ma net panis, non adest hoc sacramento domini corpus sed tan tum per panem illud figuratur,* At ita quoque antiquo seruabatur ritu, erat quippe agnus nõ aderat domini corpus, sed illud agnus figurabat, edendum quidem charitate arden te, sicut assus flamma agnus insumebatur,* Immo nec quidẽ permutatio facta est.* Nã azimus tunc panis aderat, qui etiã nunc (uestra agente fictione) permanet in substantia toto hoc sacramento abiecto domini corpore, panes etiam propositionis illo hebræorum ritu sine præsente Christo tota seruabantur hedomanda, et ita per uos, is quoque sine christo nunc panis permanet in altari.* Hæc sunt iudaica uestra sacramenta? Sic piam colitis o hæretici christianam ueritatem? Siccine deum nostrum christum aduenisse cõmendatis? quem hebraico ritu colentes prorsus a nobis fugare contenditis?*

CAPVT 4.

Cessasse autem uel etiam per hoc sacramentũ sacrificia illa (si patribus creditis Cypriano, Chrysostomo, Augusti no, Ambrosio, Cyrillo) *post* Paulum ad hebræos: 8. 9. & 10.) Manifestissimum est in ecclesia christi. Nẽpe Cypria
Cyprianus *ni in sermone de cœna domini,* Amplius a nobis relatus est

sermo huius.4.uiæ principio. Augustini quoque sentētiā, Augusti.
uia prima cap.14. Si memores estis, deduximus clarißimā
ex psal.39. Nunc uero aliam eiusdem sanctißimi patris as-
serimus contestationem.17. enim lib. de ciuitate dei cap.20.
inquit. Quid credibilius dicere intelligitur, quam quod ad
participationem mensæ huius pertinet, quam & sacerdos
ipse mediator testamēti noui exhibet, secūdum ordinē Mel
chisedech de corpore & sanguine suo? Id enim sacrificium
succeßit omnibus illis sacrificijs ueteris testamēti, quæ īmo In hoc sa-
labantur in umbra futuri, propter quod etiam uocem illam cramento
in psal.39. eiusdem mediatoris per prophetiam loquentis cuncta ces
agnoscimus. Sacrificium & oblationem noluisti, corpus au sarūt sacri
tem perfecisti mihi, quia pro illis omnis sacrificijs & obla ficia anti-
tionibus, corpus eius offertur & participantibus ministra qua
tur. hæc ille, cuius quoq; simillimam deduxit affirmationē
de ciuitate dei. 10. lib. ca.20. infra, etiā uia de sacrificio quæ
est.13. sanctos alios plures patres pro hac ueritate produce
mus. Cessarunt ergo legalia sacrificia dum hoc incruentum Conclusio
sacrificium a Christo sancitur, aut cessare incipiunt, quæ tā
dem dum cruentam se offert deo patri in ara crucis uicti-
mam, penitus inutilia uanaque desierunt. Et si in figura hæc Alia rō. 21
Christi uerba intelligenda sunt, hoc est corpus meum, hic fortißima
est enim sanguis meus. Omnia igitur sequentia uerba in fi-
gura sunt quoque accipienda quæ dictis cōnexa sunt, atque
colligata consequentia sunt illis admista, quare in figura &
non uere Christi corpus cruci affixum esse, sanguinēq; eflu
xisse uos opinari oportet. Sunt enim hæc dictis colligata,
quo igitur uoluntaria uestra disiungitis actione eadē? Quæ
simul eodem pro lata sunt spiritu a Christo eademq; uerita
te, & tunc manichæorum, Cherintiana quoque & simili ū

Errore manicheo rum — *innouatur hæresis, Christum non uere, sed apparenter pro fitentium passum in ligno crucis, at hæc protinus nos prima uia uos suspicantes fuisse, recte augurati sumus.* Adhuc *uestra hæc hæreticissima inuentio, quid aliud quidem portentat, nisi domini nostri* Iesu Christi *inficiare potentiam? qui cum arduissimam pollicitaretur rē efficere, humanisq; mentibus sola magnaq; fide capabilem, dum per uos non pficit, simulat igitur, & pro re figuram ostendit, aut ut diximus supra uia.3. in potentiam excusat mysterio, hæc quidē o perfidi, non sunt fidelium humilia suspiria,* Sed *neq; bonorum uirorum fida consilia,* Sunt *uero mendacium simulata cōmenta uestra a uia simpliciq; Christi fide penitus exorbitantia.*

Alia rō.22

Alia rō.23 ducens ad impossibile

CAPVT 5.

Si uero sic liceat (sine ulla apparenti adminus causa) diuinam pertractare scripturam. Iam Arrius *facile suā tuetur insaniam?* Nempe *quæ aduersus eam scripturæ loca feruntur, qualis est ille deus erat uerbū, exponet continuo. i. deum significat uerbum creatorem suum.* Macedonio *quoque par erit ualentia, nam si dicatur ei spiritus est deus, statim afferet. i. spiritus deum significat figuratq;.* Quid *nestorio, illa, uerbū caro factum est aut* Euthiceti *obest ueritas? nempe respondebunt caro uerbum significat, aut uerbū carnem ad sese sicut signatum signum atrahit conuertitq;* Macharius *itidem offeret tristis est anima mea. i. tristitiam significat anima mea.* Et *his sexcēta similia scōmata adducēt hæretici edocti semel ab hac uestra mirabili interpretatione.* Sed *quoniam nunquam nisi hereticis fuit consuetum, sic diuinam peruertere scripturam, nec (furenti ut dicunt aiaci) gladiū porrigere licet, uestra hæc opprimitur omnino uana interpretatio.* Neq; *enim solidum quidpiam firmūq;*

Irrisio est alia rō.24

Alia rō.25

permaneret in diuinis eloquijs, si cuilibet eam, ut deligit spiritu suo, expandere liceret. Sed quidē is erit uerißimus eius quem perpetuum ecclesia catholica sensum spiritu suggerēte sancto offert, proponit & prædicat, atq; hæreticus quisquam ex eo esse dignoscitur unde aliter quam spiritus sanctus flagitat, scripturam interpretatur si Hieronymo credimus. 24. q. 3. hæresis. Et pseudoprophetæ apud eundem ij esse censeantur. 37. distin. uino, super Esaiam, qui perperā scripturam sanctam interpretantur.

Ratio bona. 26 Supra Galatas lib. 3

Sed inquiunt, Sæpe grammatica, est pro significare exponit, atq; similia quædā in scriputris aduertimus pari intelligentia capi, papæ? quam magna argumentandi peritia? Sed o profundißimos theologos Lutheranos, o magnos nouellosq; euangelistas? siccine profunda mysteriorum maria, grammaticula futiliq; rate sulcare licet? aut uana sophisticaq; arguendi decipula, theosophiæ alta mysteria probatis expendere? grauitatemq; sententiarum sapientißimi spiritus diuini, lenta uel gracili auena modulari? Non hæc inania infirmaq; elementa requirit almus spiritus pro sua nobis credita itelligenda scripturā, altiores exigit harmos fortioresq; atq; cœlestes sibi seligit artus, quibus cœleste illud opificium extēdatur, diuinus eius est architector, a deo igitur est necesse intelligentiæ illius mutuare spiritum, quem perpetuum statuit esse in sancta ecclesia sua. Errat igitur qui extra eam, sciendi scripturam spiritum inquirit, decipitur quoq; quisquis a parente hac, intelligentiæ dulcem uerūq; gustum, uiuidosq; rore ueritatis inspersos haustus nō ībuit. At qui cōuersionem ad hæc elemēta infirma egenaq; (grammaticam uidelicet & sophisticam) Paulus sapide reprobat ad Galatas. 4. Et dū inquit cum essem paruulus lo-

Euasio hæreticorum puerilis

Irrisio est hæreticorum

Cōfutatio

Laus scripturæ sacræ

Adeo expositio eius expetēda et ab ecclesia alia rō. 27

Paulus

quebar, ut paruulus. Aut unde hic uobis irrepsit sophisticus argutandi locus? Alibi sic scriptura intelligitur tropo. s. figura, ergo hic quoq; in re tam seria; admirabili; uere

Quādo figurata est promissa realiterq;, intelligenda est. Ignoratis stolidißimi

scripturæ tropum subaudiēdum esse in scriptura a loco, a causa, ex tē

locutio pore, persona, proprietateq;, uel tandem ubi litera uere sal

Validißima uari nequit, nisi figura exponat eam quæ a circunstantijs,

ut prætactum est facile comparatur; Si uero uestra sa=

alia rō. 28 pit interpretatio, omnia quæcunque, de hoc corpore & sanguine prædicauit Christus in Ioan. 6. A consimili consequentia expandere oportet. Nempe ut sæpe diximus cœne huius celebratio pollicitationis illius explet desiderium opusq; perficit. Vos ergo intelligitis ego sum panis uitæ. i. significo panem uitæ, hic est panis de cœlo descendens. i. significat panem de cœlo descendentem, ego sum panis qui de cœlo descendi. i. ego significo panem uiuū de cœlo &c. Nisi manducaueritis carnem filij hominis. i. nisi significaueritis carnem filij hominis, qui mādu cat meam carnē etc. Id est q significat meā carnē etc. caro mea uere est cibus. i. caro mea significat cibum & sicut misit me pater. i. pater significauit me, & his strophis similia multa, chimerica ue

Confirmatio. 29 stra hæc machinatio pariet in ecclesia Christi. Qui si ad literam has in Ioan. 6. ueritates accipitis, ut debetis, Mirum nempe uidetur & monstruosum cunctis, uerba cænæ domini illas explentia ueritates, in figura & tropo interpre=

alia rō. 30 tari uelle. Vtrobiq; enim eadem poßibilitatis est causa. s. diuina Christi omnipotētia, utrobiq; igitur eadē est causa ueritatis scilicet Christus qui est ueritas prima.

Optima ratio. 31 Tandem quæro a uobis & in super quæro, Vnde uobis obrepsit hæc expositio? Nō quidem a Christo qui de inesse

loquitur, non ab ecclesia tota quae cathegoricum uerumq; sensum de esse praedicat ubiq;. Non a patribus sanctis qui uno ore uerum Christi Corpus obseruant intelligunt confitentur in hoc sacramento. Ergo ab haereticis patriarchis uestris, ut uia prima praediximus .s. Ioanne philosopho Berengario uuicleffo alijsq;. Deniq; hunc sensum explicauit catholica ecclesia primo concilio apostolico, Niceno primo, ephesino primo, lateranensi, uienensi, constantiensi, florentinoq;, per omne ergo aeuum eius & seculum sibi constans & uniformis sic percensuit ecclesia ut dictum est. Via. 2. capitu. 7. 8. 9. 11.

Fundamentalis demõstratio. 32

Ratio

CAPVT 6.

Consensu patrum unisono, uestra cõculcatur impia, prophana, et distorta uerborum Christi interpretatio equibus luce clarius liquet quis fuerit semper in ecclesia sancta ipsissimus sensus uerissimusq; Christi uerborum, primus itaq; Sãctus Hylarius rogatus dicat sentẽtiam, ipse enim ait. Caro mea uere est esca, & sanguis meus uere est potus, qui edit carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo, De ueritate carnis & sanguinis non relictus est ambigendi locus, nunc enim & ipsius domini professione, & fide nostra, uere caro est & uere sanguis est, & haec accepta atque hausta efficiunt, ut nos in Christo & Christus in nobis sit, ergo est ipse in nobis carnem. haec ille. 8. de trinitate. Eusebius emisenus doctissimus pariter & uetustissimus pater in medium prodeat. Recedat inquit ergo omne infidelitatis ambiguum, quoniam quidem qui author est muneris, ipse est etiam testis ueritatis. Haec ille astruit quibus cõtinuo subdit. Nam inuisibilis sacerdos, uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, uerbo, secre

33. ratio ex authoritate & consensu patrum

Eusebius emisenus de conse. 2. quia corpus

ta potestate conuertit ita dicens. Accipite & comedite hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita, Accipite & bibite ait. Hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutum praecipientis domini, repente ex nihilo substiterunt excelsa coelorum, profunda fluctuū, uasta terrarum. Ita pari potestate, in spiritualibus sacramentis, ubi praecipit uirtus seruit effectus. Haec in sermone exponēte uerba dominicae coenae Eusebius Faustißime dilucidauit. Huic statim, sacer Ambrosius subscribens ait. Ergo uidete, quantis generibus potens est sermo Christi, uniuersa conuertens. Deinde ipse dominus Iesus testificatur nobis, quod corpus suum accipiamus & sanguinem, nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? Haec illi libro de sacramentis. Chrysostomus Aureus Totus, exurgat. 4. loco. Credimus itaq; ubiq; deo, nec repugnamus ei, etiam si sensui & cogitationi nostrae absurdum esse uideatur quod dicit, Superet & sensum & rationem nostram (ipsius fides & manifesta ueritas) quod in omnibus & praecipue in mysterijs faciamus, nō illa quae ante nos iacent solūmodo aspicientes, Sed uerba quoq; eius tenentes. Nam uerbis eius defraudari non possumus, sensus uero noster deceptu facillimus est, illa falsa esse non possunt, hic sepius atq; sepius fallitur. Quoniam ergo ille dixit hoc est corpus meum, nulla teneamur ambiguitate, sed credamus & oculis intellectus id perspiciamus. Haec ille super. 26. Matthaei homilia. 83. Iterum Aureus isdem ait Chrysostomus super Ioan. 6. Caro mea uere est cibus. Hoc autem dicit ut credant ijs quae dicta sunt, ut non existiment aenigma et parabolam esse, sed sciant, quoniam oīno oportet mādūcare corpus Christi domini. Quid his testibus sanctis. Frontones haeretici obijcere queunt? Theophilus &

Ambrosius de consec. distin. 2 panis est

Chrysostomus

Theophilus

ipse præclarißimus in Marci. 14. Sumite inquit hoc est cor pus meum, hoc .s. quod nunc do, & quod nunc sumitis. Non autem panis figura tantũ corporis Christi est, sed in proprium Christi corpus transmutatum, nam dominus ait, panis quem ego dabo caro mea est &c. Istis fere syncro non Gregorius Nicenus, inquit, Panis enim ante consecra tionem, cõmunis panis est. Sed ubi consecratur mysterio, fit & dicitur corpus Christi. Cyrillus nec dubites an hoc ue rum sit, eo manifeste dicente. Hoc est corpus meũ: Sed po tius suscipe uerba saluatoris in fide. Cũ enim sit ueritas non mentitur, Isdem Cyrillus. Ego sum panis uitæ &c. Quan quam consueuerat Christus ænigmaticæ quodammodo, nec nimis aperte tradere mysteria. Hic tamen & propter impe ritiam audientium simul, & propter neceßitatẽ eius quod docebat, Omni orationis figura semota, dilucide breui terq; uniuersam mysterij uim incipit explicare, Multis .n. uerbis ultro citroq; habitis, quibus oblique, subindicabat ineffabile hoc mysterium, præter quam illos nihil eius intel ligere uidebat. Apertißimis tandem uerbis ego inquit sum panis uiuus panis ille uitæ, non corporeæ tantum fami, ut uetus illud manna remedium afferens. Sed qui simul totum hominem ad uitam æternam reformo & morte superiorẽ facio. Hæc ille super Ioan. 6. Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa. Hæc inquam hostia pura corpus & sanguis do minus nostri est. Non est figura, panis & uinum corpo ris & sanguinis nostri Iesu Christi, absit, sed est corpus do mini deificatum, ipso dicente hoc est corpus meum, non fi gura corporis, sed corpus. Non figura sanguinis sed san guis. Hæc Damascenus doctißimus.

Gregorius Nicenus

Cyrillus

Ecce clare loquitur qui non in figura

Damascenus, ca. 14

Sed non debent hæretici sine Augustinus Malleo conte

Augustin. *ri. Ipse igitur præclarissimus Augustinus doctor audiatur. Vtrum sub figura an sub ueritate, hoc mysticum calicis sacramentum fiat? ueritas ait: Caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Alioquin quomodo magnū erit, panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita, nisi uera sit caro? Sed quia Christum fas uorare dentibus non est, uoluit dominum hunc panem & uinum in mysterio, uere carnem suam & sanguinem suum cōsecratione spiritus sancti potentialiter creari & quotidie pro mundi uita mystice ĩmolari, ut sicut de beata uirgine per spiritum sanctum, sine uirili semine uera caro creatur, ita per eundem ex substantia panis & uini mystice idem corpus Christi consecratur. Corpus Christi & ueritas & figura est, ueritas est corpus Christi & sanguis, uirtute spiritus sancti, in uirtute ipsius ex panis & uini substantia efficitur, figura uero est id quod exterius sentitur &c. Hæc Augustinus in sermone de sacramento altaris. Idem Augustinus libro primo de peccatorum meritis & remissione, dominum audiamus non quidem de hoc sacramento lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ. Nisi mãducaueritis carnem meam, et biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis. Quid querimus? quid ad hoc respondere poterunt, nisi pertinacia pugnãtes neruos aduersus cōstantiam perspicuæ ueritatis intendãt? Hæc ibi. Testes ij igitur nouem ex omni orbe maximi in unum congregati ex Oriente uidelicet & occidente, nunc & semper, hic et ubiq;, uanissimam insaneq; uestram hæreticam confutant pellunt confunduntq; interpretationem, nempe hi clarissima uoce testantur, non in figura quadam uel tropo, sed uere realiter præsens adesse corpus & sanguinem domini in sacramento altaris, sicut in*

Nota rationem

Nota dictum per q̃d soluuntur multa.

Conclusio ex dictis

cœna domini, sacerdos magnus ex pane uinoq; uirtute magna, consecrando præsens suum corpus sanguinemq; conficiens, suis cibum uerũ potumq; realem illa exhibuit, Cõfirmãtes dicimus, Itẽ hæc est necessaria, hoc est corpus meũ, nẽpe subiectum cuius accipitur pro re prædicati illãq; demonstrat, uelut ista, hic est fortes, siue hoc est cœlũ, & hic est filius meus. Si autem sic, impoßibile namq; est ut ea intelligatur de dici uel significare. Tandem uestra hæc insipida, inurbana, inuidaq; potentiæ atq; ueritatis Christi interpretatio & aduersa, Omnes figuras prophetiasq;, hoc pretiosum præsignates sacramentum reprobat quas de falsitate redarguit, Tum uero spiritum sanctum accusat de crimine falsi. Nempe sancti dei prophetæ non uoluntate humana, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt, Malachiæ præcipue uaticinium, immo ipsius dei uox in Malachiæ primo penitus uana & inanis redderetur de qua uia & lib. 1. cap. 10. mentio facta est, simul & plures alias uia. 11. tesserendas prophetias, uestra in dubium uel in nihilũ reuocat expositio, Heccine uestra theologia & sapida quidem fides est Lutherani? hæccine sunt illa euangelica lumina, quæ uobis (non quidem de superis, sed ab inferis) tanto perfertis strepitu pompaq; uerborum? uos nouos euangelistas appellantes & noua lux mundi? s. prophetias adeo inspiratas irritas facere, ueritates euangelicas falsificare, chaos inducere, inuolucrumq; errorum in fide Christi? cessate tandem definite stultescere, redite ad cor miseri, quoniã magno Augustino teste, peior utiq; est desertor fidei, & ex desertore oppugnator eius effectus, quam ille qui nõ deseruit quam nunquam tenuit. 21. de ciuitate dei. At uos memores fuisse debetis eius quod dixit dominus, donec transeat cœlum et

alia rõ. 34

Fortißima ratio. 35

2. Petr. c. 1

Exclamatio in Lutheranos

Augustini maxĩa cõtra hæreticos

alia rõ. 36 *terram. Iota unum apex non præteribit a lege donec om=*
Matthæi. 5 *nia fiant, nisi forsan aliud expectatis sacrificium cũ caphar*
naitis Iudæis protoparentibus uestris.

CAPVT 7.

Alia rõ ef ficacißima 37 Dominus autem dicit in Luca & apud Paulum. Hoc fa *cite in meam cõmemorationem, atq; iterũ: Hoc facite quo- tiescunque bibetis, in meam cõmemorationem, quibus uer- bis aliquid faciundum suis præcipit sane admirabile diui- nũq;, ei quod ipse fecit omnino simile, At quid, quæso uos, facere magnum illis imperauit dominus, & apostolis siue sacerdotibus peculiare proprium dicite quæso nobis et de- monstrate. Si enim panem uinumq; offerre tantum in altari dominicæ paßionis signa, uacua tamen præsentißima re, si- gnificata, hoc quidem facere neq; magnum est, non est ad- mirabile, neq; etiam solis sacerdotibus propriũ, laici enim has deo primitias offerre solent quotidie ad ecclesiã, eamq; super altare deponũt, sicut in lege ueteri, hoc quoq; illis uni uersaliter præceptum fuit.* Et canone *apostolorum.* 4. *illis quoq; renouatur preceptum, atq; a* Fabiano *papa et mar- tyre, et hodie pluribus seruatur locis inter christianos, quo etiam modo dicetis in omni conuiuio hoc seruasse sacerdo- tium obtulisseq; sacrificium panis & uini dominum salua- torem. Cum in omni conuiuio benedixerit atq; fregerit pa- nem uinumq;, gratias agens, sed equidem, non hoc simplex tenueq; est Christi sacerdotium, uel sacrificium illud incruẽ tum a prophetis præuisum in tota cognitum et frequenta- tum ecclesia, maius ergo quidpiam hoc eos docuit & iußit facere.* Nempe *uos grãmaticulas trutinationes inanesq; fa bellas cõminiscimi solum, intelligentes facere. i. significan- do hoc uel illud, panem uinumq; mea in mensa pertractabi tis.* At

tis. At ut prædiximus non hæc infima uel egena elementa requirit dominus, in sacrificiorũ periodo atq; consummatione omnium sacramentorum, quale est eucharistia sacra, altiorem ergo sapientiam quàm nuda ueritate grammaticã in tanto conuocat mysterio. Theologiam inquam omnium scientiam reginam selegit, sui sacratissimi arcaniq; consilij exploratricem, illam ergo scitissime. Alta perscrutantẽ dei consilia audiamus. Ea enim est a deo sapientia solo inuenta quã puero suo Iacob tradidit prius, post hæc in terris uisus est et cũ hominibus conuersatus est, atq; sanctam suam catholicam ecclesiam docuit illam. q. 2. repleta est terra scientia domini sicut aqua maris operientis, quia dicit dominus, dabo uobis pastorem iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina, quippe omnes sunt in ea fideles catholici docibiles dei, quoniã deus q̃ dixit de tenebris lucẽ splẽdescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ sciẽtiæ claritatis dei in facie Christi Iesu, in quo habemus redẽptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum, secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & doctrina. Instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionẽ mysterij dei et patris Iesu Christi. A theologia igitur diuina quæ soli ecclesiæ fideliter est credita, factionẽ huius mysterij tãto fauore ministris imperatam audiamus. Ipsa itaque ait. Omnis factio nãque nouitatem affert, nouitas uero hic primo subaudienda noscitur in panis substantia & uini, quæ totæ transeunt in Christi corpus & sanguinem, solis accidentibus sensibilibus pro signo remanentibus, & hæc quidem nouitas potest in illis recipi, quoniam, uerũ est de eis quidem dici nunc non sunt in subiecto & immediate ante

[Margin: Laus theologiæ — Baruch. 3 — Esaiæ. 11 — Hiere. 3 — Ioan. 6 — 2. Corĩ. 4 — Ephe. 1 — Colos. 2 — Quid facere præcepit dominus in eucharistia — Factio nouitatem dicit]

hoc erant, prolatis uerbis consecratoris. Adhuc nouitas praesentialitatis in corpore Christi suscipi potest, nempe de eo, post uerba dicta, uerum quidem profertur, nunc his et hic adest caro Christi sanguisq;, quae anteà, illis neque hic erant praesentia. An uero sit propria uel cõmunis siue extẽsiua mutatio aliqua in corpore Christi ex hoc, quam multi sapide negant, alij affirmant saltim denominatiue, nõ hic est locus perscrutari. Sed uia de conuersione, iuxta paruitatem nostram enucleare conabimur. Ergo nos docet theologia facere hic quod dominus iubet, nouam hanc panis uiniq; conuersionem in Christi corpus sanguinemq́; sacrificãdo, uerbando, cõmemorando efficere, ministrialiter quidẽ, ut decet dei ministros sacrificosq; diuinos. Omnis quippe factio, aut est in substantia qualitate quantitate aut ubi, rursus quae est in substantia, altera est formae totius in formam manẽte materia ut generatio, altera quidem est formae prioris in nouam paratamq; materiam a generatio, qualis est nutritio, ergo media erit totius in totum ultimata cõuersio nulla substantia priori manente, sed substantiae aut prioris, aut nouae huius trãsubstãtiationis terminatio, qualis est quidem haec factio, quam ministerio sacerdotum suorum iussit dominus effici. Est autẽ substantialis quidem haec cõuersio quia substantia Christi corpus de nouo succedit panis substantiae uiniq; transubstantiationi, non autem proprie localis appellanda est, quoniam, sine motu locali Christi corporis, illi acquisita est, non enim ex hoc coelo esse desijt, aut si alibi esset, neq; etiã creatio dici potest quae a substantia panis praecedentis cõuersio facta est & nõ de nihilo. Sed neq; anihilatio appellari queat cui in diuinũ oĩno Christi corpus succedit cõuersio ergo cõuersio totalis substantialis cõ

Scotus dist. 10. q. 4

Forma rationis

Maxima

Corellarium

Corella.

Corella.

Corella

muni nomine digna est uocari eiusmodi factio. Hæc rebel- lis ecclesiæ sapientiæ hæreticorum mens capescere non ua- lens aut non credens. Ab altißimo dei mysterio sapientiæq; eius ineffabilis, in grammaticulas anilesq; fabellas cecidit confusa, egena, infirma, falsa, et infidelis. Hanc factionem, sapientes theologi post inclitos patres, Alexander. f. Tho- mas Bonauentura Ioannes minorita Franciscus Ricardus, & quique omnes doctißimi adeo illustres facti uno ore eo dem spiritu pariq; pietate & sapientia præditi modo præ- dicto diuinißime explicauerunt. His, totius ecclesiæ uoces deum deprecantes aspirant quibus quotidie orat deū. Quā oblationem tu deus in omnibus quæsumus benedictam, a scriptam, ratam rationabilem acceptabilemq; facere digne ris, ut nobis corpus & sanguis fiat dilectißimi filij tui. Et exauditam se fideliter noscens, adhuc clariora desiderās ite rum deprecatur per uera sacramenta hæc consequi. Perfi- ciant inquit, in nobis quæsumus domine sacramenta quod continent, ut quæ nunc specie gerimus, rerum clariori ueri tate capiamus. Et iterum, fac nos quæsumus domine, diui- nitatis tuæ sempiterna fruitione repleri, quam pretiosi cor poris & sanguinis tui temporalis perceptio præfigurat, quoniam Christi uelatam hoc sacramēto siue absconditam speciem hæc temporalis perceptio præfigurat, & arra est alterius, in qua facie ad faciem reuelato intuitu eum contem plabimur sicuti est.

Conclusio ex dictis

Ratio. 37

Orationes eccclesiæ

Notabilis expositio

Cōfutatio magna. 38

Vos iterum sacrosanctæ nicænæ synodi Oecumenicæ. 7. magna ut prædiximus uirtute magnoq; perturbamus impe tu. Ait enim aduersus pseudo syllegi Cōstantinopolitanam quandam actione. 6: Nullus aliquādo tubarum spiritus san cti, uel apostolorū, uel illustriū patrū nostrorum. Incruētū

Via prima contra hæ resim. 9

Synodus nicæna. 7

hoc sacrificiũ noſtrũ, qđ in cõmemorationẽ Chriſti dei no ſtri ac diſpneſationis eius efficitur, dixit imaginẽ corporis eius, neq; .n. acceperũt a dño ſic dicere & cõfiteri. Sed au= diunt, niſi manducaueritis carnẽ filij hoīs & biberitis eius ſanguinẽ nõ habebitis uitã in uobis. Et accepto pane bñdi= xit et fregit et dixit. Accipite et manducate ex hoc oẽs, hoc eſt corpus meũ. Et nõ dixit. Accipite & comedite imaginẽ

Ratio uali diſſima. 39

corporis mei. Eſt igitur authoritas & rõ ſimul ſacri huius nicæni cõcilij, uos mirabiliter uincẽs atq; cõculcãs, rõ qdẽ quoniam arguit dixit dñs accipite et manducate ex hoc oẽs hoc eſt corpus meũ, nõ dixit accipite imaginẽ corporis, at uos ſic quidẽ interpretamini hoc ſignificat corpus meũ, er go ualet accipite et comedite figurã et ſignũ corporis mei, uos igitur hæc rõ fortiſſime ſuperat, ſed authoritas huius cõcilij eſt maxima in eccleſia. 350. primũ diffiniẽtiũ uře iu= diciũ in Chriſti eccleſia, labor igitur ueſter eſt uaniſſimus.

CAPVT. 9

Obiectio hæretico= rum

Vociferãt hæretici ſimul oẽs huius cõſiderationis iniq;. Chriſtus ĩquit, caro nõ ꝓdeſt qcq̃ ſpũs eſt q uiuificat. Ergo in ſpiritu ſunt chriſti uerba accipiẽda, et caro eius nõ adeſt in hoc myſterio, qa inqt nihil ꝓdeſt, igitur ſi in ſpiritu erũt chriſti ob audiẽda uerba, ergo ĩ myſterio et figura ſignoq;, tũ. 3. euangeliſtarũ teſtimonia cũ Ioã. 6. ſermo Chriſti. Sũt intelligenda, ſubdit Oecolãpadius, atq; adeo ipſo Chriſto,

Solutia

neq; opus eſſe, carnẽ in ipſam ingredi animã, quod ne ima= gnaremur, ſatis cauerat dñs dicẽs caro nihil prodeſt, ut ue rum fatear, tam magna eſt ueſtra inſcipientia ut niſi letargi rio curari poſſit, Nam ſæpe ueſtram hanc falcem retundi= mus tum contra hæreſem primam lib. 1. cum etiam lib. 2. ca pi. 3. uiæ. Nunc uero non aduerſantes dictis. Sed confirmã do & ſuperaddendo, hanc præſcribimus ueritatem neceſſã

riam quidem ad refellendum hæreticorum erroneum sensum de uiuificatrice Christi carne. Caro christi quoniam iuncta est personaliter diuino uerbo uiuificatrix est anima rum & spiritus sicut & sanguis eius, licet caro nõ prodest quicquam, hæc diametraliter opposita stabilitur ueritas hæretice peruesitati horum fabulatorum, neq; mirum si eam sæpe repetimus ueritatem, quoniam uos quoq; dictam frequenter repetitis instantiam. Itaque cõfitemur adorabilem Christi carnem non solum proficuam esse, sed etiam bonorum omnium donorum adeo nobis collatorũ, fontalem originem. Etenim sanguis eius operosissimus est, præcium nẽpe quo redempti sumus, Scientes quod nõ corruptibilibus auro uel argento redempti estis deuana uestra conuersatione paterne traditiõis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, petrus inquit apostolus; sanctificati etiam sumus sanguine Christi, propter quod Iesus, ut sanctificaret per suum sanguinem, populũ, extra portam passus est. Nam eum proposuit propitiatorem perfidẽ in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ propter remißionem præcedentium delictorum, Romanos. 3. in quo habemus redemptionem per sanguinẽ eius, quippe qui aliquando eramus longe, in Christo Iesu facti sumus propè in sanguine Christi deo patri & cœlesti regno quia in ipso cõplacuit omnem plenitudinem in habitare, & per eum recõciliare omnia in ipsum, pacificãs per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt, quoniam sine sanguinis effusione, non fit remißio. Nempe ipse christus dilexit nos & lauit nos in sanguine suo a peccatis nostris, & redemit nos deo in sanguine suo Apocalypsis. 3. et uicimus serpẽtem antiquum propter sanguinem agni, sanguis enim

7. Vertas huius libelli

Excusatio repetitionis

Prima probatio

2. ratio

Prima Petri cap. 1

Virtus sanguinis Christi

Ad heb. 13

Roma. 3

Ephe. 1

Ephe. 2

Collos. 1

Hebræ. 9

Apoca. 1

Apoca. 12

1.Ioan.1 Iesu Christi emundat nos ab omni peccato prima Ioannis,
Acquisiuit namque sibi ecclesiam sanguine suo actuum.20.
inquit Paulus de christo,& nobis simul cum sanctis omni-
Apoca. 22 bus datum est lauare stolas nostras in sanguine agni. San-
Tertulli. guis autem domini Iesu,carnis eius sanguis est, atque ad ui
cõtra mar tam corporis eius omnino necessarius,est enim substantia-
cionem lis pars corporis uiuentis ad materiale eius attinens princi
Scotus pium,estq; animæ sedes, corpus enim hominis & animalis
perfecti equiuoce est corpus si caret sanguine.i. mortuum,
Caro Chri quanuis subtilis Ioan.4.distin.8.q.1.diuersum uideatur sen
sti uirtutis tire,sed re uera non aduersatur dictis,de carne autem domi
magnæ ni amplissima diuina scriptura loquitur mirabilem effica-
Alia ratio tiam uirtutemq;.Nempe Lucæ.8.inquit dominus, quis me
tetigit,tetigit me aliquis,nam & ego noui uirtutem de me
exisse,& Lucæ.6.omnes quærebant eum tangere quia uir
tus de illo exibat & sanabat oẽs.Ad tactum sane eius car-
Matthæ.8 nis cœcorum sanantur oculi.Tunc enim tetigit oculos eo-
rũ dicens secundũ fidẽ uestrã fiat uobis & aperti sunt oculi
eorum inquit Matth.9.Marc.8.Simile quoddam de altero
cœco renarrat.Et cum uenisset Iesus in domum Petri, uidit
socrum eius iacentem & febricitantem, & tetigit manum
eius,& dimisit eam febris,dum autem adducunt ei surdum
& mutum ad fines decapoleos, mittens digitos suos in au
riculam eius & expuens,tetigit linguã eius & ait,illi ephe
ta, & statim apertæ sunt aures eius,& solutum est uincu-
Marci.8 lum linguæ eius & loquebatur recte Marci.7.Aprehensa
que manu cœci adduxit eum extra uicum Bethsaida,& ex
Lucæ.5 puens in oculos eius impositis manibus suis &c. Et restitu
tus est ita ut uideret omnia.Extendensq; manum leprosum
tetigit dicens uolo mundare,& confestim lepra discessit ab

eo. Et acceßit et tetigit loculum quo filius uiduæ unicus ef=
ferebatur mortuus & ait adolescens tibi dico surge, & re= Lucæ.7
sedit qui erat mortuus & cœpit loqui. Cuius etiam mulier
in ciuitate peccatrix pedes tangens & lauans lachrymis
suis uocem audiuit, remittuntur tibi peccata tua, qui cum te
tigit malchi auriculam petro feriente amputatam, sanauit
eum. Atque manibus suis panem accipiens benedicit & frã Lucæ.7
git tradensq; discipulis inquit, accipite & manducate, hoc
est corpus meum statim in carnem suam conuersus est mira
biliter. Ex hijs igitur similibusq; multis, quorum frequen=
ter scriptura fatur ueritates, maxime liquet Christi carnẽ
uirtute floruisse efficacißima, quæ cœcorum aperit oculos Summa
curat leprosos, ægrotos sanat, uiuificat mortuos. Tãdemq;
in cœna panem uinumque conuertit in propriũ corpus san
guinemq; domini christi, denique cruci exposita claudit in
feros, captiuos eripit, largitur paradisum, redemptis crimi Beneficia
na lauat, pacem componit inter deum hominemq;, ima sum christi pau
mis adunat, ecclesiam fabricat suo rubricatã sanguine, mor lus maxi=
tem interimit, uitamq; perennem mortalibus administrat, me narrat
his omnibus prophetæ testimonium perhibent, Sed Pau=
lus beneficiorum christi optimus concionator, frequentißi=
mam facit carnis & sanguinis christi summam potentißi=
mamq; potestatem. Cum enim inquit esset filius dei, didicit
ex his quæ passus est (in carne. s.) obedientiam, & confir=
matus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æter
næ, ad hebræos. 5. Qui per proprium saguinem, introiuit Hebræ.9
semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim san=
guis hircorum & taurorum, et cinis uitulæ aspersus, inqui
natos sanctificat ad emendationem carnis. Quanto magis
sanguis christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtu

lit immaculatum deo, emundabit conſcientiam noſtram, ab
Hebræ. 10 operibus mortuis? Habentes itaq; fratres fiduciam in ſan-
guine Chriſti, quam initiauit nobis uiam nouam & uiuen-
tem per uelamen. i. carnem ſuam &c. Deniq; ipſe dominus
ait. Hic eſt ſanguis meus, qui pro uobis effundetur in remiſ
ſionem peccatorum. Et in Ioanne panis quem ego dabo ca
Concluſio ex dictis ro mea eſt pro mundi uita. Vel forſan dubitatis, de ſymbolo
fidei crucifixus mortuus ſepultus deſcendit ad inferos. Er-
go Chriſti caro & ſanguis operoſiſſime ſunt actionis uir-
Alia probatio tutiſq;, ita ut niſi illa eadem edamus bibentes nequaquam
immortales felicesq; queamus effici. meminiſſe uos quoque
oportet ſacri Epheſini concilij clariſſimæ reſolutionis quæ
uiuificatricem chriſti carnem aduerſus neſtorium apertiſſi-
Canon. 11 Ephe. cõci. me appellat, uia. 2. cap. 7. quam non repetimus ueluti hoc
libello regiſtratam, ſed. 11. canonẽ eiuſdem ſacræ enumera-
mus ſynodi breuiſſime prioris dictæ cõtinentem ſummam.
Siquis inquit non confitetur, carnem domini, uiuificatricẽ
eſſe, & propriam ipſius uerbi, dei patris, ſed uelut alterius
præter ipſum, coniuncti eidem per dignitatem, aut quaſi di
uinam habentis habitationem, ac non potius uiuificatricem
eſſe, quia facta eſt propria uerbi cũcta uiuificare ualentis,
Ratio alia Anathema ſit. Neſtorianus ergo & anathema eſt, quicun-
que dicit carnem chriſti non prodeſſe nobis aut non eſſe ui-
uificatricem animæ & ſpiritus. Illuſtris ſanctus martyr &
Sãctus Vigilius præſul Tridentinus Romanus Vigilius lib. 3. cõtra euthice
tem proloquens. Agrum enim inquit, chriſti carnem figu-
raliter nominari, & præſens locus indicat, & ſuperius illa
ta teſtimonia docent. de hoc enim agro maxime Iſaac in
Gene. 27 ſuis benedictionibus prophetauit. Ecce dicẽs odor filij mei
ſi cut odor agri pleni cui benedixit dominus. Corpus enim

domini cum magnis diuersorum uirtutū flagrat odoribus, & sui beneuolentia pigmēta infirmos quosq; uiuificat. Vnde apostolus inquit. Bonus enim odor sumus de uita inuitā his qui salui fiunt. Cuius optima præcipue & saluifici odoris suauitate illecta in cantico canticorum ad eum dicit ecclesia. Propter te in odorem unguentorum currimus. De huius agri pulchritudine, & ipse loquitur in psal. Et species uel pulchritudo agri mecū est, hæc ille. Nos quoq; illā ecclesiæ ueritatem totius, ut præmisimus cōfitentes, subscribimus. Verbum enim caro factum est una persona, ergo uiuificat caro eius, Sunt enim idiomata ut post Damascenū sapientes theologi aiunt utriusq; naturæ cōmunicata adinuicem. In hac christi diuina persona. Ex his igitur. 7. hæc ueritas cunctis est euidentißima.

2. Corin. 2

Canti. 1

Alia ratio

CAPVT 10.

Secunda pars ueritatis propositæ manifestari potest ca ro. s. non prodest quicquam. Nempe patrum sensa texētes, atq; non erit inter dicendum cōtraditio. Chrysostomus ait, Quod aūt dicit tale est, spiritualiter oportet ea quæ de me sunt audire, qui autem carnaliter audit, nihil proficit. Est autem carnaliter intelligere, simpliciter ea quæ proposita sunt uidere, & nihil plus imaginari. oportet autem non ita iudicare, sed omnia mysteria interioribus oculis inspicere, quod semper est spiritualiter audire.

2. Pars ueritatis. 7. probatur

Chryso. 1 Expositio

Quis carnalis sēsus

Adhuc aliter diuus Chrysostomus explicat illam. Carnale uero, inquit, erat dubitare qualiter potest nobis carnē suam dare manducare..

2. Chrysostomi expositio

Adhuc. 3. interpretatur dicens. Quid igitur, non est uera caro? Immo utiq;, Quid igitur ait, caro nō prodest quicquam? Non de sua carne dicit, sed de eius carne qui carnali

3. Eius expositio

ter accipiebat quæ dicebantur, hæc ille super Ioannis. 6.
4. Exposi tio Augu. Magnus Augustinus tractatu. 27. in Ioan. ait, o domine magister bone, quomodo caro nō prodest quicquam? Cū tu dixeris. Nisi quis manducauerit carnem meam & biberit sanguinem meum non habebit in se uitam. An uita non prodest quicquam? et ea propter sumus quod sumus? nisi ut habeamus uitam æternam, quā tua carne promittis. Quid est ergo non prodest quicquam? Sed quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe intellexerunt, quomodo in cadauere
5. Expositio dilaniatur, aut in macello uenditur. Non quomodo spiritu uegetatur, Proinde sic dictum est quomodo dictum est sciē
1. Corin. 8 tia inflat, iam ergo debemus odisse scientiam? Absit, et quid est scientia inflat? Sola sine charitate, ideo adiūxit, charitas uero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem, Sic etiam caro non prodest quicquam, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum. Nam si caro non prodesset, uerbum caro non
6. Exposi tio fieret ut inhabitaret in nobis, Sed spiritus per carnem aliquid operatus est in nobis pro salute nostra, infra. Hoc ergo totum ad hoc nobis ualeat dilectißimi, ut carnem Christi & sanguinem christi non edamus tantum in sacramēto, quo & multi mali, sed usq; ad participationem spiritus mā ducemus & bibamus, ut in domini corpore tanquam membra maneamus, ut eius spiritu uegetemur, & non scandalizemur, etiam si multi modo nobiscum manducant et bibūt temporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta &c. Isdem Augustinus affirmat eadem super psal. 54. ibi prima hæresis in discipulis, quæ habetur de consecr. distin. 2. Et super psal. 98. & tractatu. 26. super Ioan.

Isdem magnus Augustinus tractatu.27. Sed qui aderãt plures scandalizati sunt. Non enim cogitabant hoc audiendo, nisi carnem quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & uerum dicit sapere secũdum carnem mors est. Carnem dat nobis dominus suam manducare, & sapere secũdum mors est. Cum de carne sua dicat quia est uita æterna, ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem. Confirmat dicta inde uerbis apostoli sermone.2.hoc uos scandalizat, si ergo uideritis filium hominis ascendentem &c. 7. Expositio Roma.8

Adhuc magnus Augustinus.10. de ciuitate dei. Non.n. inquit caro per seipsam mundat. Sed per uerbum a quo suscepta est, quod cum sit principiũ omnium, suscepta carne & anima, et animam credentium mundat & carnem &c. 8. Expositio. ca.24.

Cyrillus huic sane subscribit intelligentiæ. Quanquam ait nõ carnem nudam intelligat, de ea enim sic intellecta dicet, caro non prodest quicquam, sed spiritus est qui uiuificat. Nam secundum se intellecta nos uiuificare non potest, sed uiuificante alio opus habet, sed si ad incarnationis mysterium respicias, quanuis per seipsam nihil poßit caro, uiuificam tamen factam non dubites. Est enim non cuiusuis caro, sed ipsius uitæ saluatoris nostri Iesu, in quo deitatis plenitudo corporaliter est. 9. Expositio

Epiphanio autem authore, lib.2. cõtra hæreses cap.66. in manichæorum hæresim, Asseuerare possumus, hoc unũ fuisse de manetis argumentis quo probabat carnem ad deũ bonum non pertinere, cui & alter locus ascriptus erat caro & sanguis non sunt regnum dei, sed inquit Epiphanius nisi spiritus dei trasmutet carnem non natura, sed affectu et spiritus obedientia in christi obsequium, secundum quod dicitur dedit eis potestatem per spiritum.s. dei, filios fieri dei. 10. expositio

Conclusio ex dictis Itaq; si quæ supra diximus lib.1. contra primam hæresim et lib.2.capitulo colligauerimus manifesta est ueritatis præ dictæ pars.2. & Oecolampadij aliorumq; complicum uana repudiatur obiectio ex hac saluatoris desumpta sententia. Etiam patet.2. partem primæ nõ aduersari sauet etiam dictis diui Cypriani expositio quam li. 2. enarrauimus ca.

CAPVT 11.

Hæreticorum alia obiectio Instant hæretici ecce in ecclesia uestra consuetum est dici mysterium fidei qui pro uobis & pro multis effundetur in remißionem peccatorum, hoc autem uestra utitur ecclesia dum uinum benedicit, satis ergo liquet mysterium esse et figura quod Christus hoc loco benedicit. Licet uobis dixerimus supra, ab ecclesia uos non posse nec debere testimo-

Cõfutatio 46 nium capere, cui non paretis sed etiam contradicitis, uerũ tamen quoniam nostram eam appellatis, atq; uos ipsos ab eadem separatis, propterea mitius uobis responsum impẽdimus, per eam sedem inquam, quam priorem in tota ecclesia colimus et ueneramur. In ea est inuincibilis Petri cathedra, petra solida omniũ hæreticorum ruina cõquassatio et cõminutio, sedes igitur apostolica hæc Petri cuidam illã cõsulenti lugdunẽsi episcopo super hoc quæsito (quod forsan impij tunc erat Almerici) sic respondet. Ex eo autem uer-

Extra de cœle. missarum cum marthe. bo de quo mouit quæstionem uidelicet mysterium fidei, in munimentum erroris quidam trahere putauerint, dicentes in sacramento altaris non esse corporis Christi & sanguinis ueritatem, sed imaginem tantum & speciem & figurã, pro eo quod scriptura interdum cõmemorat id quod in altari suscipitur, esse sacramentum, & mysterium, & exemplum, sed talem ex eo laqueum erroris incurrunt, quia nec authoritates scripturæ conuenienter intelligunt, nec sacra-

menta dei suscipiunt reuerenter. Si enim quia figura est sa-
cramentum altaris, ueritas esse negatur, ergo nec mors nec
resurrectio Christi, cum figura sit, ueritas est credenda, Si- Roma. 4
quidem mortem & resurrectionem Christi, Similitudinē
& imaginem ipse apostolus manifestat esse inquiens mor- Roma. 4
tuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iusti
ficationem nostram. Apostolorum etiam princeps Petrus 1. cap. 2
sic in epistola sua scribit. Christus passus est pro nobis re-
linquens uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius. Sic
ergo, tam mors christi quam eius resurrectio est exemplū,
ut & nos peccato mortui, iustitiæ iam uiuamus. Quare si Esaiæ. 53
non fuit ueritas quia fuit exemplum, ergo nec uere mor-
tuus fuit christus, nec uere a mortuis resurrexit, Sed absit a Quare uo
fidelium cordibus error iste. Cum propheta de ipso te- caretur
statur uere languores ipse tulit, & dolores nostros ipse mysterium
portauit, dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi
creditur quam cernatur, & aliud cernitur quàm credatur,
cerintur species panis & uini, & creditur ueritas carnis
& sanguinis christi, ac uirtus unitatis & charitatis. Hæc
innocentius. 3. Hoc ergo quadrato lapide, uestra ruit fusan- Laus sedis
nabilis hæresis & importuna cauillatio. Simul ac conterū- Petri
tur hæretici omnes, quoniam huius Petræ est propriū, fun
da ueritatis, & sibi cōmisso a christo fidei magisterio, quot
quot Goliat spurij exprobrātis domini castra sunt imitato-
tores, hæreticos uidelicet omnes confundere hæresesq; dis- Calistus
sipare. Inquit enim sanctißimus papa & martyr Calistus, papa
Memor enim sum me sub illius nomine præsidere, cuius a
domino Iesu christo, est glorificata confeßio, & cuius fides
omnes semper destruit errores. CAPVT 12. Tacitæ
Nec nostros catholicos deterreat, magni Augustini (ab obie-

ctionis ex hæreticis nunc male intellecta, & iactanter in nos expro-brata, Sed olim a sapientibus theologis, optime exposita in lib. de doctrina chr stiana. 3. cap. 16. dispositio quædã qua inquit. Si præceptiua locutio est, aut flagitium aut facinus uetans, aut utilitatem, aut beneficentiam iubens, non est figurata. Si autem flagitium aut facinus uidetur iubere, aut utilitatem aut beneficentiam uetare, figurata est. Nisi man*ducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinẽ nõ habebitis uitam in uobis, facinus est uel flagitiũ uidetur iubere, si figura est ergo, præcipiens paßioni domini esse communicandum, & suauiter atq; utiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa et uulnerata sit, hæc ille, quam sententiam ad pauca respicientes hæretici, apprime colunt & sibi de illa gloriantur.* Tanquam

Augustinus solutio

Confutatio & responsio

Augustinus *christo, euangelistis, & omnibus apostolis, totiq; ecclesiæ, immo sibi ipsi omnino contradicat,* Responde*mus ergo dicentes confeßionem beati patris de ueritate huius sacramenti notißimam esse etiam pueris, ubiq; enim eã fatur. s. in hoc sacramento præsens esse realiter corpus & christi sanguinem christi, cuius oppositum nunquam alicubi (quod sciam) in sua doctrina asseuerauit quia ut ipse solitus erat afferre errare poterat sed hæreticus nequaquam esse, at huius oppositum ueritatis a principio eius institutionis hæresis fuit hæreticumq; reddebat eius assertorem.* Et nos *fauente deo uia. 17. integras sententias huius sancti doctoris plurimas asseruabimus hanc confitentes ueritatẽ, & supra explicauimus plures.* Totoq; *hoc opusculo passim annumerabimus. Sed neq; beati patris* Augustini *sententia hæc, sale condita catholico (quo etiam cuncta patrũ monumenta condienda sunt) dictis prioribus oecumenicis*

aduersantur, concedimus igitur primo eucharistiam esse figuram signumq́; christi corporis sanguinisq́; domini, sed etiam esse ueritatem ipsam .s. christi corpus sanguinemq́;, ut magni Innocentij .3. diffinitio dudum recitata sanciuit, quam etiam ad literam lib. 4. de altaris mysterio cap. 3. s. affirmauit, dicitur ergo figura & mysterium quoniam aliud ibi cernitur quam creditur, species enim cernitur ibi panis & uini sed creditur ueritas christi corporis sanguinisq́; & in hanc resolutionem omnes sapientes theologi abeunt cum magistro sententiarum .10. distin. 4. Prima solutio Innocentius .3

Hanc solutionem doctissimus sanctus Hylarius supra cõfirmabat. Quid est inquiens corpus christi quod sumitur de altari? figura est dum panis et uinum extra uidentur. Veritas est autem, dũ corpus et sanguis christi in ueritate interius creditur. Eãdem approbat Augustinus ipse ut supra retulimus sermone de sacramento altaris, quæ habetur de consecra. distin. 2. utrum sub figura &c. Quære supra capi. 6. huius uiæ. 4. Cõfirmat eandem isdem Augustinus ut lib. sententiarum prosperi recolit, inquit autẽ, hoc est quod dicimus quod modis omnibus approbare contendimus. Sacrificium ecclesiæ duobus modis confici, duobus constare, uisibili elementorum specie & inuisibili domini nostri Iesu christi, carne & sanguine, & sacramento & re sacramẽti .i. corpore christi. Sicut enim christi persona constat & conficitur ex deo & homine, cum ipse christus uerus sit deus & uerus sit homo, quia omnis res illarum rerum naturam & ueritatem in se continet, ex quibus conficitur, cõficitur autem sacrificium ecclesiæ duobus, sacramento et re sacramenti, igitur sacramentum & res sacramenti corpus christi est. Hæc de consecra. distin. 2. referuntur cap. hoc est Hylarius De conse. dis. 2. hoc est quod

2. solutio quod dicimus, Possumus adhuc subtilius perspicientes aliquid meditari in hoc sacramento peculiare. Nempe species sunt quæ uidentur, est corpus christi quod sola fide creditur præsens illis adesse authoritateq; diuina, est tertium significatum quidem christi mysticum corpus quod hoc toto sacramento significatur, cuius unitas re prima huius sacramenti, quasi naturalis corporalis substantialisq; perficitur ut sancti Hylarius Cyrillusq; supra differebant, similiter altera unitas ab hac prima progrediens quæ est charitatis unio, quæ etiam præcedit in quocunq; digne suscipiēte, sicut aucta concomitatur, species signum tantum, corpus christi sanguisq;, uerum primumq; significatum præsens contentumq; sub illis, ecclesia corpus mysticum christi tantummodo est significatum sed non contentum a speciebus

Forma solutionis uerum tamen tantum ab illis significatur, continetur tamen a primo significato sicut a capite corpus, dicunt igitur sapientes theologi cum sententiarum magistro dis. 8. capi. 4. Ex quo infrunt, primum huius sacramenti significatū esse 2. sacramentum, quoniam illi assimilatur. Est enim christi corpus ex multis membris adunatum sicuti eiusdem mysticum corpus ecclesia e pluribus est combinatū fidelibus tāquam membris, Romanos. 12.

Augu. Augustinus enim inquit libello uel sermone de blasphemia spiritus sancti, refert huius sententiam magister in fine 8. dis. 4. senten. Ibi uideri potest,

Hierony. Hieronymi quoq; sententia in epistolam ad ephesios, dictis fauet cuius rapsodia est de consecra. di. 2. dupliciter intelligitur.

3. Soluti Tertio loco sapientes theologi quidam asseuerare soliti sunt, corpus christi uerum realeq; præsens huic uenerabili sacramento quod est sacrificium incruētum totius semper ecclesiæ, esse sacramentum figuramq;, eiusdemmet corporis

corporis christi cruenter oblatum in cruce & sanguis sanguinem significare. Nempe dicunt hoc illius memoriam gerere ut inquit dominus. Confirmant sententiam ex Augustino dicente. Sicut ergo cœlestis panis qui christi caro est suo modo uocatur corpus christi cum re uera sit sacramentum corporis christi, illius uidelicet quod uisibile quod mortale quod palpabile in cruce positum est. Vocaturq; ipsa immolatio carnis, quæ sacerdotis manibus sit Christi, passio, mors, crucifixio, non rei ueritate, Sed significante mysterio, Sic sacramentum fidei quod baptismus intelligitur, fides est. Quam aiunt quoque ueritatem, diuinum percensuisse Hieronymum super epistolam ad ephesios, cap. 4. Dupliciter intelligitur caro christi & sanguis, uel spiritualis illa atq; diuina, de qua ait caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus, & nisi manducaueritis eam carnem, & biberitis sanguinem meum non habebitis uitam in uobis, Vel caro mea quæ crucifixa est, & sanguis meus qui militis effusus est lancea. Nā ut inquiunt nihil prohibet idē semet significare uno uel altero consideratum modo. Cæterum ex eodem Augustino alij sapientes suspicantur inuisibile corpus domini in hoc sacramēto uere præsens realiterque existens, sacramentum esse eiusmet corporis eius quod uisibile palpabileq; erat in terris ambulans cum parēte dei para sua suisq; discipulis, nūc quoq; gloriosū in cœlis aspicitur diuinitati copulatū sicut erat in uia, licet nūc ibi beatifico sit uisum modo, quoniā beatus inquit Augu. Caro eius est quā forma panis opertam in sacramento accipimus, & sanguis eius quem sub uini specie & sapore potamus, caro uidelicet carnis, & sanguis est sacramentum sanguinis, carne & sanguine utroq; inuisibili, spirituali, intelligibili,

Augu. de conse. di. 2

Baptismus uocatur sacramētum fidei

Hierony.

4. solutio

De conse. distin. 2

Hoc est q̄d

signatur uisibile domini nostri Iesu christi corpus & palpabile plenum gratia & ueritate omnium uirtutum & diuina maiestate.

CAPVT 13.

Cæreticorum iterata calumnia

Sed quoniam adhuc hæretici perstrepere solent hæc nõ ad aures Augustini pertinere lib.3. de christiana doctrina, quo de sacramento non meminit, sed tantummodo uerba Ioannis. 6. nisi mãducaueritis carnem filij hominis etc. Pertractat, eademq; asserit facinus esse uel flagitium iubere ideo figura est, atq; significant domini paßioni esse communicandum. Immo de sacramento loquitur ibi Augustinus, figurã enim intelligit mysterium aut sacramẽtum, quando. s. principio cap. 12. eiusdem libri præmiserat. Quæ autem quasi flagitia imperitis uidentur, Siue tantum dicta, siue etiam facta sunt, ex dei persona, uel ex hominum, quorũ nobis sanctitas cõmendatur, tota figurata sunt, quorum ad charitatis pastum enucleanda secreta sunt. Ecce igitur non de grãmaticali figura quæ tropus est intelligit, Sed de theologica, quæ mysterium est. i. occultum uel secretum significatum quod charitatis pastus est, repræsentans uel significans. Et cap. 10. prælibauerat, non autem præcipit scriptura, nisi charitatem, nec culpat nisi cupiditatem, charitas autem est motus animi ad fruendum deo propter seipsum, & se atque proximo propter deum ibidem astruit. Et contra uos hæreticos inquit. Item si animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura, figuratum homines arbitrantur. Vnde quia semel uestros hic aĩos occupauit error totum quod de illo mysterio scriptura differit, figuratum grammatica nõ theologica figura cogitatis & male. At non charitas hoc fecit in uobis sed cupiditas omnino culpanda, quæ cupiditas? illa inquam quæ sui

Responsio & confutatio notabilis Augusti.

Duplex figura

Augusti. Quid est charitas

amor inordinatus est usq; ad dei contemptum perueniens, clarißimum autem est hoc sacramentum charitatis esse mysterium figuramq;, quoniam in se continet charitatis feruentißimum Clybanum authoremq;, propterea asserimus cum beato patre flagitium est facinusq;, nudam uelle sine spiritu & mysterio saluatoris intelligere dictā ueritatē uel ex sola culpāda uestra cupedine, quomodo capharnaitæ.s. solebant intelligere, quod caro uidelicet eius, morsibus dilanianda esset tandemq; terenda, impietas est & maximum quidem flagitium uerba illa sic obaudire, Sed tege ea charitate atque spiritu uiuificante eadem rimari uelis. Tūc mysterium intelliges, ueraq; ipsa domini uerba corde fideli spiritualiq; credes, quippe uere datur eius caro nobis cibus, sanguisq; potus, sed inconsumptibili modo impalpabili impaßibiliq; sine dolore eius aut alteratione, magnis muneribus suauitate delectatione fructu, tandemq; diuinifcentia condonatis nobis, Tantummodo dolens tristatur, uos aut quoslibet malos, se indigne tractare, aut infideliter sumere. Forma solutionis

CAPUT 14.

His itaq; stabilitis, prima ad ueritatē, huius uiæ.4. principio, positam, demonstratio erigitur. Omnis præuidentißimus sapientißimusq; legislator, qui præcipue futurorum est præscius, ut deus, legem condens (in qua periculosißimum esset errare, si non intelligatur) præcauet, quantum in se est, suæq; expedit reipublicæ, contingentem omnem errorem, atq; a principio occurrit eisdem, ne in principio medio fineq; uel maxima oboriatur deceptio, & inordinata sit suæ reipublicæ dispositio, patet hæc inductiue in omni dei lege, uel tandem in ipsa republica sua, supremum constituet iudicium, a quo cuiusq; difficultatis uel ambiguitatis Demōstratio.4. Maxima notabilis Probatio eius

cōtingentis obaudiatur diffinitio resolutioq;,probatur hæc
quoq; Deutero.17.&.2.ad Timo.5.Omnis scriptura,&
Psal.18 dis.4.cap.erit autem lex,atq; Esaiæ.5.quid est quod debui
Psal.118 ultra facere uineæ meæ & nō feci ei?et per illud Lucæ.20.
de uinea domini,quia lex domini immaculatam conuertens
animas testimonium dñi fidele sapientiam præstans paruu-
lis,atq; declaratio sermonum dei illuminat & intellectum
dat paruulis.Tum quia deus & natura nō deficiunt in ne-
cessarijs,lex etiam datur ut sciatur faciundum, et prohibea
Prouer.13 tur culpa uel flagitium Romanos.3.Lex enim sapiētis fons
uitæ ut declinet a ruina mortis,si ergo deus insinuans legē
eucharistiæ Ioan.6.& statuens eam Matth.26. & Lucæ
26.dixit,hoc est corpus meum accipite & manducate ex
hoc omnes,hoc facite in meam cōmemorationem,sic quo-
que de sanguine,igitur clarissima hæc lex,præcauit errorē
contingentem,ne intelligatur de significari, potuisset enim
dixisse hoc significat corpus meum,itaq; si sic intelligere-
tur,& non præcauerit aliter intelligendum, proculdubio
Confirma suæ nimium derogaretur prouidentiæ.Ergo si dixit est cor
tio.42 pus & non dixit,significat,profecto,errorem hunc contin
gentem interpretari.s.per esse significare,omnino præca-
Alia ratio uit,unde & si in alijs tropo utatur dominus,in legibus ue-
optima. ro statuendis cautum est omni sapiētia tropice nequaquam
43 esse loquendum,præcipue in lege noua, quæ figurarum est
adimpletio (cōmouisset etiam sanctus spiritus christi disci
pulorum corda, ut in ænigmatibus sæpe solebat dictis a
Christo atq; parabolis) dominum rogare de differendo pa
Alia ratio rabolam,ne error magnus in ecclesia succenderetur,si ali-
44 ter intelligenda foret christi institutio. Cum igitur illi profi
tentur,domine uerba uitæ habes, hic humiliter sumunt bi-

buntq́; procul dubio ita esse credunt adorant sumunt quē-admodum illos docebat, eisq́; porrigebat diuina christus sapientia. Et *ideo.2.formatur demōstratio, Quisquis legem* 2. Demonstratio. 45
domini spiritum uiuificātem clarißimamq́; aliter exponit, sensuque erroneo, legem maculante, diuinamq́; inficiente Maxima
præuidentißimam sapientiam, Is *nedum hæreticus, sed pestilens est inter homines, atq́; ideo ex hominum generatione eliminandus.* Itaq́; *ex his iam satis patet prior. 6. ueritas lucidiorq́; facta est,* Ex *quibus patet etiam nullam contradictionem in dictis nostris esse. Cum enim diximus non esse figuram in hoc sacramento cap.6.&.13. de grammatico tropo noster erat sermo uestram illam grāmaticam falsamq́; tollendo expositionem qua dicitis, hoc est corpus .i. hoc significat corpus meum, at cum nunc concedimus figuram esse, de theologico mysterio suscipimus uerbū, quoniam sacramentum signum est præsentis corporis domini.*

notabilis

Non est cō *tradictio*

Ratio. 46

Confirmantur hæc omnia, quoniam miraculis deus nō probat panis substantiam uiniq́; significare sui unigeniti corpus sanguinemq́;, sed sacramento eucharistico subesse uerū reale corpus præsensq́; filij sui domini Iesu *miraculis approbat. Similiter tot propria quæ simul cum christo apostoli patresq́; sancti enumerant de hoc sacramento, neutiquam significanti pani accidere queunt.* Nihil *igitur boni, tutiq́;, ueriq́; hæc grammaticula uestra expositio affert.* Ratio. 47

CAPVT 15.

Bullingerius & Oecolampadius hæreticus inquiunt, si hæc ut uos, ita quoq́; nos authores habemus grauißimos, qui nobiscum assentiantur, tropo & non ueritate rei, uerba pēsanda fore redemptoris Tertullianus, *inquit, contra martionem lib.4.hoc est corpus meum.i. figura corporis mei.2.*

Prima hæreticorum obiectio

Origenes super Leuitico explicatißime audit, uerba illa caro mea uere est cibus &c. de sermone christi intelligenda esse, ait carnibus enim, & sanguine uerbi sui, tanquam mundo cibo ac potu potat ac reficit omne hominum genus, infra, si enim quasi carnales ista suscipitis lædunt uos & nō aliunt. Est enim in euangelijs litera quæ occidit, sicut in ueteri testamento. Si enim secundum literam sequaris hoc ipsum quod dictum est. Nisi manducaueritis carnem meam et biberitis sanguinem meum, occidit hæc litera. 3. Cyprianus sermone de lapsis idem uidetur īnuere. 4. Ambrosius. 1. ad Corin. 11. carnem & sanguinem quæ pro nobis oblata sunt significamus. 5. Hieronymus super. 26. Matthæi. Ipse quoque christus ueriratem corporis & sanguinis repræsentaret ad similitudinem Melchisedech. 6. Augustinus contra Adamantium Manichæum cap. 12. hoc est corpus meum cum daret signum corporis sui. 7. Et super psal. 3. ad conuiuium in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis suis cōmendauit. 8. fulgentius referente aimone, hic est calix nouum testamentum, exponit. i. hic calix quē uobis trado nouum testamentum significat. 9. Rabanus. 31. de institutione monachorum idem uidetur dixisse, hæc breuißime recollegimus quorum aliqua ab hæreticis pleraq; ab alijs referuntur.

Responsio — CAtholici dicūt primo, Oēs hi doctores, suis diffinierūt scriptis; sacrosancto hoc sacramento uere & realiter præsens contineri corpus domini simul cum eius sanguine, & hoc in uia. 17, manifestißime demonstrabimus, Nam Tertullianus lib. 1. de corona militis, ad uxorem lib. 2. Eodem lib. 4. contra Martionem quem locum nunc truncatum (ut solent) hæretici citant & detorquent, et lib. de oratione ca

Loca Tertulliani de eucharistia

pi.ulti.Satis explicate ueritatem eucharisticam catholicã confitetur. Origenes *homelia.13.super exodeim, & .7. super* Leuiticum, *& iterum.11.super exodum, & super.15.* Matthæi, *& .35.super.26.* Matthæi, *& contra celsum lib. 8.de Cypriano sunt plura a nobis supra notata loca, sed etiam epistola.32. libri epistolarum, & primo epistola.6. & epistola secuuda eiusdem primi, de oratione dominica, libro.1.aduersus* Iudæos, *cap.22.sermone de cœna domini delotione pedum, sermone de lapsis. Quid de* Ambrosio *&* Augustino *referre loca oportet, sunt enim tractatus innumerabiles, non solum loca particularia in iisdem, de* Hieronymo *locus est unus in* Esaia*.21.alter.62.3. in* Ezechie*.18.in primo* Malachiæ*.4.5.in* Oseæ*.2. in.3. Sophoniæ, in cõmentarijs ad* Titum, *super* Matthæi*.26.super.1.* Corin*.11.fulgentij manca ab hæreticis proferrtur authoritas, nos illam integram infra dabimus pro eucharistica ueritate, atq; quædam eius loca alia numerabimus, similia de* Rabbano *recensemus, dicimus.2.Hæc patrum dicta eodem suscipienda modo, quo supra Augustinianũ dictum, ca.12. huius lib.3.figura.i.mysterium sacramentum absconditum continens christi corpus secundum spiritum auspicandum non carnaliter uel secundum quod apparet de eo iudicãdũ, Sed secundum fidem a domino de illo præscriptam censendum loquendum & prædicandum, est ergo figura simul et ueritas.3.dicimus licet sunt figura & commemoratio species illæ cruente hostiæ, tamen cõtinent incruentum christi corpus, hoc intellige dum in missa cõmemoratio hæc pertractatur et colitur uel deniq; dum sumitur. 4. dicmus ex his patrum sententijs fit magna in uos hæreticos repercussio, nempe signum figura & sacramentum legis nouæ suũ*

Loca Origenis

Loca Cypriani

Loca Ambrosij & Augustini infinita

Loca Hieronymi

Quomodo est figura eucharistia

Reflexio

ſecum continet ſignificatum, dum ſuſcipitur aut permanet, ergo ſi eucharistia per uerba redẽptoris ſit figura et ſignũ corporis realiter quidem & uere præſens continet domini corpus, de Origene uero id ſciatur quod eius expoſitio ibi a patribus multis non laudatur, tametſi carnali ſenſu uerba domini intellecta lædere dicat & hoc eſt uerum.

2. Obiectio — Hæreticus Oecolampadius & apoſtata, (Apoſtatauit quidem a fide & profeßione ſanctæ Brigitæ) Apud Tertullianum lib. 4. aduerſus martionem colligitur, Martionem ſic argutaſſe probando phantaſticum eſſe christi corpus. Dixit Christus hoc eſt corpus meum, & corpus illud

Argumentum Martionis hæretici — uiſui tactuiq; exponit, nec tamen ſentitur, ergo eſt eius naturæ christi corpus, nempe phantaſticum, & quale corpus in pane tale eſt & in cruce, ſubdit Oecolãpadius, neq; par ui momenti fuiſſet argumentum ſiquid ueſtra. i. catholicorum ſubſiſteret opinio. Quis enim nõ ſuſpicari poſſet, christum ſe potuiſſe ſubducere, & in ſimilitudine tantum paſ-

Forma argumenti — ſum eſſe, qui in hunc modum deliteſcere ſe dicit? hæc falſator Oecolampadius librorum. In ſumma hoc tale cõmentũ eius eſt, ſi chriſtus in ſacramento altaris eſt, deliteſcit ergo, corpus igitur phantaſticum habebit.

Reſponſio — CAT holici inquiunt, apud Tertullianũ hoc nequaquã Martioni tribuitur argumentum, ſed tuum met. cõmẽtitiũ eſt, nempe ſi Martionis eſt decipula tuum quoq; erit, quoniam hæreticum hæreticus imitatur. Apud te igitur magni ponderis eſt ratio hæc ſophiſtica. Si igitur deus faceret (ſi cut de facto eſt) præſens hoſtiæ corpus chriſti inuiſibile et impalpabile, phãtaſticũ corpus eſſet, profecto tua hoc molitur ratiuncula. At qui efficit hoc deus inuiſibile corpus

Lucæ. 4 — in ſuperficie montis Nazareth, dum eum uoluiſſent inde

præcipitare nazareni. In templo etiam dum a Iudæis lapi= dari quæritur ipse abscondit se ab eis. An ignoras deum nostrum christum deum absconditum esse oculo mortali, quod si inuisibile suum tunc effecit corpus ergo etiam & impalpabile. Nanq; aliter nõ uisus, adhuc fuisset ab illis re tentus. Vel nescis in potestate eius fuisse qui erat anima bea tus, cum uellet his uti in corpore suo qualitatibus glorifica ti corporis, quas etiam dum uoluit explicauit, ecce dum a uirgine paritur, & discipulis clausis ianuis subito apparuit subtilitate utitur, dum uero a perfidis præcipitari uel lapi= dari quæritur agilitate inuisibilitate atq; impalpabilitate afficitur, in monte excelso splendore nitescit, resurgens ue= ro immertalitatem induit, dementatus itaq; hac tua insania contra sanctam eucharistiam factus es hæreticus Marcio= nista, neq; mirũ sicut.n. peccatũ pctũ inuocat ita quoq; hæ resis hæresim parit. Quanquam inuidiosum uocabulum il lud delitescere, & in nostrum christum, per iniuriam ab ste dictum, te infidelissimum arguat nedum iniuriosum deo, ignauissime hominum num tibi delitescens uel latitans no= ster apparet christus in hoc sacramento? qui quidem acutissi ma fide etiam pueris adorandus credendus, & colendus proponitur? de pondere uero & grauitate gloriosi corpo= ris uel ne, an uidelicet insit alias disputatio erit. Ioan. 8 Esaiæ. 45

Hæreticus alter hanc ueritatem redarguere solitus ait Christi corpus ex purissimis beatæ Mariæ sanguinibus ge nerari assolet quomodo ergo ex pane fit. 3. Obie= ctio

CAT*holici respondent, ignorantia prodit undequaq; hæreticũ, nempe prædictum est quod non ex pane fit chri- sti corpus, sed panis fit uel conuertitur in corpus christi nõ ergo ex materia pane fit corpus christi, Sed ipse est conuer* Responsio

ſionis terminus quo, uel qui conuertatur in illud.

CAPVT 16.

4.Obie-ctio *Caroloſtaldius. 4. inſurgit ſimul cæteriq;, chriſtus ait Matthæi, Siquis uobis dixerit hic eſt chriſtus, aut illic, nolite credere, ergo non credamus. Si dicunt in iſta hoſtia eſt Chriſtus aut in illa.*

Solutio Origenes regula *CAtholici reflectunt contra uos. Cum Origene in Matthæo homilia. 19. Quotiens aduerſus ea quæ obſeruat uniuerſa Chriſti, eccleſia canonicas aliqui ſcripturas profe rũt, quibus oĩs chriſtianis orbis cõſentit & credit, uidẽtur dicere, ecce in domibus eſt uerbũ ueritatis, ſed nos illi crede re non debemus, nec exire a paterna eccleſiaſticaq; traditio ne, nec aliter credere niſi quemadmodum eccleſiæ nobis tra diderunt, contra uos igitur nouatores hæreticos ſermo do mini prophetizat, uos nanq; ijs quidem uerbis notat mon ſtrat, atq; uos deuitandos a ſuis diſcipulis fugiendosq;, ſuã docet eccleſiam, qui nũc dicitis ecce in domibus noſtris eſt Chriſtus in dogmatibus eum reperietis noſtris, non in hoc ueſtro ſacramento, non equidem in catholica ueſtra reſidet eccleſia, ſic nouatus mõtanus donatus et neſtorius ſic quoq; manes & oĩs hæreticorũ exclamat peſtilentiæ Synagoga.*

5.Obie-ctio *Andreas hæreticus. 5. inſultat cœna dominica his uerbis ſufficiẽter eſt inſtituta, Ieſus accepit panem gratias egit & fregit & dedit diſcipulis ſuis & dixit accipite & manducate, hoc facite in meam commemorationem, iſta uerba, hoc eſt corpus meum, ſunt in pertinentia, & quaſi per parentheſim interiecta.*

Reſponſio Prouerb. 18.26 *CAtholici aiunt, licet omnis qui tenet adulteram ſtultus eſt. i. hæreticam opinionem, & ſcriptum ſit ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam ne efficiaris ei ſimilis. Ta-*

men respondendum est stulto contra stultitiam suam ne sibi uideatur sapiens, quoniam qui imponit stulto silentiū, iras mitigat, ideo insipientißimo carolostadio dicimus ut redeat ad elementa puerilia, discat quoq; ibi sententias adminus iuxta orthographiā diuinæ nosce scripturæ, deinde agat theologum uel cum theologis conferat, quomodo enim parenthesis esse potest, hoc est corpus meum, cum sentētiam expleat perficiatq; præcedētis sermonis accipite et comedite? Nunquid præcepit comedere, hoc facite in meam cōmemorationem? Non ergo tanti est ut etiam a grammaticis audiatur Andreas.

Zuinglius hæreticus doctus logicus cupiens uideri, inquit, in actu signato hæc intelligi debet, hoc est corpus meum, & non in actu exercito, similiter & illa, hic est enim sanguis meus.

CAtholici dicunt, nec logicam calles quæ docet, propositionem de solo uerbo substantiuo, sine uerbo adiectiuo uel eius participio logicali aut grammaticali termino nunquam esse in actu signato sed exercito. At quæ est de actu signato ea est de uerbo adiectiuo uel eius paticipio grāmaticali termino aut logicali, puta significare, uel significari, subici, prædicari, ampliare, supponere, & similibus. Dicimus. 2. si est intelligenda in actu signato ergo ex illa altera inferri potest in actu exercito uera, unde ista ualet lapis significat petram ergo lapis est petra, uel ad minus in obliquo, igitur si hæc præ te exponitur hoc significat corpus meum ergo ualebit hæc consequentia, hoc est corpus meum, & ita consequens erit uerum in actu exercito quod apprime negas. Responsio & confutatio Regulæ logicales

7. Obiectio

Hæretici arguunt. 7. Augustinus, inquit, pertractās id

Augusti. ultimo Marci ecce ego uobiscum & cæte. Donec finiatur seculum sursum est dominus, Sed tamē nobiscum domini ueritas. Corpus eius quod resurrexit in uno loco esse oportet, ueritas autem eius ubiq; diffusa est.

Thoma.3. q.75.art.1 CAtholici cum diuo Thoma respondent uerba Augu. & quæq; similia, intelligenda sunt de Christi corpore prout in propria uidetur specie, secundum quod Matt. 26. inquit, Me autem non semper habebitis, inuisibiliter tamen sub speciebus huius sacramenti est, ubicunq; hoc perficitur sacramentum, Secundo addunt aliqui sapientes theologi, ueritas.i.uerum corpus in forma panis est in altari quolibet ubi consecratur hoc est ubiq;.

Replica Oecolampadius replicat, putide exponit qui sic Augustini uerbum expandit, forsan intendit refellere hanc expositionem quoniam Augustinus ait ubiq; est ueritas eius. At Christi corpus non est ubiq;.

Responsio CAtholici respondent ubiq;.i.in omni loco, ubi consecratur, sed sicut consecratio numeralis est ita quoq; numeratis locis non autem infinitis christi corpus est. Aliqui tamen sapientes dicere audent non repugnare christi corpori ubiq; esse, quoniā neq; christo repugnat ubiq; esse. Etiam addunt in infinitis locis eidem simul non repugnat esse, præsentialē tantum respectum audientes, quoniam nulla est inquiūt deo impoßibilitas multiplicare posteriores respectus non necessarios sed extrinsecos. In infinitum in aliquo, unitate prioris seruata.

8.Obiectio Ioan.4 Hæretici. 8. adhuc exibilant Centurio reprehenditur quærens in domo sua pro sanando puero eius domini præsentiam corporalem secundum Gregorium in homelia. Similiter apostoli impediebantur spiritum recipere sanctum

eo quod affecti erant ad Christi præsentiam corporalẽ Augustino teste super id Ioan.16. Si non abiero paracletus nõ ueniet ad nos. Ergo infidelitatis est argumentum, uelle Christum habere in sacramento, præsentia corporali.

CATholici dicunt, *nos cum regulo domini corporalẽ præsentiam non requirimus, quoniam ex magna parte diffisus est ille, qui uirtutis honorem non dedit maiestati, sed præsentiæ corporali. Sed cum Zachæo lætanter & fideliter dominũ requirimus recipimusq; etiam corporali præsentia in hospitio corporis & cordis, nostri, atq; cernui adoramus inuisibilem ipsum in tanto sacramento. Ipse quippe dominus nobis sicut Zachæo præcipiendo dicit, Zachæe descende. i. paratus esto hodie me oportet esse in domo tua. Cui nos cum altero fideliориq; centurione respondemus, domine nõ sum dignus ut intres sub tectum meum, & ideo reditam audimus nobis a domino uocẽ, hodie mecum eris in paradiso, quoniam esurientes humiles fidelesq; suos per eucharistiam dominus replet magnis bonis, sed fastidiosos hæreticos diuites in superbia & perfidia, dimisit inanes. Vel qui sumus nos, qui christo deo uolenti nobiscũ esse etiam corporali specie. Audeamus resistere? quinimmo cum omni humiliatione ex una, & tamen cum festinante festiuaq; lætitia, Sibi grates reddamus perennes qui tãto nos dignatus sit honore, uere nos uel ex hoc ipso (licet indignos) tamen beatos existimante? Dicimus quoq; cum sancto Bonauentura. 4. distin. 10. q. 1. Præsentiam corporis nõ augere dei uirtutem, sed cõgruum est quod dominus ex sua præsentia corporali, aliquod munus spiritualius tribuat, & licet non ualeat illi, qui credit eum non posse operari nisi ubi est corporaliter, credẽti tamen multum ualet, sicut mul*

Gregorius Ioan. 4 Augusti. Lucæ. 19 Lucæ. 23 Bonauentura

Thomas ubi supra tum profuit Zacheo præsentia corporalis Christi. Addit sanctus Thomas, rationem ualere de præsentia corporis Christi per modum corporis uisibilis, non autem procedit

Augusti. sicut dictum est spiritualiter.i. inuisibili modo ex uirtute spiritus, inquit enim Augustinus super Ioan. Si intellexisti spiritualiter uerba Christi de carne sua, spiritus & uita tibi sunt, si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus & uita sunt, sed tibi non sunt. Hanc itaq;. 4. finientes uiam.

Obsecrantes a te domine humiliter petimus, pone in mentibus germanorum, uerba tua de hoc sacramento, quæ sunt spiritus & uita, fideliter credere, ut credentes charismatibus abundent cœlestibus, fructumq; salutarem hic & ibi per hoc diuinum recipiant sacramentum. Amen fiat fiat finis. 4. Vie, soli deo triumphus & honor.

QVINTA VIA. CAPVT 17.

4. Via



Vinta Via est prædicatio inuincibilis Apostolicæ sedis. Estq; intentio nostra hac progredi uia catholicæ & apostolicæ sedis Petri diffinitiões decretaq; enumerare non omnes sed mihi plerisq; notissimas de ueritate eucharistica per centenarios distribuẽ

Ad hebr. 3 do solares cursus pontificum Romanorum. Tessere sanctiones à beatissimo Petro apostolorum principe exordiendo, qui primus in illa sedit iussu & uoluntate diuina, quæ sic inchoat Dñs Iesus Christus sacerdos magnus primusq; in lege & ecclesia dei, qui in domo dei nõ sicut famulus sed sicut filius conuersatus est. Ipse inquam dominus Iesus, sacerdotium uerum diuinumq; in sua statuit ecclesia, primusque

eius munus expleuit. Cuius quoq; fuit institutio, sacrificium illi accõmodum exhibere. Quod etiam primus ipse patri deo pietate & magnanimitate incomparabili nouissima cœna coràm discipulis (magno obstupefactis hoc miraculo) immolatus est. Illisq; eodem ordine & ritu omni futuro tempore præcepit litandũ deo præmonstrauitq;, sublimiori prius impartita sacerdotali potestate. Ipse igitur primus admodum Meschisech sacerdotis dei magni uetustioris quidem quam Aaron, panem uinumq; primum obtulit deo excelso in mensa nouissimæ cænæ, Verum nõ in hoc solum. Stetit sacrificio. Sed quod optimum erat sacrificium continuo adiecit. (Nõ enim panis uinumq; propitiatio esse debebat in ecclesia coràm deo consumatissima) ideo panẽ uinumq; benedicendo & gratias agens, formauit conuertitque in corpus & sanguinem suum deo odoratissimam acceptabilemq; uictimam salutarem. Quæ à principio dũ incarnatus et conceptus esset in utero uirginali, Paternã præsciens uoluntatem aptauit deo immolare? Eo quod præno sceret carnalia antiquiora illa sacrificia deum nolle, idcirco uoluit legem patrisq; uoluntatem tunc in cœna perficere, quam ab initio in sui cordis medio impressam susceperat, itaq; primus sacerdos Christus purissimam oblationẽ hanc corporis sanguinisq; sui electissimam probationem gratissimamq; instituit deoq; obtulit incruentam in cœna nouissima. in cõmemoratione tamẽ eius cruentæ quam dudum immolaturus erat pro nobis in ara crucis præueniẽdo effecit, & suis memoriale perpetuum obseruandumq; imperauit Cæterum quam habuit sacerdotij potestatem omnemq; aliã Petro quem uicarium uniuersalem eiusq; successorem primum magistrum elegit instituitq; in ecclesia sua (seruata ta

Panis & uinum nõ sũt in christi ecclesia ꝑpitiatio sed Christi caro sanguisque

Psal. 39

men anologia) primo maximeq; impartijt quamuis consortem litandi cæteris largitus fuerit potestatem. Anacletus nanq; ait in nouo autem testamento, post Christum dominum a Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est, dicente domino ad eũ tu es (inquit) Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum. Nempe eam præceptionem quam dominus (sermone admirabili spirante undiq; sapientia potestatem & uehementissimam charitatẽ mandauit post cœnam discipulis inquiens. Non uos me elegistis sed ego elegi uos & posui uos ut eatis & fructum af
Ioan.15 feratis & fructus uester maneat, Petrus primus omnium in iudæa & ad gentes expleuit. Namq; primus ipse uelut pastor gregis dominici de symbolo condendo concilium gessit, primus quoq; sancto repletus spiritu docendi iudæos fidem & gentes expandit magisterium. Primusq; in Symonem magnum Ananiam et eius uxorem saphiram clauium
Iuritionis exercuit potestatem. Primusq; omnium sacerdotalem induit stolam, deoq; maximo hanc incruentam litauit uictimã secũdum ordinem a Christo in cœna præfixum. Quoniam igitur Christi exemplar Petrus Primus et magis gestare et esse in ecclesia conspicitur dei, atq; representare in omnibus Christi potestatem, idcirco post Christum, a Petri sede authoritatiua, rationabiliter primo petimus eucharisticam nosse ueritatẽ. Cuius prædicatio fidei fructus inuiolabilis fidelissimus & inobliquabilis hucusq; permanet, perseueraturus quoq; usq; infinem.

8. Veritas huius libri Et iuxta institutum nostrum post septimam hanc præscribimus octauam ueritatem. Petrus apostolorum princeps

ceps & Christi institutus successor uniuersalis, cum plenitudine potestatis in dei ecclesia tota. Omnesq; Petri successores. Vel Petri sedes in fide stabilis immobilisq;. Ab aduẽtu spiritus sancti per omnia seculorum tempora huiusq; Publicæ confitetur & prædicauit, in sacramento altaris, uere & reliter præsentißimũ esse corpus domini sanguinẽq;. Omnemq; hæresim huic aduersam ueritati contriuit & cõfutat insuperabiliter, sibi suprema à Christo concessa potestate, usq; in finem seculi. Nempe de huius sacramẽti authore Deo & Petri uel aliorum apostolorum indubie eius ueritatis prædicatione cui omnino credendũ sit. Et quomodo eucharistia sit fons in ecclesia gratiæ salutaris sanctus testatur Cyprianus, Ipse summus sacerdos sui est sacramenti institutor et author, in cæteris homines spiritum sanctum habuere doctorem, & sicut par est spiritui sancto & Christo diuinitas, ita in suis institutis æqua est authoritas & potestas, nec minus ratum est quod dictante spiritu sancto apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit et in sui cõmemorationem fieri præcipit. Manet singulis propria dignitas et uniformis, in suo genere stat actio omnium, nihil addi, nihil subtrahi, nihil potest corrigi uel mutari. Ornata & honorata erat ecclesia quasi paradisus in amplitudinis suæ umbilico fontem cõtinens gratiæ singularis, flumina creans in uitam æternam salientia, uiuam habens orignem, & decursum perennem. Hæc ille. Octauam igitur prædictam ueritatem inducendo probamus centenarijs distributis à Petro beatißimo ad hæc nostra tempra.

Cyprianus sermone de lotione pedum

Ecclesia paradisus est

Non est autem ignorandum, quod multiuocum est sacramentum eucharisticum, quoniam uero tum in decretalibus apostolicæ sedis, cum in canonibus plurium cõciliorũ atq;

Notãdum

ſanctorum dictis uarijs nominibus titulatur eucharistia, unum tamē ſemper idemq; ſignificatum obtinet.i. præſens dominicum corpus ſanguinemq;,idcirco expedit illius plura nomina annumerare,ut ſi quando illa occurrunt.ſemper eucharistia intelligatur à ſanctis & concilijs et Romana ſede ſignificari. Sunt autem hæc cibus uitæ æternæ, manna, panis de cœlo,panis cœleſtis,panis uerus,panis uiuificans uel dans uitam,panis uitæ panis uiuus, caro Christi, corpus Christi,ſanguis Christi,hæc ſunt à christo nomina. Appellatur cōmunio,participatio,ſacrificium,benedictio,gratia,hostia,à Paulo,Eucharistia Synaxis,perfectio, conſummatio,perfectum,oblatio,uictima,miſſa,immolatio,uiaticum,cibus potusq; ſalutaris,panis angelicus,myſterium fidei,benedictio myſtica,panis ſanctificatus,conuiuium,eſca ſalutaris,panis ſuperſuperſtantialis, panis quotidianus,memoria,cōmemoratio,annuntiatio mortis domini,holocauſtum,propitiatio,ſymbolum,cibus dominicus, exemplar, unio indiciū & id genus multa,quæ uia.16.longo progreſſu enarrabuntur ad probandum ex horum diuerſa nomenclatura uere et realiter præſens eſſe dominicum corpus ſanguinemq; in ſacramento altaris.

Euchariſtiæ diuerſa nomina

Adhuc prænotandum eſt,omnes Romanos pontifices, ſicut & cæteros epiſcopos conſecrari ſolitos dum miſſarū ſolemnia celebrantur. Nempe papa cōſecratur inter introitem,& gloria in excelſis deo,qui conſecratus ſtatim hymnum concinit angelicum miſſarum ſolemnia ipſe perficiens, qui etiam eodem die alios conſecrare poteſt.

Cæteri uero epiſcopi in agenda alia miſſarum uidelicet inter epiſtolam et euangelium cōſecrantur,habetnur hæc in de electione & electi poteſtate ab Innocentio.3.ca. quod ſi

cut paragrafo.super eo.

Item cōmuniter de pontificibus Romanis *legimus fecisse ordinationes plures uel unam, quæ non nisi inter missarū solemnia effici statutum est, quamobrem satis liquet nullum esse consecratum pontificem* Romanum *sine hoc eucharistico diuinissimoq; sacramento, neq; consecrasse siue ordinasse alios nisi dum hoc sacrosanctum pertractaret sacramentum eucharisticum.*

De primo centenario ab aduentu Christi. Cap. 18. Petrus papa primus post Christum

Petrus *primus post Christum. sedit in dei ecclesia catholica annos. 37. uidelicet* Hierosolymis *et* Anthiochiæ. 12. Et *post* Romæ. 25. *ut cōmuniter ferri solet, institutus à* Christo *sacerdos in missa prima quam dominus celebrauit in monte Sion, in cœna nouissima.* Deinde *consecratus episcopus uniuersalis totius ecclesiæ catholicæ à Christo, ad mare* Tiberiadis *dum illi dicit ter pasce oues meas, pasce agnos meos, dum hoc quidem dicit instituit & consecrat eum apostolicum et uniuersalem ecclesiæ totius pontificem siue papam, interius potestatem cōferens spiritu sancto suo, exterius autem uerba proferens, quæ sunt, sacramenti uice & potestate, producta.* Petrus *ut aiunt Linū &* Cletum *ordinat sacerdotes atque episcopos, qui sacerdotale & episcopale ministerium* Romano *populo, aduenisq; bene sentientibus ministrarent.* Ipse *uero orationi & prædicationi liberius uacare posset, eos igitur coadiutores sibi elegit assumpsitq;.*

Petrus *primus uicarius* Christi *hunc articulum fidei, primus omnium apostolorum intellexit et credidit simul cū cæteris apostolis. sed magis.*

Signum *autem, quoniam cum de hoc mysterio locutus fuisset* Christus, *abeuntibus retro quibusdam ex discipulis, à signo* Probatio

non sapide sed carnaliter, hanc ueritatem intelligentibus, Christus suos interrogans apostolos, inquit, nũquid & uos uultis abire? Petrus respondit, domine ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes, & nos credemus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei, & hæc quidem, patre reuelãte cœlesti, professus est Petrus sicut & cætera. Decuit nanque ut qui cæteris fidei magisterium & præsulatum ecclesiæ priorem uniuersalioremq; exercere deberet, præ cæteris quoq; in dogmatibus fidei imbuẽdus esset et illustrãdus.

Augusti. dicit qd' Iudas prĩus cõmunicauit

Petrus etiam interfuit cœnæ, & eadem ratione, præ cæteris hoc mysterium didicit quod primus inde & participauit, & confecit, & docuit, atq; intellexit ipse omnium primi magisq;, quod promiserat de pane cœlesti donando suis hac in cœna & sub hoc mysterio Christum adimpleuisse Petrus iterum creditur primus omnium post aduentũ spiritus sancti, hunc articulum Iudæis primo, & inde gentilibus annunciasse, eiusdemq; mirabilem excellentiam præstantiamq; monstrasse, sicut & cætera fidei dogmata. Atq; sacramenta perdocuit illos apostolorum omnium primus Petrus nimirum quia & primus missam celebrasse creditur in Hierusalem, atq; pontificalia administrauit. Nempe secundo actuum dicetur quod erant perseuerãtes discipuli in doctrina apostolorum & communicatione, fractione panis, & orationibus. Hæc quidem Petro pascente eos et conficiente atq; præeunte, facta esse arbitramur.

Anacletus

Anacletus enim inquit sua secunda decretali de Petro. In nouo autem testamento post Christum nostrum dominum, à Petro sacerdotalis cœpit ordo, ut priori capite dictum est. Petrus adhuc Marcũ docet de ueritate euãgelica, & ideo de hoc mysterio sic prædicauit & credidit sicut ille

confitetur Marc.14. cap. Petrus approbat & confirmat euangelium Matthæi et Lucæ atq; Marci, iubetq; illa ab ecclesia recipi atq; legi ut ultimo canone apostolorũ patet. Petrus deniq; cõprobat laudatq; paulinas epistolas sua.2.cap. ultimo, ob id igitur Paulus secum affirmat quicquid de hoc sacramento disseruit. Petrus Clementem & Anacletum successores suos de hoc mysterio docens, illis imperauit ecclesiã docere de illo, ut infra referent, statim audiendi. Petrus ipse celebrans diuina mysteria simul cũ Ioãne, cõsecrat Iacobum fratrem domini episcopum Hierosolymitanũ. Petrus primus uicarius Christi & tota ecclesia primus magister fidei huic ueritati testimoniũ p hibens & de loco & modo sacrificandi atq; cõficiendi hoc mysteriũ & persona siue ministro. Apud clemẽtem decretali tertia sic loquitur.

De qbus et beatus Petrus instructor & ordinator noster & princeps apostolorum, manifeste cunctos audientes instruebat dicens, uidentur mihi qui loquuntur uerba ueritatis et illuminant animas hominum, similes esse radijs solis. Qui ut processerint & apparuerint mundo, celari ultra aut ocultari nullo modo possunt. Dum non tam uidẽtur ab hominibus quã uidere oĩbus, præstãt. Vnde & bene ipsa per se ueritas ad ueritatis præcones ait. Vos estis lux mũdi. Et non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam & ponũt eã sub modio, sed supra candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt, siquis ergo his obedierit deo ut dictum est, magnum munus offert, Qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his sed domino saluatori nostro, cuius legatione funguntur, resistit, propter quod primum est omniũ iustitiam dei regnũq; eius inquirere, & suis iussionibus obtemperare, iustitiam

Clemens, inquit,

De laudibus sacerdotum

Quid iustitia regni Dei — quidem ut recte agere doceamur, regnum uero ut quæ sit merces posita laboris & patientiæ nouerimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autē qui contra uoluntatem eius egerint, pro unuscuiusq; gestis, pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est in præsenti uita positos, oportet nos cognoscere uoluntatem dei, ubi & agendi & sacrificandi est locus. Quoniam in alijs locis sacrificare & missas celebrare non licet, nisi in his in quibus episcopus proprius iusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato tenente uidelicet ciuitatem consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda nec rite celebranda docente nos nouo et ueteri testamento.

Cap.1. decretalis.2 — Petrus tandem de hoc mysterio præcipue loquens, & de alijs sua secunda sic inquit, quomodo omnia nobis diuinæ uirtutis suæ, quæ ad uitam & pietatem donata sunt, p cognitionem eius, qui uocauit nos, propria gloria & uirtute, per quem maxima et pretiosa dona nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ &c. Palam autē est inter dona promissa & à prophetis relata, hoc mysterium, maximum esse donorū in hac uita, à deo nobis donatū. Simulq; manifestum est, per rem huius sacramēto, nos fieri consortes diuinæ naturæ. Quoniam caro dei, unitiuus & transformatiuus est cibus noster atq; deificans nos, & ut Cyrillus inquit, super.17. Ioan. unum maxime cū deo efficimur de quo satis lib.2. uia.2. & infra.

Petrus corpore & sanguine domini reficit celebrans, sanctos Processum & Martinianum in carcere, ab ipso baptizatos, & ad martyrium uocatos. Quare consentaneum est antequā properaret Petrus ad crucis patibulū pro Christo ferendum, se sanctumq; Paulum sibi collegam, eodē cor

pore domini sanguineq; refecisse, quoniam scitissima erat, consuetudo & lex, non exire ad palmas, Christi martyres, nisi prius de sanguine domini potātes fortissimi facti essent pro eodem domino effundere sanguinem. Testibus Tertul liano & Cypriano. Lex martyrum

Linus (ut quidam uolunt, Clemente sic uolente) Petro successit, primus, qui cum sedisset annos.11. Ex sacris ordinibus bis in urbe habitis, inter missarum solemnia episcopos 11. creat, Sacerdotes uero.18. Ferunt autem alij hos sedisse annos Petro cōministrando, eiusq; iussu consecrasse episcopos & sacerdotes prædictos. Linus

Cletus (ut priores uolunt, etiam Clemente cōsentiente) Lino successit, qui sedit ānos.12. Atq; ex beati Petri præcepto.25. presbyteros in ordinem redegit. Tum quoq; aliorū opinione, ānos illos.12. Petro cōministrauit, sicut et Linus. Cletus

Clemens huius nominis primus, immediatus Petri successor, eoq; sibi per manus pontificatum uniuersalem tradē te, ut refert Petri factum isdem Clemens in priori epistola ad Iacobum fratrem domini, testaturq; idem Leo.2. natione Siculus pariter doctissimus sanctissimusq; pōtifex in sua quadam decretali, sedit annos.9. qui inter missarum solemnia de mense Decembri consecrat sacerdotes.10. episcopos 15. Atq; de hoc sacramento in.2. sua decretali sic inquit. Tribus enim gradibus cōmissa sunt sacramenta diuinorum secretorum. i. presbytero diacono & ministro. Qui cum timore & tremore clericorum reliquias fragmentorum corporis domini custodire debent ne qua putredo in sacrario inueniatur ne quomodo negligenter agitur partium corporis domini grauis īferatur iniuria, cōmunio enim corporis domini nostri Iesu Christi si negligenter erogetur et pre- Clemēs papa & martyr Eucharistiæ partes seruandæ

ſbyter minora nõ curet admonere officia graui anathemate et digna humiliationis plaga feriatur, certe tanta in altario holocauſta offerãtur quãta populo ſufficere debeãt, quæ ſi remanſerint in craſtinum non reſeruentur, ſed cum timore & tremore clericorum diligentia conſumantur, qui autem reſidua corporis domini quæ in ſacrario relicta ſunt conſumunt, non ſtatim ad cõmunes cibos accipiendos cõueniant ne putent ſanctæ portioni cõmiſcere cibum qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum funditur. Si ergo mane dominica portio editur uſq; ad ſextam ieiunent miniſtri qui eam conſumpſerunt etſi tertia uel quarta hora acceperint ieiunent uſq; ad ueſperam ſic ſecrete ſanctificatione æterna cuſtodiẽda ſunt ſacramenta.

De uaſis — *De uaſis ſane ſacris, ita gerendum eſt altaris palla, cathedra, candelabrum, et uelum, ſi fuerint uetuſtate conſumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea quæ in ſanctuario fuerint male tractari, ſed incendio uniuerſa tradantur. Cineres quoq; eorum in baptiſterio, inferantur, ubi nullus tranſitum habeat, aut in pariete aut in foßis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinetur. Nemo per ignorantiam clericus, palla mortuum credat obuoluẽdum, aut diaconus ſcapulas aperire uelit, quæ fuit in altari aut*

Pœna — *certe quæ data eſt in menſam domini. Qui hæc fecerit, uel leuiter quaſi nihil & negligenter habuerit diuina myſteria, diaconus biennio ſexq; menſibus a dominico alienus erit altari, graui percuſſus anathemate. Quod ſi clericum, preſbyter non cõmonuerit, decem annis & quinq; menſibus excõmunicatus ſit, propter qđ de dominicis ſacramẽtis ſubiecta ſibi nõ cõmonuerit miniſteria, & poſtea cum graui humilitate matri reconcilietur eccleſiæ. Pallas uero quæ in ſan*

De pallis lauandis

ctuarij sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris, iuxta sacrarium lauent, non eijcientes foras e sacrario uelamina dominicæ mensæ, ne forte puluis dominici corporis male decidat à Syndone foris obuoluto. Et erit hæc operāti peccatum, idcirco intra sacrariū ministris præcipimus, hæc sancta eum diligentia custodire.

Infra, Præcipimus etiam ne cui exteriori ecclesiæ siue laico, de fragmentis oblationū ponatur ad mēsam. Vnde si scis tu, qui paßim sacrarij panes impendis? Vnde nosti si à mulieribus mundi sunt? Hinc & Dauid, ab Abimelech sacerdote interrogatus, cum panes sibi ad manducandum posceret, si mundus esset à mulieribus, cum se mundum ante triduū profiteretur, panes propositionis manducauit. Ministri altaris presbyteri siue diaconi ad dominica tales eligantur officia, qui ante ordinationem cōiuges suas reliquerunt. Qđ' si post ordinationem ministros contigerit, propriæ inuadere cubile uxoris, sacrarij non intrēt limina, nec sacrarij portitores fiant, nec altare contingant, nec ab offerentibus holocausti oblationem accipiant. nec ad dominici corporis accedant. Aquam sacerdotum porrigant manibus hostia forinsecus claudant, minora gerent, officia.

Petrus

Castitas sacerdotum uetustißima

Infra, Vniuersa hæc cum mā suetudine ecclesiastica cōplectenda sunt ministeria negotium enim dei non decet negligenter expleri. Alerum atq; iterum de fragmentis dominici corporis demandamus, calicem uero ad perferendum sanguinem domini præparatum cum tota ministerij munditia minister præparet, ne non bene lotus domini calix diacono peccatum fiat offerenti: itaq; cum omni honestate cūcta quæ supra exposuimus, oportet impleri. Tales ad ministerium eligantur clerici, qui digne poßint dominica sacra-

Petrus

Ministri

mēta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui poßint digne opus dñi exercere, quàm multos inutiles qui onus graue ordinatori adducāt. A principio epistolæ usq; in hunc locum de sacramētis delegaui bene tuendis, ubi non murium stercora inter fragmenta dominicæ portionis appareāt, neq; putrida per negligentiam remaneant clericorum, & conuenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum uiderint magis cum rediculo & fastidio uideantur accipere, & in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorū ultra hæc dißimulet aut negligere nullatenus audeat, sed libenter quæ missa sunt explicat et sacramenta diuina nequaquam negligenter cōtractet. Petrus autem qui apostolus et docuit & præcepit Clementem sic docere et scribere. Vnde in fine epistola sic, inquit, Hæc igitur frater Iacobe de ore sancti Petri iubētis audiui. Siquis hæc præcepta non integre custodierit sit anathema usque ad aduentum domini nostri Iesu Christi. Hæc præcepta à sancto Petro apostolo accepi & tibi carißime frater insinuare curaui ut seruari præcipias omnia sine macula. Hæc beati Petri præcepta ad longum produximus relata à beatißimo Clemente papa, ut noscant ecclesiæ catholicæ filij, antiquitatem sacramenti huius, ministerimm altaris, modum celebrandi missam, huius sacrificij in ecclesia sanctißimam celebritatem, adorationem, cultum, custodiam sacramēti, atque in fragmentis uel particulis dominici corporis præsentiam esse diuscule conseruatis, loco decentißimo. Similiter de uasis & pallijs ad hoc mysteriū pertinētibus, ample contradictum est à Petro Christi uicario et eius fidei pro magistro in tota ecclesia sancta dei. Demumq; hæretici audientes cō

[Margin: *Custodia mundities* — *Qd' à Petro hæc dicta sunt* — *Summa*]

fundantur & pereant. Isdem sua. 3. inquit, quapropter cun Clemens
ctis fidelibus & summopere omnibus presbyteris & diaco
nibus ac reliquis clericis attendendũ est, ut nihil absque epi
scopi proprij licentia agant. Non *utique missas sine eius iuß*
su quisquam presbyterorum in sua parrochia agat. Non *ba*
ptizet nec quiquam absque eius permissu faciat.

Cap. 19. De *secundo centenario.*

Anacletus *papa & martyr discipulus* Petri *& ab eo* papa Anacletus
presbyter ordinatus sua prima decretali sic inquit. Deo. n.
perfecte sanctificantes non debent uexari, Sed *portari, con*
solari, atque ab omnibus uenerari. Ipsi *autem quando do=*
mino sanctificant, non soli hoc agere debent, sed testes secũ
adhibeant, ut domino perfecte in sacris deo sacrificare lo=
cis probentur. Ait *nanque authoritas legis diuinæ.* Vide *ne* Deuter. 12
offeras holocausta tua, in omni loco quæ uideris, sed in lo
co quem elegerit dominus deus tuus. Episcopus *deo sacrifi*
cans testes, ut præfixum est, secum habeat & plures quam
alius sacerdos, sicut enim maioribus gradibus dignitatis
fungitur, sic maioris testimonij incremento indiget. In *so=*
lemnioribus quippe diebus, aut septem, aut quinque, aut
tres diaconos, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos at= Diaconi
que alios ministros secum habeat, qui sacris indutis uesti= sunt oculi
mentis, in fronte & à tergo, & presbyteri è regione de= episcopi
xtra læuaque, contrito corde & humiliato spiritu, ac pro=
no stent uultu, custodientes eum à maleuolis hominibus, &
consensum eius præbeant sacrificio. Peracta *autem conse=*
cratione omnes cõmunicent qui noluerint ecclesiasticis ca=
rere liminibus, sic enim & apostoli statuerunt, & sancta te
net Romana *ecclesia, seruite, inquit dominus per prophetã*

Ecce adoranda eucharistia Regula Præcepta maiorū seruanda sūt

Dauid, in timore & exultate ei cum tremore. Adorate pure, ne forte irascatur & pereatis de uia iusta. Ille enim non perit de uia qui recte graditur & præcepta maiorum custodit. Sedit hic annos. 9. tum quoq; inter missarū actiones sacris ordinibus munit presbyteros. 5. mense Decembri habitis atq; episcopos. 6.

Euaristius papa & martyr Papias Ioannes senior Aristo quadratus Aristides

Euaristus papa & martyr sedit annos. 9. præsbyteros que consecrans de mense Decembris. 7. episcopos numero 5. Titulosq; in urbe Roma distribuit diuisitq; presbyteris Traiani temporibus imperatoris fuit, & Hadriani. Huius tempore Papias Hieropolitanus episcopus fuitq; Ioannis auditor. Et Aristonis. Quadratus quoq; apostolorum discipulus claruit iisdem temporibus, qui & librum Hadriano obtulit de honestate christianæ religionis. idem fecit Aristides Atheniensis philosophus.

Alexāder papa & martyr Agrippa castor Paßio dñi miscēda in oblationibus missarum Erant uariæ ergo hęresis tūc de materia

Alexander papa & martyr sedit annos. 10. quiq; mense Decembri inter missarum solemnia cōsecrat presbyteros. 5. episcopos etiam numero. 5. ætate hic iuuenis fuit senior uero moribus castis, sub Helio Hadriano. Sub cuius tempore Agrippa cognomento Castor (cuius memoriā fecimus li. 1. ca. 3.) in Basilidē hæreticū doctißimas scripsit cōfutatiōes. Alexander papa & martyr sua prima ad omnes orthodoxos sic, inquit. In sacramentorum quoq; oblationibus, quæ inter missarum solemnia domino offeruntur, paßio domini miscenda est, ut eius cuius corpus & sanguis conficitur paßio celebretur, ita ut repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum & uinum aqua permistum, in sacrificio offeratur, non debet enim ut à patribus accepimus, & ipsa ratio decet iu calice domini, aut uinum solum, aut aqua sola offerri, Sed utrunq; permistum, quia utrūq; ex latere eius,

in paßione sua profluxiſſe legitur. Ipſa uero ueritas nos in= ſtruit calicem & panem in ſacramento offerre, quando ait accepit Ieſus panem & benedixit, deditq; diſcipulis ſuis di cens, accipite & mauducate, hoc eſt enim corpus meum, quod pro nobis tradetur, ſimiliter poſtquam cœnauit acce pit calicem, deditq; diſcipulis ſuis dicens. Accipite et bibite ex eo oẽs, Quia hic eſt calix ſanguinis mei, qui pro uobis fundetur in remißionem peccatorũ. Crimina enim atq; pec cata, oblatis his domino ſacrificijs delentur, idcirco & paßio eius in his cõmemoranda eſt, qua redempti ſumus, & ſæpius recitanda, atq; hæc domino offerenda. talibus hoſtijs delectabitur & placabitur dominus, & peccata di= mittet ingentia. Nihil enim in ſacrificijs maius eſſe poteſt quã corpus & ſanguis Chriſti, nec ulla oblatio potior eſſe poteſt. Sed hæc oẽs præcellit, quæ pura cõſcientia domino offerenda eſt, ut pura mente ſumenda, atq; ab omnibus ue= neranda. Et ſicut potior eſt cæteris ita potius excoli & ue nerari debet.

Sixtus papa & martyr ſedit annos. 10. Atq; inter miſſa rum excubias epiſcopos ordinat. 4. & preſbyteros. 11. de menſe Decembris, etiam ſub Elio Adriano, qui peregrinũ Romanum ciuem Gallis iam conuerſis miſit, quos confir= maret in fide. Ad cuius uſq; tempora Aquila Ponticus. 2. le gis interpres peruenit. Sixtus papa & martyr ſua ſecunda ad omnes epiſcopos ſic inquit, In concilio Romano ſtatutũ fuiſſe, cognoſcat ueſtra ſapientia charißimi fratres, quia in hac ſancta ſede apoſtolica, à nobis & reliquis epiſcopis cæteriſq; domini ſacerdotibus ſtatutũ eſt, ut ſacra uaſa nõ ab alijs quam à ſacratis dominoq; dicatis contrectentur ho minibus. Indignum enim ualde eſt ſacra domini uaſa quæ-

euchariſtię

Aqua in calice uino miſcẽda eſt

Delentur crimina p ſacrificiũ euchariſti cum

Delectatur deus tali= bus hoſtijs & placa= tur eucha= riſticis.

Adoranda euchariſtia

Sixtus pa= pa & mar tyr

Peregri= nus mar= tyr

Aquila hæ breus

Concilium Romanũ

Vasa sacra cunq; sint, humanis usibus seruiant, aut ab alijs quam à domino famulantibus eiq; dicatis tractentur uiris, ne pro talibus præsumptionibus iratus dominus plagam imponat populo suo, & hi etiam qui non peccauerunt mala patiantur, aut pereant, quia perit iustus sæpissime pro impio. Attendite fratres ne talia uestris in ecclesiis permittatis deinceps fieri, ne grex empta Christi sanguine in præcipitium (quod absit) ruat. Isdem Sixtus papa constituit, ut missarũ actionem sacerdote incipiente, populus hymnum decantaret Seraphinorũ, Sanctus sanctus sanctus dñs deus Sabaot. Thelesphorus sua prima omnibus episcopis, inquit. Nocte uero sanctæ natiuitatis Christi domini saluatoris, missas celebrent, et hymnum angelicum in eis solemniter decantẽt, s. sacerdotes et clerici. Quoniam subito facta est in eadem nocte cũ angelo, ad pastores multitudo militiæ cœlestis Laudantium deum & decentium, Gloria in altissimis deo, &c. Reliquis enim temporibus, missarum celebrationẽ diei ante horam tertiam minime sunt celebrandæ, & quia & eadem hora dominus crucifixus est, & super apostolos spiritus sanctus descendisse legitur. Ab episcopis autem idem angelicus hymnus pro tempore & loco, in missarum solemnijs celebrandus est, atq; solemniter recitandus. Ipsi.n. qui proprio ore corpus domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atq; timendi, & non dilacerandi, aut detrahendi, quia à quibus se domini populus bñdici saluari et instrui cupit nullatenus debet eos arguere, nec uulgus in eorum accusatione suscipi. Telesphorus Anachorita papa & martyr sub Antonino Pio, Sedit annos .11. mense Decembri inter missarum solemnia consecrat presbybiteros .15. episcopos .13. Huius temporibus Iustinus philosophus Antonino

nõ tangenda à laicis usuq; laicorum nec aptanda

Sixtus

Thelesphorus papa et martyr

Concilium Romanũ hoc statuit sub eo

Missæ celebrẽtur hora tertiarũ

Sacerdotes conficiunt corpus domini ore proprio

Iustinus philosophus & martyr

filijs q; pro christiana religione librum offert, scribitq; contra Marcionem hæreticum.

Ignius papa et martyr, oẽs basilicæ cũ missa debẽt semp cõsecrari, et ecclesiæ destructæ, sedit annos. 4. cõsecrat dũ celebrat presbyteros. 15. episcopos. 6. de mẽse Decẽbris, sub Antonio Pio, sub cuius tẽporibus Polycarpus Ioãnis apostoli discipulus smirneus episcopus Romã uenit, Marciõis & Valẽtini hæreses ualidissime cõfutans, Melito quoq; Sardensis episcopus Frontonisq; discipulus librũ de doctrina christiana. M. Antonio tradidit. Theophilus quoq; episcopus Antiochẽsis scribit cõtra Marcionẽ atq; aduersus Hermogenis hæresim materiã deo cõparãdo coæternã deũq; appellãtis. Ignius papa & martyr. De conse. 2. distin.

Pius papa & martyr inquit. Si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in terram, lingua lambatur, tabula radatur, & si non fuerit tabula, ut non conculcetur locus, corrodatur & igne consumatur, & cinis intra altare recondatur, & sacerdos quadraginta diebus poeniteat. Si super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteũ altaris & ad aliud stilla peruenerit, quatuor diebus pœniteat, si usq; ad tertiũ, nouem diebus pœniteat. Si usque ad quartũ, uiginti diebus pœniteat, & Linteamina quæ tetigerit stilla, tribus uicibus minister abluat, calice subterposito, & aqua ablutionis sumatur et iuxta altare recondatur. Isdẽ, ut de oblationibus quæ offeruntur à populo, & consecrationibus quæ supersunt, uel de panibus quod deferunt fideles ad ecclesiam, ut certe de suis presbyter cõuenienter partes incisas habeat, in uase nitido & conuenienti, ut post missarum solemnia, qui cõmunicare non fuerint parati, elogias omni die domi nico, & in diebus festis exinde accipiant, quæ cum benedi= Pius papa & martyr. Pius. Ergo ultra diẽ domini erãt tunc alij dies festi

ctione prius faciat.

Sother papa & martyr Sother papa & martyr imperante Cōmodo Antonio Lucio pontificatur, qui inter missarum solemnia. 8. consecrat presbyteros, episcopos autem. 11. numero creat. Dionysius Corinthiorum episcopus sub ipso claruit, & Clemens Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, qui & librum stromatum .i. uarietatum. 8. diuisum, conscribit, partibus, atque librum informationum, quem magistrum Origenis faciunt. Sother igitur inquit. Vt illud diuini oraculi monentis singuli præcaueant, quo scribitur. Væ soli quia cum ceciderit, non habet subleuantem, summopere uerendum est nobis atque cauendum, ne horis illis atque temporibus quibus Deo psallitur, uel sacrificatur unicuiq; diuinis singulariter officijs insistenti, pernitiosa paßio uel q̄ libet corporis inualitudo occurrat quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione uel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, ut ubi temporis, uel loci, siue cleri copiæ suffragatur, habeat qsquis ille canens deo atq; sacrificans, post se uicini solaminis adiutorem, ut si aliquo casu ille qui officium impleturus accedit, turbatus fuerit, uel ad terram elisus, a tergo semp habeat, qui uicem eius exequatur intrepidus, et officium inceptum adimpleat censemus ergo conuenire, ut enim à sacerdotibus missarum tempre sacra mysteria consecrantur, si ægritudinis accedat aliquis euentus, quo cœptum nequeat expleri mysterium, sit liberum episcopo uel presbytero uel alij, ut consecrationem expleat officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs competit, quam aut incipientis, aut subsequentis, explenda benedictio sacerdotis, quia nec perfecta uideri possunt, nisi perfectionis ordine cōpleantur.

De consecra. dist. 1

Hiere.

1. cor episcopo non diacono aut minoris orationis clerico

pleantur. Cum enim unum sumus in Christo oēs, nihil contrarium diuersitas format, ubi efficaciā prosperitatis, unitas fidei repraesentat. Quod etiam cōsultum cuncti ordinis clerici, inditum uel indultum esse, sibi non ambigant, sed ut praemissum est, in praecedentibus statim alij pro complemēto succedant. Ne tamen quod naturae langoris causa consulitur, in praesumptionis pernitiem conuertatur, nullus post cibum potumq; siue quodlibet minimum sumptum, missas facere. Nullusq; absq; patentis molestiae prouentu, minister uel sacerdos, cum coeperit, imperfecta officia praesumat omnino relinquere. Siquis haec temerarie praesumpserit excōmunicationis sententiam sustinebit. De cōsecra. pri. ut illud.

Ratio constituti est qualibet

Ieiunus celebret

Et īcohās proficiat omnia

Isdem, hoc quoque statutum est ut nullus presbyterorū missarum solemnia celebrare praesumat, nisi duobus praesentibus sibiq; respondentibus, & ipse tertius habeatur, quia cum pluraliter ab eo dicitur. Dominus uobis cum & illud orate pro me, aptißime conuenit, ut et ipsius respondeatur salutationi. Isdem, in coena domini à quibusdam praeceptio eucharistiae negligitur, quae quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus exceptis his quibus pro grauibus criminibus inhibitum est praecipienda sit ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam poenitentes eadem die ad percipienda corporis & sanguinis dominici sacramenta recōcilientur. Hic deniq; constituit ut nulla monicha pallam sacratam in ecclesia tangat, neq; etiam incensum in altari ponat.

Sother de conse. 1

Solus nullus sacra mysteria celebret

Ecce antiquus usus missae

Sother De conse cra. 2

Eleutherius martyr et pontifex sub lucio Antonino Cōmodo pontificatur, consecrat dum celebrat presbyteros. 12. episcopos ordinat. 15. Luciū Britanum regem per fugatiū & Damianum baptizat cum populo suo. Hic primus ciborum liberum usum instituit quorumcunq; hominibus assuetis

Eleutherius papa martyr

tum, Sub hoc pontifice pax ecclesiæ data est, quamobrem christiana religio mirum in modum aucta est. Romæ potissimum, ubi ex senatoribus pleriq; in Christi uerba iurant.

Apollõius orator & martyr — Tunc Apollonius insignis uiget orator, qui etiam uoluit solus in hac pace pro Christi gloria mori, dũ tñ de laudibus christianæ fidei accuratißime p oraret ante martyriũ suũ.

Victor papa & martyr — Victor papa et martyr sub Helio Pertinace creditur põtifex, sub quo de paschali die lis magna prodijt Policrate Ephesorum episco. cum quibusdam alijs profitente. 14. Luna cum Iudæis pascha celebrandum. Contra Victor & occidens totum seruari mandabat Romanæ sedis consuetudiniem, quæ dominico die à Petri tẽporibus pascha celebrat. Theophilus Palæstinæ episcopus p omnia Victoris decretum obseruat. Vnde & Palæstinæ Synodus indicitur atque idipsum in eadem diffinitur. Voluitq; Victor, renitẽtes anathematis ferire mucrone. Nisi Hireneus tũc uel præsul Lugdunensis, seruandam unitatem, cũ diuersitate paschalis sensus, literis Victori persuaderet, Cuius rapsodiam intersero in hac uia, quoniam, Sacramenti eucharistici ueritatem manifestat, pro cuius dictorum intelligentia sciendum, Eucharistiam sanctam, quoniam uere domini corpus cõtinet. Ideo inter fideles fuisse sicut nũc est sacramentum signumq; potißimum unitatis fidei & charitatis, ut sæpe dictum est, ut qui illam participarent unius eiusdemq; fidei & ecclesiæ Christi catholicæ unitißima membra essent. At ediuerso diuisionis & scismatis signum esset in illa non participare neque cõmunicare. Ad Victorẽ papam Hireneus scribit quomodo licet Asiani plurimi discordarent de paschali die celebrando dominico, tamen eos ab unitate separare non deberet, quoniam ait. Et illi omnes ante Sotherẽ presbyteri,

Eusebius 5. de ecclesia histo. ca. 24

Hireneus in epistola ad Victorem

qui ecclesiæ cui tu nunc præes sacerdotium tenuerunt. Anicetum, dico, Pium, Higniumq́; & Thelesphorum, & Sixtum, neque ita tenuerunt, & tamen cum illis qui ita non obseruarent pacem semper habuerunt, &c. Nunquam *tamen ob hoc repulsi sunt ab ecclesiæ societate, aut uenientes ab illis partibus non sunt suscepti, immo potius & omnes presbyteri qui fuerunt ante te omnibus semper, qui non ita obseruabant presbyteris ecclesiarum euchariſtiam solemniter transmittebant.* Beatus autem Policarpus cum ad urbẽ Romam uenisset sub Aniceto, cumq́; de alijs nonnullis parum quid habuissent inter se, statim tamen coissent in pace, de hac quæstione ita egerunt, ut non unusquisque sententiã suam obstinata cõtentione defenderet. Neque enim aut Anicetus Policarpo suadere poterat, ut non obseruaret ea, quæ nouerat Ioannẽ discipulum domini nostri, uel cæteros apostolos, cum quibus semper fuerat, obseruasse, neque rursum Policarpus Anicetum persuasit ea deserere, quæ ille dicebat à se maiorum more seruari. Cumque hæc ita inter se habuissent, cõmunicarunt sibi inuicẽ ita, ut concederet Anicetus Policarpo etiam sacerdotali ministerio honoris duntaxat contemplatione perfungi, & ita ab inuicem plena fide pace integra et firma charitate discedunt. Claruerũt sub Victore Policrates dictus, Narcisus Hierosolymitanus episcopus Hireneus hæreticorum malleus, Appion qui examеron scripsit, Sextus, et Arabianus doctißimi, Iudas quod Christoriagraphiam scripsit.

De tertio centenario. Cap. 20.

Zepherinus papa & martir fecit constitutum de ecclesia, ut patenas uitreas (nunc uero argenteas) ministri ante sacerdotes portarent, dum episcopus missam celebraret, & Zepherinus papa & martir

Propter pauperta= tem — ut sacerdotes omnes astarent, dum sic missæ celebrarentur qui etiam ordinationes fecit presbyteros. 13. episcopos. 13. inter missarum agenda. Instituit ut omnes adulti christiani in omni paschali die publice cõmunicarẽt ex quo ca. omnis utriusq; emanat.

Calixtus papa & martyr — Calixtus papa & martyr, sicut & Zepherinus usque ad Seueri tempora peruenit et Caracallæ Antonini, presbyteros. 16. episcopos. 8. creat in sacris. Adiudicauit autẽ eos hæreticos esse dicentes, sacerdotem post crimen cõmissum, etiam si dignam subijsset pœnitentiam ad pristinum honorem redire non posse; qui primus ædificauit in trãstiberina regione basilicam in honorem beatæ Mariæ uirgnis, Sub huius tempore Tertullianus apher centurionis proconsidis filius clarus habetur diuini Cypriani præceptor, quo etiam & Origenes præclara gerebat in sacris exponendis scripturis. Ab Calixto. 4. temporum ieiunia inchoata dicũtur.

Vrbanus papa & martyr — Vrbanus papa & martyr, Marco Antonio Aurelio filio Caracallæ imperante põtificatur, Sub quo Aphricanus temporum scriptor celebris habetur, & Trypho Origenis discipulus scripsit de uacca ruffa indeuterono. Alexander quoq; Hierosolymitanus episcopus, qui bibliothecam insignem in sua instituit ecclesia. Claret Minutius item felix insignis Romæ causidicus, dialogi scriptor disputatis inter christianum & ethnicum, & contra mathematicos scripsit satis docte. 9. episcopos. 9. presbyteros creat.

Pontianus papa & martyr — Pontianus papa & martyr, sua prima Decretali ad Felicem inquit. De sacerdotibus autem domini quos uos audiuimus contra paucorũ hominum insidias adiuuare, eorumq; causas portare, scitote uos in eo ualde deo placere, qui sibi eos ad seruiendum asciuit, & familiares in tantum sibi esse

uoluit, ut etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atq; eo Ecce con=
rum peccata donaret, sibiq; reconciliaret. Ipsi quoq; pro *fessio*
prio ore corpus domini conficiunt, & populis tradunt. De Cõficiunt
illis enim dictum est, qui uos contristabit, me contristabit, corpus do
Et *qui uobis facit iniuriam, recipiet id quod inique* mini *facer*
egit, & alibi. Qui uos audit me audit, & qui uos dotes
spernit me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum,
qui me misit. Hi enim non *sunt infestandi, sed honoran=* Zacha. 2
di, in eis quoq; dominus honoratur, cuius legatione fun- Lucæ. 10
guntur. Sub Alexandro *claret imperatore, presbyteros. 6.*
totidemq; episcopos sacris ordinationibus statuit, à Mam
mea Alexandri *imperatoris matre ut Christum scirent, tũc*
Romam *uocatus* Origenes *ab* Antiochia, *et se filiumq; in=*
strueret in Christi fide.

Antherus papa & martyr, sub Maximino *imperatore* Antherus
ecclesiæ præest, qui unum tantum creat episcopũ. Sub *quo* papa &
Aphricanus *etiam uiget, ad* Origenem *scribens epistolã de* martyr
Susannæ historia. Geminus *quoq;* Antiochenus *presbyter,*
& Heraclias Alexandrinus *episcopus sub* Anthero *clarue=*
runt, qui episcopum ad aliam transferri permittit ecclesiã
tantum ob ouium salutem minus uero ob lanæ carnium aut
lactis opulentiam.

Fabianus *papa & martyr illapsu. s. s. in formam colum* Fabianus
bæ albissimæ designatus a deo pontifex. Sub Philippis papa &
primis christianis imperatoribus patre & filio, Philippus martyr
pater nunquam sacram eucharistiam adire uoluit, nisi con=
fessus, atq; inter pœnitentes cõmorabatur accessurus ad my
steria sacra. Fabianus *sua secunda ad oriẽtales episcopos.* In
illa enim die dominus Iesus *postquam cœnauit cum di=*
scipulis. Et *lauit eorum pedes (sicut à sanctis apostolis præ*

deceſſores noſtri acceperunt, nobisq; reliquerunt) chriſma conficere docuit, Ipſa enim lauatio pedum, noſtrum ſignificat baptiſmum, quando ſancti Chriſmatis unctione perficitur atq; confirmatur, nam ſicut ipſius diei ſolemnitas per ſingulos annos eſt celebranda, ita ipſius ſancti Chriſmatis conſtrctio per ſingulos annos eſt agenda.

Corolla. Singulis ãnis celebrãda eſt ſolẽnitas cœnę domini

Hinc pſpice lector ſanctum hũc põtificẽ dicere quod ipſius cœnæ dñi per ſingulos annos celebranda eſt ſolẽnitas. Manifiſtum autem eſt qđ cœna domini huius ſacramenti inſtitutio eſt, in qua dominũ iã inquit, lotos diſcipulos cõueniſſe, quoniã tãti ſacrificij participatio probatos lotosq; præexigit, conuiuatores. Hic celebrans, preſbyteros. 22. conſecrat, & 11. epiſcopos creat, per hunc ſanctum ponti ficem hæreſis Helcheſitarum exterminatur negantium Pauli epiſtolas, atq; non peccare oretenus Chriſtum negare quẽ quam in tormentis, dum tamen cordis recti ſit & integri.

Fabianus

Quare ſacerdotes à Deo inſtituti ſunt

Iſdem in eadẽ Decretali inquit. Sacerdotes quoq; dominus ſibi elegit ut ſacrificent ei, & offerant oblationes domino, leuitas quoq; ſub eis eſſe iuſſit in miniſterijs eorum numerorum. 3. Fabianus meminit cõmunionis capitulo quicunq; ſciẽs, ſi peierauerit quadragınta dies in pane & aqua, et ſeptem ſequentes annos pœniteat, & nunquam ſit ſine pœnitentia, & nunquam in teſtimonium recipiatur, cõmunionẽ tamen poſt hoc percipiat. Fabianus ſtatuit, & ſi non frequentius, ſaltem in anno ter, homines cõmunicent, niſi forte, quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur, in paſcha, uidelicet & penthecoſte & natali domini. Fabianus præcepit, decerminus ut in omnibus dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus uiris & mulieribus fiat, tam panis quam uini, ut per has immolationes a peccatorum ſuo-

Fabianus

Fabianus

De conſe. prima

Fabianus

rum fascibus liberentur, quoniam ex his oblatis portio sufficiens, in hostiā cōsecrādam oratione sacerdotis eligeba- tur, quæ cōsecrata ministerio sacerdotali corpus et sanguis domini conficiebatur, īmolatio pro peccatis, & participatio fidelium in uitam æternam, ut Christus ipse instituit dominus & saluator, & ea erat antiqua consuetudo laudabilis quidem ut de oblatis pane & uino, conficeretur eucharistia. Fabianus deniq; instituit. Sacrificium, non est accipiēdum de manu sacerdotis, qui orationes uel actiones, & reliquas obseruationes in missa, secundum ritum implere nō potest. Attendant nunc Lutherani inuentionum falsarum congerrones, quanta obseruantia & modo pijssimo missa celebranda est cerimonijsq;, cum sacer hic pontifex destricte præcipiat, & antiquißimum morem missandi talem esse decernat.

Et hodie hæc obseruatur consuetudo, sed altero quidem modo, & quotuplex. Et in defūctorū exequijs solet hoc attendi, sine an niuersarijs Fabianus Corolla.

Cornelius papa et martyr. Decij temporibus fuit. Ordinat presbyteros. 4. episcopos autem. 7. Nouatianorum hæresim damnat, sub quo Dionysius Alexandrinus episcopus claret doctrina insignis. Et Cyprianus Carthaginensis inuictus Christi martyr, qui ambo Nouatianorū hæresim doctißime confutant, qui etiam florebant sub Fabiano, nam sunt epistolæ utrorumq; ad Corneliū et Fabianū pōtifices.

Cōtra Lutheranos Cornelius papa & martyr

Lucius papa & martyr imperante Gallo Hostiliano, et Volusiano sic præcipit. Ministri altaris presbyteri, siue diaconi, ad dominicalia eligantur officia, qui continentiam seruēt, si uero post ordinationem suam, ministros cōtigerit, propriæ uxoris, inuadere cubile, sacrarij nō intrent limina neq; sacrarij portitores fiant, neq; altare contingant, neq; ab offerentibus, holocausti oblationem suscipiant. Neq; ad dominici corporis portionem accedant, neq; propinquēt,

Lucius papa & martyr Di. 81 Castitas sacerdotum perpetua

neq; sine maioris natu authoritate maiora gerant officia, urceum sane ad altare, uel calicem non suggerant. Vacauit ter ordinibus sacris. 4. presbyteros: & 7. ordinans episcopos. sub hoc martyr efficitur magnus Cyprianus, qui ante martyrium In sententiam Lucij uenit de non rebaptizando, cuius uitam Pontius presbyter eius, & martyrium eggregio compilauit uolumine.

Stephanus papa & martyr

Stephanus papa & martyr, constituit sacerdotes & Leuitas uestibus sacratis, ĩ usu quotidiano nõ uti sed in ecclesia tantum. Stephanus quoq; inquit, Aliter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam illarum sacerdotes, diaconi, aut sub diaconi, matrimonio copulantur. Istius autem ecclesiæ, nullus sacerdotum, à subdiacono usq; ad episcopum, licẽtiam habet cõiugiũ sortiendi. Quod ideo subiũtũ esse uoluimus, ut Lucij constituto, græcos sacerdotes non astringere, censeatur. Illis quippe permissum est, ex indulgentia (ut Paulus solet) matrimonio uti. sed non qui uices ministrandi exercẽt suas, quoniam hoc etiam lege diuina cernitur exprobatum, quanquam præclarissimos illorum antistites, nõ solum matrimonio uale dixerint, sed sæpe sibi subditos sacerdotes arguerint atq; astrinxerint matrimonij nexibus perpetuo uelle carere. Et quocunq; sit, continentia aut latinis perpetuo indita sacerdotibus, aut græcanicis ad tempus præcepta, magnum argumentum & efficax, latentis deitatis, in sacramento eucharistico, esse probatur. Nempe, si perpetua indiget hæc continentia, altaris sacerdos & lex Christi, sacrificium agitans, certitudo adest in illo (carnis Christi) q̃ nedum continentiam sed uirginitatem perpetuam ex ortu suo præexigit, omnino contineri, quæ suos, suffictos, deal-

Di. 31 Stephanus Continentia sacerdotum Declaratio

Argumentum deitatis in eucharistia

batißima cintos castitate, sicut ipsa est, iubet etiā esse debere. Hic consecrat dum celebrat presbyteros. 6. episcopos. 3. Sub cuius temporibus Malchion eloquentißimus ecclesiæ Antiochene presbyter floruit. At Dionysius Alexandrinus cum Stephano concordat de non rebaptizando hæretico.

Sixtus. 2. papa & martyr, cōmendauit dispensationem dominici corporis sanguiniq; Laurentio archidiacono suo uiro sancto diligenti & integerrimo, qui & Sixtum papam secutus est ad martyrium, ut sibi prædixit, post triduum me sequeris sacerdotē leuita. Hic quoq; præcipit sua secunda Decretali fratribus per Hispaniam constitutis, fratres hortamur uos monemus & flagitamus, ut à tramite Apostolicæ institutionis nequaquam recedatis, nec à capite dißideatis, sed fidem & orationem, quam apostoli & apostolici uiri statuerunt absq; hæsitatione teneatis, nam si colūnæ alicuius magnæ domus corruerint, ipsa postea domus minime stabit, sic & uos qui columnæ ecclesiæ estis si labefactari cœperitis, sancta ecclesia quæ per uos regitur tabescet & labetur, quia ipsa ueritas dixit, uos estis sal terræ qđ si sal euanuerit in quo salietur? Cæterum non est dubiū, qđ fides & ordo fidei hanc sacram eucharistiam cum suo sacrificandi ritu Deuoto exigit, sicut à Christo, ita ab apostolis & suis successoribus prædicatum esse & toto innotuerit orbi.

Sixtus papa. 2. & martyr

Episcopis scilicet Sixtus

A obediendum Romanæ ecclesiæ

Dionysius Alexandrinus episcopus doctus et sanctus Sixto secundo pontifici, de uirtute & ueritate eucharistiæ sic scribit, (quem indubijs fidei sæpe ut mos erat consulere solebat) erat apud nos frater quidam fidelis antiquitus, ante etiam quàm ego episcopus ordinarer, immo & antequam decessor meus Heraclas. Is cum inter es-

Eusebius septimo ecclesiasticæ cap. 4

set his qui baptizantur, & audiret, uel quid interrogarentur, uel quid respondeant, flens acceßit ad me, & procedens ad pedes meos, confiteri cœpit, Se baptisma ab hæreticis aliter suscepisse, quod tamen secundum ea, quæ nunc uideret à nobis ministrari, nec baptismum duceret, eo quod esset repleta blasphemijs omnis illa confeßio, simul & hoc addebat, se in tantum pro hoc errore stimulari, ut nec oculos quidem ad deum auderet erigere, propter quod exorabat, se mundari, et purificari ecclesiastico baptimate, ut gratiam posset consequi spiritus sanctus, quod ego facere ausus nō fui, sed dixi, posse ei sufficere tam multi temporis cōmunionem quam in ecclesia consecutus est, per hoc quod à nobis eucharistiæ suscipiens donum, Rñderet amen. Ex quo & per singula potuisset ipsa sacramentorū uirtute purgari, cohortabatur igitur, eum debere confidere fidei suæ, & conscientiæ iam purgatæ, & ante omnia, quod tamdiu in sacramentis nobis iam particeps fuerit. Sixtus ergo dū missarum solemnia recolit, presbyteros.4.consecrat, episcopos autem duos creat, sub quo clarescunt Laurentius & Valerius diaconi.

Gratia dati per baptisma

Attēde qd credidit de eucharistia iste episcopus presbyter propter præsentiā dei extra in illa

Dionysius

Dionysius papa, Claudio imperante.2.pontificatur, cui succeßit & Quintilius frater, sub hoc pontifice Paulus samosatenus ab orthodoxa fide desciscens, Artemonis hæresim suscitat abnegantem Christum deum uerū fuisse, sed tantum hominem, qui Antiochenus erat episcopus. Sed Antiochiæ concilio indito, condemnatur, & deponitur. Gregorio Cæsariense episcopo uiro sanctißimo & doctißimo præcipue tunc ueritatem deitatis Christi proficiēte, Malchio presbyter Antiochenus, subtilißime scripsit contra eūdem Paulum confutauitq;. Dionysius et si huic concilio in-

teresse non potuit grauatus senio. Confirmauit tamen gesta concilij. Ad quem sancta synodus maximum Alexandrinũ episcopum eo tempore sanctitate & doctrina clarum desti nauit, rata petens fieri eius quidem gesta, factum est autem dum supbe Paulus resistere sanctæ Synodi diffinitioni uelletq; et in dignitate atq; episcopio perseuerare, nolletq; sanctiori & catholico Antiochiæ instituto per concilium episcopo cedere. Clerus qui tunc fidelissimus esset, Ad Aurelianum imperatorem, christianis nondum inimicum, refert ret, qui percontatus, an quisquam esset inter christianos in religione primas, Responsum est a clero. Romanum pontificem toti præsidere christianæ reipub. quamobrem præcepit Paulo hæretico. Ei cedere dignitatem & ædem. Cui Romanus præceptaret episcopus, eadem esse donanda, qđ factum est, ut armato brachio seculari Paulus ab æde episcopia eijceretur, exulq; fieret etiam à repu. christiana. Dionysius consecrat presbyteros. 12. creat aũt episcopos. 7.

Felix papa & martyr sub Aureliano imperatore, constituit supra sepulchra martyrum, memorias eorũ missasq; celebrari, qui missans presbyteros. 9. consecrat, episcopos autem. 5. Floruit æuo suo Anatolius Laodicenus episcopus doctrina & religiositate clarus. Sicut manes hæreticus, insulsa sua hæresi, plerosq; conturbat. Felix papa & martyr

Euticianus papa & martyr, sub Aureliano etiam pontificatur, qui presbyteros. 14. episcopos uero. 9. ordinat. clarent sub eo Dorotheus Eunuchus in signis græca hebraicaq; lingua, cuius doctrina plurimum delectatum ferũt Aurelianum imperatorem. Ipsius uero Dorothei Sacras exponentis scripturas Eusebius adolescẽs fuit auditor, quo etiam tempore Anatolius Alexandrinus, Laodicenus epi- Euticianus papa & martyr

scopus, in Manicheos, doctissime inuectus est, Euticiani constitutum fuit. Siquis episcopus aut Abbas, presbytero aut monacho suo præceperit missas pro hæreticis cantare, non liceat. Non enim expedit eis obedire.

Caius Dalmatius papa & martyr

Caius Dalmatius papa & martyr, ex genere Diocletiani, Probi tempore fuit & sub Caio Carinoq;, presbyteros consecrat. 25. episcopos. 5. Victorinus petabionensis episcopus sub Caio celebratur in signis doctrina & sanctitate nõ obscurus, qui cõmentaria multa, in utrunq; testamẽtum expandit, ferunt autem & in hæreses plura scripsisse cuius scripta grandia sensu fuisse docti comprobant, quicquid tamen de phrasi ab alijs censeretur. Pamphilus uero presbyter Eusebij Cæsariensis necessarius tunc celebratur, qui bibliothecam ingentem diuinorum uoluminum aggregauit. In Cæsariensi ecclesia, qnam Hieronymus tanta auiditate perlegit, ut Cræsi diuitias se consecutum opinaretur.

Marcellinus papa & martyr

Marcellinus papa & martyr, sub Domitiano & Maximiano imperatoribus pontificatur, anno ab urbe condita 1004 1. presbyteros consecrat. 4. & . 5. episcopos creat, sub eo martyrum ingens exercitus candidatus fero Diocletiano suoq; collega sæuientibus deo consecratur. A quibus timore & promissis Marcellinus decipitur ita ut thura dijs exhiberet. Sed. 180. Episcoporũ in Sinuessa urbe Cãpaniæ synodo coeunte, Marcellinus seipsum reum facit indignũq; dignitatate pontificia, ad quem synodus ait primam sedem nemo iudicare potest, tu de temetipso sumpto iudicium. Nõ est ergo depositus. Sed in cinere & cilicio atq; amaritudine pœnitentiali semet affligens, gratia præuẽtus diuina fortis audaciorq; factus cucurrit ad martyrium Diocletiano exprobrans fallacem deceptionem, atq; inter eundem Mar

cellum presbyterum suum admonet, ne corpus suum sepulturæ traderet, indignum ob negatam fidem, sepeliri, sed in somnis Petro *&* Paulo *Marcellum monentibus, post. 36. dies quibus eius pluriumq; iacuerunt in sepulta martyrum corpora sepeliuntur ad* Priscillam. *Huius* Diocletiani *tempore, flores infinitos martyrum uelut erumpentes gemmas a uite, ecclesia sancta trāsmisit ad cœlestem sponsum suum, in hoc tempore,* Lucia *et* Agnes *uirgines celeberrime, deo Christo uirginitatem uitamq; exhibēt, magnanimum salutareq; sacrificium, pleræq; aliæ uirgines martyresq; choreā candidißimam implent cœlestem domini saluatoris.*

Marcellus papa & martyr, sub Constantio *&* Galero *ad* Mazentium *usq; peruenit.* Domum *Lucinæ uiduæ matronæ nobilißimæ* Romanæ *dedicauit in ecclesiām, in qua die noctuq; hymnis & orationibus & hostijs sacris domino* Iesu Christo *confitebantur ipse et reliqui alij christiani.* Ordinat *presbiteros.26. episcopos aūt.21. circa hæc tēpora* Mauritius *cū legiōe thebeorū martyres deo cōsecrātur.* Marcellus papa & martyr

Eusebius papa inquit, Consulto omnium statuimus ut sacrificium altaris nō in serico panno aut tincto quisquam celebrare præsumat, sed in puro lineo, aut Linteo ab episcopo consecrato terreno. s. Lino procreato atq; contexto sicut corpus domini nostri Iesu *Christi in Sindōe linea mūda sepultum fuit. Sub hoc* Eusebio *sancta crux* Hierosolymis *reperitur* Helena *sancta* Cōstantini *matre iam christiana illam quærente. Sub hoc claruit* Firmianus *Lactantius, qui secundus à* Cicerone *habitus est in elegantia linguæ latinæ; qui etiam præclarißima scripsit de re christiana opuscula semper ab oratoribus* Philosophisq; *Christi laudata, quanuis quidam eum taxare contendant, & sane in mi-* Eusebius papa. De conse. pri.

nutis quibusdam, quæ facile quisquam tueri queat. Eusebius missans presbyteros consecrat. 13. episcopos autem. 14. ordinat. Floret quoq; Eusebius Cæsariensis sub isto, præclarissimus rei christianæ dissertor. Et secum Pamphilus martyr omniquaq; doctißimus.

De quarto centenario. Cap. 21.

Melchiades papa & martyr Sub Maximino et Licinio atq; Mazentio Corolla.

Melchiades papa & martyr, sua prima ad omnes episcopos Hispaniæ inquit, ex Paulo ad Colossenses. 2. Nemo ergo uos iudicet in potu et cibo, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ aut sabbatorũ quæ sunt umbra futurorũ, corpus autem Christi. Sancti uero exponentes dicunt. i. ueritas illorum Christus est. Ex quo manifestum est per illa antiquæ legis, significari sacramentum eucharisticum in quo corpus christi est. Ergo corpus Christi significata est ueritas illarũ figurarum. ergo et huius sacramenti est ueritas depræsenti sicut illis de futuroo erat Clarẽt sub isto Petrus Alexandrinus episcopus & Lucianus Antiochenus presbyter doctißimi, atq; Timotheus Romanus presbyter, qui celebrans ordinat presbyteros. 7. episcopos uero. 12. creat.

Syluester papa & martyr

Syluester papa constituit in concilio Romano, ut sacrificium altaris nõ in serico neq; in panno tincto cõsecraretur nisi tantum in lineo in terra procreato, sicut corpus domini nostri Iesu Christi in sindone linea & munda sepultum fuit. Hic cõsecrat celebrans missarum solemnia presbyteros

Syluester

42. episcopos. 60. creauit. Syluester antequam diẽ qua uocatus fuit à Constantino in nocte uidit dominum dicentem sibi surge & offer mihi sacrificium, et cum surgeret de mane deo sacrificauit. Atq; suis ministris dixit fratres & filij hodie uocamur à domino ut sibi sacrificium ex nobis offeramus stactimq; uenerunt missi à Constantino uocantes eũ,

Sed non in martyrium, ut credebat res fußit, uerum in pacem reddendam ecclesijs atq; christianitatis exaltationem. Syluester baptizat Constantinum eumq; liberat ab utraq; lepra, deinde signat eum chrismate in fronte & sacris mysterijs eum participem facit. Erat enim lex apostolica à Christo insinuata, ut statim adultus baptizatus, sacra mysteria participaret. ita ut etiam pueri participarēt. Dionysius, Cypriano, Ambrosio, Augusti. testibus. *Syluester suscipit sanctam synodum Nicænam primam, eamq; confirmat sua Decretali, et ideo canonem quartum decimum eiusdem sacrosancti consilij confirmat, in quo expressa fit mentio de sacrosancto hoc sacramento eiusq; ueritate.* Siluester Syluester

Marcus papa, sub Constantino pontificatur, presbyteros. 25. consecrat inter missarum solemnia, episcopos uero 28. Iuuēcus Hispanus claret sub illo, et Athanasius illustris haberi cœpit Alexandrinus Marcus instituit Nicænū symbolum à clero populoq; magna uoce decantari, Iuuencus ille, hexametris uersibus tetrauengelia fere ad uerbum. 4. libris cecinit, atq; librum de sacramentis eodem metri genere prōpsit. Athanasij uero diuina monumēta ubiq; celebrātur, sed symbolū eius, fidei est catholicæ diuinū exemplar. Marcus papa & martyr

Iulius papa statuit. Cum omne crimen atq; peccatū oblatis deo sacrificijs deleatur quid de cætero pro expiatione delictorum annunciabitur quando in ipsa sacrificij oblatione erratur. Audiamus enim quosdam Schismatica ambitione detentos contra diuinos ordines & apostolicas institutiones lac pro uino in sacrificijs diuinis dedicare alios quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento cōmunionis porrigere, quosdam etiam expressum uinum in sacramento dominici calicis offerre, alios ueeo pannum lineū Iulius papa & martyr

musto intinctum per totum annum reseruare & in tempore sacrificij partem eius aqua lauare & sic offerre, quod quam sit euangelicæ & apostolicæ doctrinæ contrarium et consuetudini ecclesiasticæ aduersum nõ difficile ab ipso fonte ueritatis probatur à quo ordinata ipsa sacramentorũ mysteria processerunt. Cum enim magister ueritatis uerum salutis nostræ sacrificium suis cõmẽdaret discipulis, nulli lac sed panem tantum & calicem sub hoc sacramento cognoscimus dedisse. legimus enim in euangelica ueritate, accepit Iesus panem & calicẽ et benedicens dedit discipulis suis, cesset ergo lac sacrificando offerri, quia manifestum est & euidẽs exemplum ueritatis euangelicæ illuxit quod præter panem aliud offerri non liceat. Illud uero quod pro complemento cõmunionis intinctã tradunt eucharistiam populis nec hoc prolatum ex euangelio testimonium receperunt ubi apostolis corpus suum cõmendauit et sanguinem, seorsum enim panis & seorsum calicis cõmendatio memoratur. Nam intinctum panem alijs Christum præbuisse non legimus, excepto illo tantum discipulo quem intincta buccella magister proditorem ostenderet, non quæ sacramenti huius institutionem signaret. Nam quod de expresso botro .i. de uuarum granis populus cõmunicatur ualde est omnino confusum, sed si necesse sit botrus in calice comprimatur & aqua misceatur, quia calix dominicus iuxta canonum præcepta uino & aqua permixtus debet offerri, quia uidemus populum in aqua intelligi in uino uero ostendi sanguinem Christi. ergo quomodo in calice uino aqua miscetur, Christo populus adunatur & credentium plebs ei in quem credit copulatur & iungitur, quæ copulatio, et coniunctio aquæ & uini sic miscetur in calice domini ut mistio illa non posit separari.

A Christo sacramẽto instituta

parari. Nam si uinum tantum quis offerat sanguis Christi incipit esse sine nobis si uero à qua sit sola plebs incipit esse sine Christo, Ergo quando botrus solus offertur in quo uini tantum efficacia designatur salutis nostræ sacramentum negligitur quod aqua significatur. Nõ enim potest calix domini esse aqua sola aut uinum solum nisi aqua misceatur. Et ideo quia ex hoc iam plurima et multiplex maiorum manauit sententia omnis deinceps talis error atq; præsumptio Cæsare debet, ne peruersorum & inordinata compago statum ueritatis eneruet, & ideo nulli deinceps erit licitum aliud sacrificijs diuinis offerre nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum panem tantum & calicem unio & aqua per mixtum, de cætero aliter quam præceptum est faciens tandiu a sacrificando cessabit quandiu legitima pœnitentia satisfatione correctus ad gradus sui officium redeat quod à misit. Hic celebrans consecrat presbyteros. 18. atq; episcopos. 9. creat. Sub quo etiam floruit Theodorus heracleæ traciarum episcopus in signis doctrina & elegantia, qui præclarißima scripsit super Ioan. Matth. psal. et apostolum. Hylarius etiam signifer occidentalis ecclesiæ, cum Eusebio obseruantur præclarißimi, pro qua exilium persecutiones etiam & flagella paßi sunt, Scripsit Hylarius plurima, quæ diuinam in ipso, demonstrant sapientiam. Iulius isdem papa. 24. q. 1. Siquis dederit aut acceperit cõmunionem de manu hæretici, & nescit quod catholica ecclesia cõtradicit, postea intelligens, unum annum integrũ pœniteat, si autem scit & negligerit, et postea pœnitentiam egerit. 10. annos pœniteat, alij iudicant. 7. et quidã humanius, ut. 5. annis pœniteat et siquis permiserit hæreticum, missam suam celebrare in ecclesia catholica, & nescit. 40. dies pœ-

Aqua calici domini miscenda

24. q. pri.

niteat, si præsentia eius, annum unum pœniteant, si p damnatione ecclesiæ catholicæ si consuetudinis Romanorum, proiciatur ab ecclesia, sicut hæreticus, nisi habeat pœnitenti, si habuerit, decem annos pœniteat.

Liberius papa & martyr

Liberius papa, sub Constantio iam Arriano pontificatur, qui etiam ab eodem, ob fidei catholicæ Constantiam, multatur exilio. Hic consecrans presbyteros. 18. episcopos concreat. Qui rogatu matronarum Romanarũ, à Constantio, spectaculo circensi, reuocatus est ab exilio. Florent sub eo Eusebius emisenus, qui multa contra Iudeos, gentes & Nouatianos scripsit, atq; in euãgeliũ Matthæi sermones doctos explicauit Eriphilus quoq; Cypriletẽsis seu leucõte episcopus, Accurate copioseq; scripsit incãtica canticorum. Serapion quoq; cognomento scholasticus in fide stabilis Cõstantijq; minas paruipẽdens scripsit æuo illo in manicheos.

Felix papa & martyr

Felix papa & martyr factus contra eum sæuiẽtibus hæreticis Arrianis, suffectus à clero Romano, uel ab alijs, ut quidam uolunt, dum liberius exilio damnatur. Huius tempore, Athatium Cæsariæ palæstinæ episcopum celebrẽ fuisse cõmendant, qui et in ecclesiasten copiose scripsit & eleganter, consecrat felix de more presbyteros & episcopos ordinat.

Damasus papa & martyr

Damasus papa Iuliani temporibus pontificatur, & Iouiniani. Damasus papa, approbat sua Decretali concilium Nicænum. Similiter & concilium Constantinopolitanum primum.

Damasus

Damasus meminit cõmunionis in quodam decreto suo, et inquit, siquis episcopum aut presbyterum aut diaconem falsis criminibus impetierit, uel accusauerit & probare non poterit nec in fine dandam ei cõmuuionem censemus.

Damasus

Damasus statuit in concilio Romano. 90. episcoporũ

Hanc consuetudinem quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri uidetur omnino interdicimus, ut nullo modo ullo unquam tempore oblationes quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur domino sub dominio laicorum detineantur, sed tantũmodo sacerdotibus, qui quotidie domino seruire uidentur illis solis liceat cõmedere & bibere, quia in ueteri testamento prohibuit dominus panes sanctos cõmedere filijs Israel nisi tantũmodo Aarõ & filijs eius, qui longe erant ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offerũtur, quia illi sub umbra legis erãt. Qui uero modo sub gratia sunt spiritus sancti toti mundo euangelio coruscante lucidiores esse uidẽtur. Qua fronte aut qua conscientia oblationes uultis accipere, qui uix ualetis pro uobis nedum pro alijs deo preces offerre? Quia prauum est contra dominicum præceptum, & detrimẽtum animæ suæ infert, qui illud agere conatur quod ei nulla ratione conceditur, quia omnibus sanctis patribus nostrisq; prioribus placuit hanc sanctionem fieri & nos similiter in ijsdem persistere uolumus ut nullas audeat irritum facere hoc quod cõstitutum est nisi in perpetua damnatione uoluerit persistere, siquis uero contra hanc regulam nostram & contra sanctorum. 318. patrum qui in Nicæno cõcilio hoc statuerunt temerarius præsumptor fuerit & ulterius oblationes de sacris ecclesijs auferre molitus fuerit sub Anathematis uinculo sit colligatus & condẽnatus. Responderunt omnes fiat fiat. Presbyteros 31. cõsecrat, episcopos aũt. 62. sub cuius æuo Hieronymus illustris habetur, Sacer Basilius, & Gregorius Nazianzenus, Atq; humilis sanctus Martinus episcopus turoniensis.

Siritius papa & martyr

Siritius papa, Valentiniani temporibus fuit atq; ualentis eius fratris. Vt nullus præsbyter missas celebraret per

omnem Hebdomadam, nisi consecratum episcopi loci desi gnati susciperet declaratum, quod declaratur firmētū. Hic Siritius inuenit manicheos, quos in exilio deportauit, & hoc constituit, ut non participarent cum fidelibus cōmunio neri, quia ore polluto non liceret sanctum corpus domini conuexari. Siritius quoq; constituit ut si cōuersus de manicheis rediret ad ecclesiam nullatenus cōmunicaret nisi tantum religationi monasterij diebus uitæ suæ teneretur obnoxius, ut ieiunis & orationibus maceratus probatus sub omni examinatione usq; ad ultimum diem trāsitus sui humanitate ecclesiæ uiaticem eis largiretur. Siritius papa cōstitutum fecit, contra omnes hæreses et dispersit per uniuersum mundū, ac per oēs prouincias, ut in omni archiuo ecclesiæ conseruaretur ob oppugnationem contra omnes hæreses. Siritius sua prima ad Himerium Taraconēsem episcopū capi. 7. Inquit. Plurimos enim sacerdotes Christi atq; leuitas post longa consecrationis suæ tempora tam de coniugibus proprijs quam etiam de turpi coitu sobolē didicimus procreasse & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in ueteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nūc, quisquis ille est sectator libidinum, præceptorq; uitiorum si æstimat quod in lege Moysi paßim sacris ordinibus à deo nostro laxata sūt frena luxuriæ, cur eos quibus cōmittebantur sancta sanctorum præmonet dicens. Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus deus uester? Cur etiam procul à suis domibus anno uicis suæ in tēplo habitare iußi sunt sacerdotes? Hac uidelicet ratione, ne uel cum uxoribus poßint carnale exercere cōmertium, ut conscientiæ integritate fulgentes, acceptabile deo munus offerrent. Quibus etiam expleto deser=

Siritius

Siritius

Cōtra hæreticos

Siritius

Castitas sacerdotum perpetua

uitionis ſuæ tempore, uxoris uſus ſolius ſucceßionis cauſa fuerat relaxatus, quia nō ex alia, niſi ex tribu leui quiſquā ad dei miniſteriū fuerat præceptus admitti. Vnde & domi- Chriſtus
nus Ieſus cum nos ſuo illuſtraſſet aduentu, in euangelio pro teſtatur, quia legem uenerit implere non ſoluere. Et ideo ec*cleſiam cui ſponſus eſt ſpecioſus forma caſtitatis uoluit ſplē dore radiare, ut in die iudicij, cū rurſus aduenerit ſine macula & ruga eam poßit ſicut per apoſtolum ſuum inſtituit reperire. Quarum ſanctionum ſacerdotes omnes, atq; leuite inſolubili lege conſtringimur, ut à die ordinationis noſtræ ſobrietati, ac pudicitiæ & corda noſtra mancipemus & corpora, dum modo per omnia deo noſtro in his, quæ quotidie offerimus, ſacrificijs placeamus. Qui autē in carne ſunt dicente electionis uaſe, deo placere nō poſſunt.* Vos *antem iam non eſtis in carne, ſed in ſpiritu, ſi tamen ſpiritus dei habitat in uobis.* Et ubi poterit, *niſi in corporibus, ſicut legimus, ſanctis dei ſpiritus habitare?* Et quia *aliquanti (de quibus loquimur, ut tua ſanctitas retulit) ignoranter ſe lapſos eſſe deflent, his, hac conditione miſericordiam* Pœna in-
dicimus non negandā, ut ſine ullo honoris augmēto, in hoc continen-
quo detecti ſunt, quandiu uixerint, officio, perſeuerent, ſi tium
tamen poſt hac continentes ſe ſtuduerint exhibere. Hi ue*ro, qui illiciti priuilegij excuſatione nituntur, & ſibi aſſerunt ueteri hoc lege conceſſum, nouerint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indigne uſi ſunt, apoſtolicæ ſedis authoritate, deiectos, nec unquam poſſe uenerāda attrectare myſteria, quibus ſe ipſi, dum obſcænis cupiditatibus inhiāt, priuauerunt.* Et quia *exempla præſentia cauere nos præmo-* Lex in no
nent in futurum, ſi quilibet epiſcopus, preſbyter atq; Dia- uatur con
conus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuētus, tinentiæ

iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseruatum, quia ferro, necesse est excidantur uulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam. Hic quoq;.16. consecrat presbyteros atq; episcopos.32. Qui etiam statuit monachos quorum uita probata esset, posse sacris initiari usq; ad episcopatum Ambrosius, Hac tempestate floret cuius ad Siritium sunt epistolæ, dum Iouinianũ aliosq; condẽnat hæreticos Siritius concilio Romano. Siritius ad oẽs Orthodoxos sua.3. Decretali inquit, perlatum itaq; est ad conscientiam apostolicæ sedis contra ecclesiasticum canonem præsumi & quæ ita sunt à maioribus ordinata ut ne uel leui surfurrio debeant uiolari proprias quasdam obseruationes nouas inducere & prætermisso fundamento supra arenã uelle construere dicente dño. Non transibis terminos quos constituerunt patres sui. Quod & sanctus quoq; apostolus noui & ueteris testamenti prædicator monet in quo locutus est Christus state inquit, & tenete traditiones uestras quas didicistis siue per uerbum siue per epistolam. Qua de re uidet uestra synceritas in sacris mysterijs, aut ordinationibus uestris quantum sacerdotum magna cura & diligens sollicitudo debeat obseruari. Deniq; ad Timotheum loquitur manus cito nemini imposueris neq; cõmunicaueris peccatis alienis. Quod propterea memoratur ut examine habito & probitate morum & ecclesiastico labore sit cõmendatior, qui uocatur in medium, ut summũ sacerdotium possit accipere probatus iudicio non fauore susceptus ueritate non gratia apostolico ordine functus non præcipiti uoluntate. Isdem in eadem capito. 3. Certe etiam illud non fuit prætermittendum ut quod semel aut secundo necessitas hæreticorum intulit contra apostolica præcepta uelut lege lici

Siritius Contra hæreticos

tũ præsumi[t], neophitũ uel laicũ, qui nullo ecclesiastico functus fuerit officio inconsiderate uel presbyterum uel diaconum ordinare, quasi meliores apostolis sint quorũ audeant mutare præceptum, Et *qui non didicit iam docere compellitur, ibi nullus reperitur idoneus clericorum nec inter diaconos nec inter clericos alios inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur, sed ad cõdemnationem ecclesiæ laicus postulatur quod ne fiat ultra admoneo.* Prædico, *ut unam fidem habentes unum etiam in traditione sentire habeamus probantes nos unanimes atq; concordes pacifici* Christo *& in obseruationibus apostolicis habere charitatem.* Medio *itaq; patre & unigenito filio eius & spiritu sancto et unius diuinitatis trinitate cõuenio, ut in his fides catholica & disciplina nostra perueniat.* Nec *quisquam putet tanquã ordinationes terrenas fieri, cum cœleste sit sacerdotium, ut fidelibus gloria maneat dignitatis eiusdẽ & ante tribunal* Christi *ex hinc non habeat quod accuset.* Clarent *sub eo* Hilarius *pictauiorum episcopus, et* Victorinus Apher, *qui utrique contra* Arrianos *scripserunt,* Gregorius *lacticus* Hiluerrius *episcopus doctrina insignis.* Et *didimus* Alexãdrinus *à pueritia captus oculis.* Optatus *episcopus* Mileuitanus *&* Seuerus Hispanus.

Anastasius *primus papa, in sacris presbyteros. 8. episcopos. 10. creat sub quo uiuunt etiam* Gregorius Nazianzenus *&* Basilius Cappadociæ, *sanctitate præclari & doctrina eminentissimi, atq;* Gregorius *theologus frater* Basilij *et* Petrus *alter eius frater,* Epiphanius Ipriæ Salaminæ, *episcopus, qui scripsit contra hæreses omnes usque ad tempora sua.* Effren *quoque edissenæ ecclesiæ diaconus multa scripsit & declamauit sermone siro lectu digna & spiritu* *Anastasius papa & martyr*

sancto plena. Ruffinus quoque Aquilegiensis hunc tempo= hinc tempore clarus habetur.

De quinto centenario. Cap. 22.

Innocen= tius papa primus martyr

Innocentius primus sanctus & doctissimus Theodo= sii primi imperatoris tempore pontificatur & Archadij sub quo Priscillianistarum hæresis concilio Burdegalensi confutatur. A quo ieiunium sabbato die instituitur ob me= moriam sepulti corporis Christi, & dolorem matris uir= gineæ discipulorumq́; Christi, qui eodem die ieiunarunt magna preßi mæstitia ob mortem saluatoris. Hic Decretali sua prima ad Decentium episcopum. Euglibinum episcopũ primo. ca. inquit. Pacem ergo asseris ante confecta mysteria quosdam populis imperare uel sibi inter sacerdotes tradere

Innocen= tius

quomodo post omnia quæ aperire non debeo pax sit neces sario indicenda per quam constet populum ad omnia quæ in mysterijs aguntur atq; in ecclesia celebrantur præbuisse cõ sensum & finita esse pacis concludentis signaculo demõstrẽ tur. Secundo ca. De nominibus uero recitandis antequam preces sacerdos faciat atq; eorum oblationes quorum no= mina recitanda sunt sua oratione commendet quam super= fluum sit & ipse per tuam prudentiam recognoscis, ut cu= ius hostiam, nec dum deo offeras eius ante nomen insinues quãuis illi incognitũ sit nihil. Prius ergo oblationes sunt cõ mendandæ ac tunc eorum nomina quorum sunt oblationes edicenda ut inter sacra mysteria nominentur non inter alia quæ ante præmittimus, ut ipsis mysterijs uim futuris pre= cibus aperiamus. Et quinto ca. De fermento uero quod die

Innocen= tius

dominico per titulos mittimus superflue nos consulere uo= luisti cum omnes ecclesiæ nostræ intra ciuitatem sunt consti tuta. Quarum presbyteri, quia die ipso propter plebẽ sibi

creditam nobis cum conuenire non possunt. Idcirco firmentum à nobis confectum per acolytos accipiunt, ut se à nostra cõmunione maxime illa die non iudicẽt separatos. Qď per parrochias fieri debere non puto. Quia non longe portanda sunt sacramenta. Nec nos per cæmeteria diuersa constitutis presbyteris destinamus ut & præsbyteri eorum conficiendorum ius habeant atq; licentiã. Sunt huius beati præsulis ad Ioannẽm Chrysostomum & Chrysostomi ad eundẽ epistolæ, quem protexit, iußitq; ad sedem restitui suam, unde iniuste depulsus erat, imperãte Archadio. Innocẽtius sua secunda ad Rethomagensem episcopum uictritium capitulo.9. præterea quod dignum. Et pudicum, honestum est. Tenere ecclesia omnino debet, ut sacerdotes & Leuitæ cum uxoribus suis non misceãtur, quia ministerij quotidiani neceßitatibus occupantur, scriptũ est enim sancti estote, quoniã & ego sanctus sum. d. d. uester. Nam si priscis temporibus, de templo, dei sacerdotes, anno uicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus, nec domum suam omnino tangebant, quibus utiq; propter sobolis succeßionem, uxoris usus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu et præterquam ex semine Aaron ad sacerdotiũ nullus fuerat præceptus accedere, quãto magis hi sacerdotes uel leuitæ pudicitiam ex die orationis suæ seruare debeant, quibus uel sacerdotium uel ministerium suũ succeßione est, nec præterijt dies, q̃ uel a sacrificijs diuinis, uel a baptismatis officio uacent? Nam si beatus apostolus Paulus ad Corinthios scripsit dicens abstinete uos ad tempus, ut uacetis orationi, & hæc utiq; laicis præcepit, multo magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est semper, debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. Quod si contami-

Innocẽtius primus

Distin. 31

De contiñẽtia sacerdotum perpetua

Sacrificia diuina

natus fuerit carnali concupiscentia, quo pudore sacrificare usurpabit? Aut qua conscientia quo ue merito exaudiri se credit, cum dictum sit. Omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mundum. Sed forte lecere hoc credit, quia scriptum est. Vnius uxoris uirum. Non permanentem in concupiscentia generandi, dixit, sed propter futuram continentiam. Neq; enim integros corpore non admisit qui ait. Vellem autē oēs esse sicut & ego, quod apertius declarat, qui autem in carne sunt deo placere non possunt, uos autem non estis in carne sed in spiritu. Paulus quoque ait qui sine uxore est sollicitus est, quæ dñi sunt quomodo placeat deo, qui autem cū uxore est sollicitus est q̃ sunt mūdi. Innocentius, ibidem cap. 2. inquit, & hoc quæsitum est quid de his obseruari oporteat, qui post baptismum, omni tempori incontinentiæ uoluptatibus dediti, in extremo uitæ suæ pœnitentiam simul, & reconciliationem cōmunionis exposcunt. De his obseruatio prior durior, posterior, interueniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur pœnitentia, sed cōmunio negaretur. Nam cum illis temporibus, crebræ persecutiones essent, ne cōmunionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos, non reuocaret à lapsu, negata merito cōmunio est, concessa pœnitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem esse remißionem, fecit temporis ratio. Sed postquam dominus noster pacem ecclesijs suis reddidit. Iam depulso terrore, cōmunionē dari obeuntibus placuit, & propter domini misericordiam, quasi uiaticum perfecturis, & ne nouatiani hæretici negantis ueniam, asperitatē & duritiā subsequ uideamur. Tribuitur ergo cū pœnitētia extrema, communio, ut homines huiusmodi, uel in su=

Tollit obiectū hæreticorum

1. ad Ti. 3

1. Corin. 7

Romano. 9

1. cor. 9. f.

Innocētius primus

Quæstio

Solutio

Ne impenitens raperetur ad pœnas, & aptior tēderet ad martyriū non est cuiusq; actus hic sed prorsus sanctissimi

premis suis, permittēte saluatore nostro, à perpetuo exitio uindicētur, Cōstituit hic presbyteros.30.episcopos.50. condemnat pelagianos hæreticos male de fide, gratia, & libero sentientes arbitrio, similiter & Apollinarē laodicenum syriæ episcopum, male de Christi corpore opinantem. Clarēt sub eo Marcianus episcopus Barcilone sanctitate & doctrina præclarus nouatianos confutans. Cyrillus Hierosolymis præsul. Esichius quoq;, Augustinus, & Hieronymus.

Zozimus Archadij & honorij pōtifex sanctißimus, cō secrat presbyteros, & episcopos.8. pleriq; æuo suo. Clarēt sapientißimi sanctißimi uiri. Ioānes ipse Chrysostomus Cōstantinopolita patriarcha, Ambrosius Alexandrinus didimi discipulus in Apollinarem uolumen preclarum scribit. Diodorus tarsensis episcopus. Euagrius Tyberianus, Theophilus Alexandrinus episcopus, Petronius Bononiensis, Poßidonius, & primatius in Aphrica episcopi ambo discipuli beati Augustini episcopi, qui & plura scripserunt, Caßianus Ioannes monachus, Adelphi proconsulis uxor. Proba Centonas scribens uirgilij in laudem Christi, quanuis alij laudem hanc Eudoche Theodosij uxori iunioris ascribant, qui asserunt & hymnos in laudem diui Petri composuisse, floret & sanctus Vigilius martyr pontifexq; Tridentinus his sane temporibus. Zozimus statuit, diaconos, dū clebratur, leuas tectas habere linostimis. Eius est conceßio parrochijs sabbato sancto Cereū benedici posse, quoniam tantū matricis ecclesiæ antiquior hic mos erat, sub huius tempore, Carthagini concilium indicitur, ad qd' Zozimus Faustinum potentiæ episcopum duosq; Romanæ ecclesiæ presbyteros dimisit legatos suos uicariosq;, ut pro

dignitate Romanæ ſedis cũcta ibidem pertractarentur; fuitque non parua lis de depoſitione epiſcoporum, legatis Romanæ ſedis dictantibus non licere, ſine ſedis apoſtolicæ ſcitu, epiſcopos à ſua diſturbari ſede, quoniam Nicæno concilio cautum eſſet, tantum Romano præſuli eam poteſtatem conceſſam omnium epiſcoporum primati.

Bonifacius papa & marty r

Bonifatius papa ſanctiſsimus Honorij temporibus põtificatur, preſbyteros.13.epſcopos.36.creat. Sub cuius æuo Hieronymus tranſiit ad cœleſtia. Celebres habentur temporibus Bonifatij. Gelaſius cæſareæ Palæſtinæ poſt Eunomium epiſcopus. Dexter Patiani filius hiſtoriographus, Amphilotius q de ſpiritu ſancto ſcripſit, Sophronius Hieronymi neceſſarius. Oroſius hoc tempore, ut aiunt etiã floruit. Eutropius Auguſtini diſcipulus, Iuuenalis archiepiſcopus Conſtantinopolita. heros uir ſanctus beati Martini diſcipulus Arelatenſis epiſcopus, ferunt quoq; Lucianũ preſbyterum hieroſolymitanum deo reuelãte. Prothomartyris Stephani Gamalielisq; præceptoris eius Pauliq;, reliquias hoc æuo inueniſſe. Ioanne pontifice in ciuitate pacis. Præcepit iterum ſicut Sother, ne monacha uel nulla monicha ſacratam pallam attrectaret, aut thura deo adoleret.

Cœleſtinus papa & martyr

Cœleſtinus papa primus, præcipit fieri ſanctam tertiã ſynodũ ſub Theodoſio iuniori generalẽ Epheſinam primã illamq; factam ſuſcipit et confirmat cõtra Neſtorium, quia & eius de hoc ſacramento ueritatem amplectitur, quã patres.3.ſynodi cap.1.ſiue in epiſtola ſtatuunt. quere. Via de concilijs, concilio generali.3.Epheſino. Hic fecit ordinationes tres in menſe Decembri inter miſſarum ſolemnia.32.cõſecrans preſbyteros, epiſcopos.43. ſed is ſuam quoq; ſynodicã in conſilio Romano firmatam ad epheſinam ſynodum

destinat,quam sequuntur,patres illius sanctæ synodi.3. q̃ et beati Aug.opuscula probat. clari habẽtur sub eo Palladius episcopus Scotorũ. Germanus Altisiodorẽsis episcopus. Sixtus

Sixtus.3.sub Valentiniano pontificatur, inter missarũ solemnia.28.presbyteros cõsecrans,episcopos.52.creat,clarẽt sub eo Eucherius Lugdonẽsis episcopus, Hylarius Arelatensis,Eusebius Cremonẽsis & Philippus, duo Hieronymi sancti docti discipuli, qui concilio purgat se a Basso iniuste accusatus. Leo primus papa & martyr

Leo primus sua Decretali.22.ad clerum & plebem Cõstantinopolitanũ scribẽs cõtra Euticetis errores cõplicesq; oñdẽs eos manicheorũ sectari hæresim,et inquit,inter cætera. In quibus isti ignorantiæ tenebris,in quo hactenus desidiæ torpore iacuere,ut nec auditu discerent,uel lectione cognoscerent, quod in ecclesia dei, omnium ore tam consonum est,ut nec ab infantium linguis, ueritas corporis & sanguinis Christi inter cõmunis sacramenta fidei taceatur, quia in illa mystica distributiõe spiritualis alimoniæ hoc impartitur ,hoc summitur,ut accipientes uirtutem cœlestis cibi,in carnẽ ipsius,q̃ caro nostra est factus trãseamus, etc.

Leo isdem Decretali.79.ad Dioscorum Alexandrinũ episcopum.ca.2.inquit.Vt autem in omnibus obseruantia nostra concordet,illud quoq; uolumus custodire,ut cum solẽnior festiuitas,conuentum populi numerosioris indixerit, & ad eam tanta multitudo conuenerit,quam recipere Basilica simul una non poßit,sacrificij oblatio indubitanter iteretur,ne bis tantum admißis ad hanc deuotionem, qui primi aduenerint,uideantur hi,qui postmodum confluxerint, non recepti,cum plenum pietatis atq; rationis sit, ut quotiẽs,basilicam,in qua agitur, præsentia nouæ plebis imple Leo Hic missas pluries in die dicere eadem ecclesia statuitum edixit, Roma

uerit, totiens sacramẽtum subsequens offeratur. Necesse est autem, ut quædam pars populi sua deuotione priuetur, si unius tantum missæ more seruato, sacramẽtum offerre nõ possint, nisi qui prima diei parte cõuenerint. Studiose ergo dilectionem tuam & familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ aditionis insedit, tua quoq; cura non negligat, ut omnia nobis & fide et actibus congruamus. Leo etiam sua. 89. Decretali ad foro liuiensem episcopum ait. Mediator enim dei & hominum homo Christus Iesus, hanc præpositis ecclesiæ tradidit potestatem, ut confitentibus satisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem salubri satisfactione purgatos ad cõmunionem sacramentorum, per ianuam recõciliationis admitterent. Cui utiq; operi incessanter ipse saluator interuenit, nec unquam ab his abest, quæ ministris suis exequenda cõmisit, dicens, ego uobiscum sum usq; ad consumationẽ seculi omnibus diebus, ut si quid per seruitutem nostram, bono ordine, et grato impletur effectu, non ambigamus per spiritum .s. nobis fuisse donatum. Isdem in eadem subdit. Multum enim utile ac necessarium est ut peccatorum reatus ante ultimum diẽ sacerdotali supplicatione soluatur, his autem qui in tpe necessitatis & in periculi urgentis instantia, præsidium pœnitentiæ & morum reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicẽda est, nec recõciliatio deneganda, quia misericordia dei nec mẽsuras possumus ponere, nec tẽpora definire. Isdem subdit in eadem. Verum ut dixi etiam taliũ necessitati ita auxiliandum est, ut nec actio illius pœnitentiæ, nec cõmunionis gratia denegetur, si ea etiam amisso eis uocis officio, per inditium integri sensus, quærere comprobentur. Quod si aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati, ut qđ

num ab antiquo solitum tamen obseruari

Ecce quod *erat antiqua hęc cõsuetudo traditioq; hæc erat paterna*

Leo

Habetur de pœnitẽtia dist. 1.

multiplex Deus, *confessionẽ facientibus statuit dãdam pœnitẽtiæ satisfationẽ & absolutionem a sacerdotibus*

Matth. 28

Nõ *uerba*

Leo

Potestate

Paulo ante poscebant sub præsentia sacerdotis significare non ualeant, testimonia eis fidelium circunstantium prodes Nota se debebunt, ut simul, & pœnitentiæ & reconciliationis beneficium consequantur. Leo constituit ut intra actionem sa Leo crificij diceretur sanctum sacrificium ueram atq; immaculatam hostiam. Leo semel sacrificans post sacra expleta my= Leo steria de more plebi manum exosculandam præbens, ab una matrona exosculata, sensit ex hac tentationem & comple= uit illud euangelij, si manus tua scandalizat te, &c. Ita ut sibi domum rediens secreto manum amputaret, quamobrē à sacrificandi more solito abstinens populo dedit sub mur= murandi magnam occasionem. Itaq; ne scandalum ueniret, rogauit uirginem gloriosam, ut sibi suffragio esset in hac tribulatione, quæ sibi in somnis apparuit manum quæ resti tuēs cum signo quodam factæ incisionis iussit ut mane sa= cramentum deo redderet acceptissimum, quod & fecit, sed ad gloriam dei suæq; genitricis miraculum referans, ma= gnas beatæ uirgini laudes cum toto populo acclamauit, & ad deuotionem, quanquam alij leoni. 2. hoc euenisse contendant, quibus non contradico. Leo ut inquiunt occasione ma Leo nicheorum negantium Christi uerum corpus, atq; argu= tantium, quia sanguinem non haberet, quoniam neq; in eu= charistia illum populo, bibendum presbyteri tradant, post= quam illos ab urbe fugauit, præcepit ut iterum populus sub utraq; specie participaret dominicum sacramētū, qd' trāslata opinione hæretica, iterum ad præstitutum redijt, in ecclesia Romana, statutū, uidelicet presbyteros & eos sacri= ficantes tātūmodo utraq; specie sumere eucharistiā. sed laicis aut cæteris præter actu sacrificantes, laicā cōtentos fore cōmune participare. i. sub una tantum specie, ex apostolorū

Lege Scotum. 11. di. 4. q. 6. in fine

traditione. Leo adhuc propter quosdam. s. græcos, qui Iudaizare latinos astruebant dum in azymo dominicum sacramento cōficerent, uel propter hæresim Ebionitarum, ut doctor Ioannes minorita inquit. atq; hæc hæresis populum Romanum affligerent. Ita ut tumultus quoq; subcresceret, statuit inquiūt, ad tempus, in eadem ecclesia fermētatum panem consecrare debere domini sacerdotes. quod etiam tēporis opportunitate præstita sedataq; græcorū apud latinos uana opiniōe, amplius non obseruatum fuit, sed ad azymā consecrationem iuxta domini factum & apostolicam traditionem, & sancti Cypriani testimonium sermone de cœna domini, Romana ecclesia, rediit, in actionibus sacrisq; mysterijs peragendis.

Leo

Leo adhuc isdem Decretali sua ad Anastasium Tessalonicensem episcopum, et. suum per orientem uicarium legatum. Aliter enim in ecclesia dei, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia nec uera sacramēta, nisi internæ pietati noster uerus nos pontifex reconciliet, uerus immaculatus agni sanguis emundet, qui licet in patris sit dextera constitutus, in eadem tamē carne quam sumpsit ex uirgine sacramentum propitiationis exequitur. Qui celebrans missarum solemnia. 81. presbyteros cōsecrat, episcopos autem. 86. Sub cuius æuo celebres habentur Prosper àquitanus Regiēsis episcopus, Paulinus Nolanæ urbis præsul. Mamercius Vienēsis episcopus, qui primus letanias instituit in Gallia, ob frequentes terræmotus. Flauianus Cōstantinopolitanus præsul.

Per omne tempus. s. in ecclesia

Hylarius papa & martyr

Hylarius papa, inquit, ubi pars est corporis, est & totum, eadem ratio est in corpore domini, quæ in manna, qđ in eius signe processit, de quo dicitur, qui plus collegerat, non habuit amplius, neq; qui minus parauerat habuit minus.

nus. Non enim est quantitas uisibilis, in hoc æstimāda my- Hilarius
sterio. Sed uirtus sacramenti spiritalis. Hylarius credit et In gratiani
illud nullus episcopus aut presbyter seu diaconus, ad missa Decreto ci
rum solemnia celebranda præsumat cum baculo introire, tatur
aut uelato capite altario dei aßistere, quoniā apostolus pro Macha-
hibet uiros uelato capite orare in ecclesia, et si temere præ rius papa,
sumpserint, cōmunione priuētur. Cum uero ingressus fue q tñ huius
rit episcopus presbyter ad missarum solemnia celebranda, noīs non
(nisi paßio aliqua interuenerit) nullo modo audeat data habetur, ni
oratione recedere, ut ab aliquo presbytero uel alio episco- si aliquis
po missarum solemnia suppleātur, sed qui initium prima su fuerit bino
pleat usq; in finem. Siquis uero præsumpserit, preter qđ mius
posuimus, agere, à sacro corpore et sanguine domini nostri De cōse. 1
Iesu Christi, sit suspensus. Hilarius ijdē. corpus Christi qđ
sumitur de altari, figura est dum panis sumi uidetur ex-
tra, ueritas autem dum corpus & sanguis Christi in ue-
ritate interius creditur.

Felix papa. 3. in cōsilio Romano inquit, ad oēs episcopos Hilarius
De cōse. 4. sua. 1. Decretali ca. 2. Vt ergo ab ecclesiæ sūmi De cōse. 2
tatibus inchoemus eos quos episcopos presbyteros uel dia Felix papa
conos fuisse constiterit, et seu optantes forsitan seu coactos 3. 30. est in
lauacri illius unici salutarisque claruerit fecisse iacturam hoc nume
& Christum quem non solum dono regenerationis uerum ro
etiam gratia percepti honoris induerant exuisse quomo-
do constet neminem ad secundam tinctionem uenire potuis
se, nisi se palàm christianū negauerit & profeßus fuerit se
esse paganum. Quod cum generaliter sit in omnibus exe-
crandum, multo magis in episcopis presbyteris diaconibus
auditu saltem dictuq; probatur horrendum, sed quia idem
saluator idemq; clementißimus est & neminem uult perire

usq; ad exitus sui diem in pœnitentia si resipiscunt iacere conueniet, nec orationi non modo fidelium, sed nec catechumenorum omni modis interesse quibus cōmunio laica tantum in morte reddenda est quam rem diligentius explorare uel facere probatissimi sacerdotis cura debebit.

Gelasius papa & martyr *Gelasius papa constituit sacramētorum præfationes et & orationes cauto sermone. Gelasius epistola prima episcopis per* Campaniam & Brutios & Siciliam inquit; ca.

Gelasius 28. *Nihilominus impatienter audiuimus tantum diuinarum rerum subesse defectum ut fœminæ sacris altaribus ministrare ferantur, & cuncta quæ non nisi uirorum famulatui deputata sunt cui non competit exhibere uiso atq; omnium delictorum quæ sigillatim pstrinximus noxa omnis & crimem eos respicit sacerdotes qui uel ista cōmittunt uel committentes, minime publicādo prauis excessibus se fauere significant, si tamen sacerdotum iam sunt uocabulo nuncupādi, qui delegatum sibi officiū religionis sic prosternere moliuntur, ut in peruersa quoq; profanaq; procliues sine ullo rē spectu regulæ christianæ præcipitia funesta sectentur.*

Gelasius *Gelasius* Maiori et Ioāni *episcopis. Cōpellimus autem qd' quidam sumpta tantūmodo corporis sacri portione à calice sacrati cruoris abstineant, qui proculdubio, quoniam nescio qua superstitione uocentur, astringi, aut integro sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia diuisio unius eiusdemq; mysterij, sine grandi sacrilegio non potest*

Gelasius *prouenire. Gelasius meminit cōmunionis in epistola prædicta ad* Lucanos Brutios & *Siculos scripta ca.22.* Virgini

27.q.pri. *bus autem sacris temere se quosdam sociare cognouimus et post dicatum* Deo *propositum incesta fœdera sacrilegaque miscere. Quos protinus æquū est à sancta cōmunione de-*

trudi, & nisi per publicam probatamque pœnitentiam omnino non recipi, sed ijs certe uiatticum de seculo transeuntibus si tamen pœnituerint non negaris. Gelasius ibidē ca. 21. Vsq; adeo sane compermius illicita quoq; prorumpere ut dæmonijs alijsq; paßiōibus irretitis sacrosancta mysteria tractare tribuatur. Quibus in hoc opere positis aliqd propriæ neceßitatis occurrat, quis de sua aut fidelium salute confidat, ubi ministros ipsos correctionis humanæ tanta perspexerit calamitate uexari? Christus est mortuus scandalum generatur infirmis, postremo si corpore sauciato fortaßis aut debilem nequaquam sancta contingere lex nō permittit diuina. Quanto magis doni cœlestis dispensatores esse non conuenit quod est deterius mente percussos Anastasius. 2. Anastasio imperante. Gelasius

Symachus papa instituit ut omni die dominico uel natalitijs martyrum in missa, gloria in excelsis deo diceretur. Hic fecit ordinationes in quibus consecrat. 92. presbyteros, episcopos. 11. Hic pauperum pijßimus amator & pater fuit, cuius elemosynæ ad aphricanos pauperes tum sacerdotes episcopos laicosq; dapsiles etiam fuerunt. Captiuosq; plurimos redemit. Gennadius episcopus Maßiliensis hoc æuo illustris hebetur, qui librum de dogmatibus cōstituit, fuit, ut aiunt, Augustini insignis imitator et Hieronymum secutus, libri quoq; de uiris illustribus. Symachus papa & martyr

Hormisda papa, sub Anastasio & Iustino seniore pontificatur, q synodū in urbe habuit Euthicianosq; iterū dānat, Ioānēq; cōstātinopolitanū episcopū ab illa desistere hæresi præcipit, q parere recusat Anastasio īperatore hæretico fautore, & hic fulmine ictus pijt, cuius supba fuit ad pōtificē respōsio, scire uidelicet imperatoris propriū esse īperare, &

non imperata pontificis aut cuiusuis accipere. Claruit sub eo Germanus Campanus episcopus, Acacius autem & sui per Iustinum Anastasii successorem catholicū, omnino expulsi à Cōstantinopoli exilioq; perpetuo damnati sunt, Ioāne paatriarcha ad sanitatem, ut aiunt, reducto fidei catholicæ, consecrat Hormisda presbyteros. 21. episcopo. 55. muneraq; plurima ab ilderico catholico Africano rege suscepit & Iustino imperatore, & Clodoueo Franciæ rege.

Ioannes papa & martyr

Ioannes papa & martyr, tempore Iustini imperatoris Constantinopolim accessit missus à Theodorico rege Gothorum Arriano, quem Iustinus imperator cum multa suscepit gloria, de cuius manu, dum sacra missarum celebrat solemnia, gloriose coronatus est, sacrumq; suscepit dominicum corpus. Creauit episcopos. 15. Huius temporibus Symachus socer Boetij uir illustris claruit. Atq; omni doctrina eminentissimus Seuerinus Boetius gener eius utriq; dei martyres inclyti. Sanctus Benedictus monasticæ uitæ in occidente digestor, & Brigida sancta Scotia oriunda, Cyprignius episcopus hispanus in Apocalypsim eleganter scripsit, & Ioannes Antiochenus presbyter contra hæreticos ualidus propugnator.

De sexto centenario. Cap. 23.

Fœlix papa. 4.

Fœlix quartus in Decretali. 1. omnibus episcopis directa ca. 1. inquit. De ecclesiarum enim consecratione & de missarum celebrationibus non alibi quam in sacramentis domino locis atq; magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt nota noui ac ueteris testamēti præcepta, tabernaculum uero Moysen domino præcipiente fecisse & sacrasse cum mensa & altari eius & cæteris uasis uten

ſilibus ad diuinum cultum explendum legimus & non ſolum diuinis præceptis ac precibus ea ſacraſſe, ſed etiam ſancti olei unctione domino iubente perliniſſe nouimus. Qualiter autem hæc facta ſint & quomodo ipſa ſacra non alij quam ſacerdotes ſacra unctione delibari dominoq; cum ueſtibus ſanctis ſacrati & Leuitæ tractabant ferebāt erigebāt & deponebant in ipſis inſtitutionibus quæ (domino iubente) per Moyſen conſcriptæ ſunt in lege dominum reperitur. Fœlix *quartus in eadem ſic inquit.* Iud*æi ergo loca in* Fœlix *quibus domino ſacrificabant diuinis habebant ſupplicationibus conſecrata nec in alijs quam in deo dicatis locis munera offerebant. Si enim* Iud*æi qui umbræ legis deſeruiebant hæc faciebant, multo magis quibus ueritas patefacta eſt & gratia & ueritas per* Ieſum *Chriſtum data eſt templa domino ædificare & prout melius poſſumus ornare ea quæ diuinis precibus & ſanctis unctionibus ſuis cum altaribus & uaſibus & ueſtibus quoq; & reliquis ad diuinū cultum explendum utenſilibus deuote & ſolemniter ſacrare & non in alijs locis quam domino ſacratis ab epiſcopis et non à chorepiſcopis, qui ſæpe prohibiti ſunt niſi, ut prædictum eſt, ſumma exigente neceßitate miſſas celebrare, nec ſacrificia offerre domino debemus.* Et *hoc ſi ſumma neceßitas agere compulerit non in domibus, quia in ſacris canonibus ſacrificia in domibus offerri prohibita ſunt, ſed in tabernaculis diuinis precibus a pōtificibus dicatis et in mēſis dño ſacratis et ſacra unctione à pōtificibus delibatis pro ſūma, ut præfixum eſt, neceßitate & non pro libito eius quā & pigritia agatur. ſatius eſt ergo miſſam non cantare, aut non audire quam in illis locis ubi fieri non oportet niſi ut ſæpe dictum eſt, pro ſumma cōtingat neceßitate, quoniam*

neceßitas non habet legem, unde scriptum est uide ne offe ras holocausta tua, in omni lo co quem uideris, sed in omni loco quem elegerit dominus deus tuus. & in exodo legitur uos uidistis, quia de cœlo locutus sum uobis. Non *facietis deos argenteos nec deos aureos facietis uobis, altare de ter ra facietis mihi, & offeretis super illud holocausta & paci fica uestra.* Oues *uestras & boues uestros in loco in quo fuerit memoria nominis mei.* Et *sicut non alij quam sa= crati domino sacerdotes debent missas cantare nec sacrifi= cia super altare offerre, sic in alijs quam in præfati domino sacratis locis missas cantare aut sacrificia offerre licebit.*

Fœlix.2. papa — Fœlix *quartus sub* Iu*stiniano pōtificatur.* Cla*rißimi sub eo habiti sunt* Ca*ßiodorus,* Arator Romanus *subdiaconus exametris euangelicū concinens,* Iu*stinianus quoq; ecclesiæ* Valentin*æ episcopus multa fidelia scripsit.* Con*stituit pres= byteros.55. episcopos uero.29.*

Bonifatius 2.papa & martyr — Boni*facius.2.sub Iustiniano præsidet, qui institutiones fecit ciuiles, & uolumen.* Co*dex appellatur is liber, atq; de incarnatione disserit* Iu*stinianus digna imperio, qui templū* Chri*sti ædificat titulo sanctæ* Sophi*æ.i. sapientiæ genitæ.* Laudatur. Flor*et sub eo* Diony*sius* Abba*s, qui* Rom*æ pa= schæ calculum mira arte composuit.* Facund*us quoq; scri= bit cōtra* Eutichian*os.* Martin*us quoq;* Sue*ssones ab* Aria*na hæresi ad catholicam fidē traduxit.* Ioannes. 2. Anthi*= mum patriarcham eutichianum damnat.* Con*secrat presby teros.15.episcopos.21.*

Agapetus papa & martyr — Agapet*us* Anthemio Con*stantinopolitano episcopo ne ganti duas naturas in* Chri*sto inquit.* Quam *itaq; sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in sal= uatore nostro negant humani corporis ueritatem?* Dicant

quo sacrificio reconciliati, quo sanguine sunt redēpti. Quis est, ut apostolus ait, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis, aut quod unquam sacrificium fuit sacratius quam quod uerus & aeternus pontifex altaris crucis per imolationem suae carnis imposuit? In conspectu domini pretiosa mors sanctorum fuit, nullius tamen insontis occisio redemptioni fuit mundi. Acceperunt iusti non dederunt coronas. De fortitudine fideliū exempla nata sunt patientiae, non dona iustitiae, singulares quippe in singulis mortes fuerunt, nec alterius quisquā debitum suo fine persoluit. Cum filius hominis unus solus dominus noster Iesus Christus, qui uere agnus erat imaculatus extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui sunt etiam suscitati, de quibus ipse dicebat. Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Fides etiam iustificans impios & creās iustos ad humilitatis retracta participium in illo acquirit salutem in quo solo homo inuenit se innocētem liberum habens per gratiam eius de eius potentia gloriari; qui contra hostem humani generis in carnis nostrae humilitate congressus is uictoriam suam tribuit in quorum corpore triumphauit. Cum ad Iustinianum in Constantinopolim Agapetus abisset, Arthemium de haeresi corām imperatore cōuicit, qui cū ab eo ut in Euticetis haeresim, etiā hoīs, sollicitaretur: Constanter Agapetus ait, ego ad Iustinianum christianum principem uenire credidi, Sed Diocletianum inueni. quo responso permotus imperator humiliter Agapeto paruit, & Arthemium expulit ab urbe. Cuius loco Memnam uirum sanctißimum Agapetus cōsecrauit. Amalasiunta regina doctißima tunc floruit. Syluerius papa & martyr, efficitur Theodora Augu-

Syluerius papa & martyr

sta ipsum exiliantem propter anthimium quem Syluerius reuocare noluit, quo tempore Benedictus rogatus a Gallis Maurum discipulum mittit Monasticam uitam edocturus aut innouaturus in Gallia.

Vigilius papa & martyr Circa annum domini.540 Vigilius papa & martyr, sua prima ad Eutherum episcopum ca.4. Ordinem quoq; precum in celebritate missarum nullo nos tempore nulla festiuitate significamus habere diuisum, sed semper esse eodem tenore oblata deo munera consecrare, quotiens uero paschalis, aut assensionis domini uel pentecostes & epiphaniæ sanctorumque dei fuerit agenda festiuitas singula capitula diebus apta subiungimus quibus cõmemorationem sancto solemnitatis aut eorum faciamus quorum natalitia celebramus, cætera uero ordine consueto prosequimur. Quapropter et ipsius canonicæ precis textum direximus subter adiectum quem deo propitio ex apostolica traditione suscepimus. Et ut charitas tua cognoscat quibus locis aliqua festiuitatibus apta connectes paschalis diei preces similiter adiecimus.

Pelagius primus Pelagius primus, Totila Italiã inuadẽte põtificatur, dũ celebrat presbyteros 20. consecrat, episcopos autẽ. 41. creat. Victor Cãpanus episcopus tũc floruit, qui Dionysiũ de calculo paschæ scribẽtẽ corrigit. Sabinus Canusinus, Gregorius Lingonẽsis, Redastus Atrebatẽsis episcopus, Herculanus Perusinus martyr à Totila effectus illo æuo clari hñtur.

Ioan. papa 3. Ioannes papa 3. constituit ut oblationes, & aunuli uel luminaria in eadem cimiteria martyrum per omnes dominicas, de lateranis ministrarentur. Fecit ordinationes more solito plures Decembri mense. Claruit sub ipso Gemanus Iustini. 2. tempori= Parisiensis episcopus uir sanctitate & doctrina mirabilis, Fortunatus eloquentissimus, qui ad regem Franciæ Sigber

tũ de regimine regni scripsit. Paulus Aquilegiensis patriar cha Fœlixq; Taruisius episcopus rem italicam plurimum iuuarunt, Alboinum e Pannonia Lõgobardorum regem mitem reddẽtes, dum Narsetis consilio Italiam hostili animo percurrit & Cisalpinam Galliam subegit. *bus fuit*

Benedictus papa Sub Tiberio.2.principe Elemosynario pijßimoq; catholico fuit atq; uictoriosißimo. Floruit tunc temporis Ioannes Constantinopolitanus episcopus, q orientalem ecclesiam continebat in fide catholica, tum fauore principis, cum doctrina, lectione scriptura & disputatione frequenti. Leander episcopus Hispalensis eadem in hesperia gerebat officia, contra Arrianos. *Bñdictus papa*

Pelagius.2.ad Mauritium usq; peruenit, sub quo aquarum tanta fuit inundatio, ut Noe diluuium innouatum crederetur. Sub quo Gregorius tunc Romanæ ecclesiæ diaconus, ad Tiberium mittitur atq; eo præsente Eutichiũ episcopum Cõstanti. cõfutauit ut lib.1.dictum est ca.23.dubio.4. *Pelagius papa*

De.7.Centenario. Cap. 24.

Gregorius magnus papa sanctus & doctißimus sedit à.590. usque ad.603. imperante Mauritio. Hic in actione sacras precationem augmentauit canonis missæ, diesq; nostros in tua pace disponas atq; ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Gregorius præcepit ut supra corpora beati Petri et beati Pauli, missa celebraretur. Hic quolibet die dominico à matrona quadam nobilißima Romana oblatos panes suscipiebat in sacramentum peragendum. Cui post missarum solemnia corpus domini humiliter sumendum porrigebat, iũgens corpus domini nostri Iesu Christi custodiat te in uitam æternam amen. At illa quadam uice hæc audiens *Gregorius primus papa*

lasciuie subrisit. Gregorius uero continuo dexteram ab eius ore retraxit, atq; corpus domini super altare reposuit, sed illā coràm populo interrogans, quare cōuincens ridere præsumpsit. At illa, quia panem quem proprijs confecerā manibus, tu corpus domini appellasti. Tunc Gregorius p *incredulitatē mulieris se in oratione prostrauit.* Et *inde surgens, particulam illam sacramenti in digiti carnem factā reperit, & sic matrona uidens ad uerißimam fidem tanti sacramenti cōuersa est.* Orauitq; *denuo sanctus pontifex, & in panis speciem, sicut prius erat iterum hostia redijt, & matronæ sumēdum deuotißimum obtulit, quam dei mulier sumpsit laudans & deo confitens suæ fidei magnalia.*

Grego. Gregorius in Decretali *sua ad* Augustinum *anglorū episcopum, registro lib. 12. epistola ultima ca. 10. inquit de menstrua patientibus. Sciendum quoq; cōmunionis mysterium in eisdem diebus (.s. menstruorum) percipere nōdum per hiberi. Si autem ex ueneratione magna percipere non præsumpsit, laudanda est, sed si susceperit non est iudicanda. bonarum quippe mentium est, ibi etiam culpas suas cognoscere, ubi culpa non est, quia sæpe sine culpa agitur, quod uenit ex culpa, unde etiam cum esurimus sine culpa comedimus, quibus ex culpa primi hominis factum est ut esuriamus.*

Grego. *mus.* Gregorius *eidem* Augustino *ut supra ca. 11. denoctur na polutione, cum uero ultra modum appetitus gula in sumendis alimentis rapitur, atq; idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus adiuem reatum, non tamen usq; ad prohibitionē sacri mysterij percipiendi, uel missarum solemnia celebrandi, cum fortasse, aut dies festus exigit, aut exhibere mysterium, pro eo quod sacerdos alius deest, ipsa necessitas compellit.* Nam *si alij adsunt, qui imple-*

re mysterium ualeant, illus super crapulam facta, à proceptione sacri mysterij perhibere non debet, sed ab immolatione sacri mysterij (ut arbitror) abstinere debet humiliter. Si tum dormientem turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt quidam in quibus ita plerunq; illusio nascitur ut eorũ aĩus etiam in somno corporis, positus turpibus imaginationibus tum foedetur &c. & infra. Si uero ex turpi cogitatione uigilantis, oritur illusio in mente dormientis, patet in animo reatus suus, uidet enim a qua radice ĩquinatio illa processerit, quia quod cogitauit sciens, hoc protulit nesciẽs propter talem pollutionem, à sacro mysterio, & die, abstinere oportet. Gregorius Ianuario episcopo Caralitano, qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carne fuerit, sacro ordine careat, & ad altaris ministerium non accedat. Gregorius Ianuario episcopo. Tanta nequitia aures nostras de tua senectute prouehit, ut eam nisi humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus, dictum quippe est mihi, quòd dominico die, priusquã solẽnia celebrares, ad exarandam messem latoris praesentium perrexisti, et post exactionem eius, missarum solemnia celebrasti, post missarum solemnia, etiam nos possessionis illius eradicare minimum timuisti, quod factum quae debeat poena qui, omnes qui audiunt sciunt, &c.

Gregorius Venanno Lunensi episcopo. Accedens ad gorgoniam insulam paternitas uestra discutiat, id quod ad nos de Faternino presbytero relatũ est, peruenit nanq; ad nos, qđ post quã de sacris ordinatiõibus lapsus, à sui sacerdotij ordinẽ est deiectus, ad explendum ministerium presbyterij praesumpserit accedere, & omnipotenti deo hostias immolare, quod si ita factum esse uestra fraternitas repererit,

Certe differentia esse debet inter celebrãtem & tantum sumentem in probabatiõe qualis esse debet ĩter sacerdotem, non sacerdotem.

Grego. Distin. 50. peruenit

Grego. Distin. 86. tanta

grego. Distin. 50

eum sacri corporis & sanguinis domini participatione priuatum, in pœnitentiam redigat, ita ut usq; ad diem ultimũ, in eadem excõmunicatione permaneat, & uiaticum tantũ modo exitus sui tempore percipiat. Si autem eum talẽ pœnitentiam agere fraternitas uestra cognouerit, ut ei iuste ad recipiendam inter laicos cõmunionem, etiam ante exitũ uitæ debeat misereri, hæc in tuæ fraternitatis ponimus potestate.

Grego. 2. q. 1. in primis — Gregorius Ioan. defensori eũti in Hispaniam. Episcopi uero qui eũ ordinauerunt (id est, contra canone expulso episcopo uero iniuste, alium) uel orationi eius consentientes interfuerunt, sex mensibus dominici corporis cõmunione priuati, agere pœnitentiam in monasterio decernantur, & supra scriptus Ianuarius loco & ore suo modis omnibus reformati.

Grego. — Gregorius in consilio lateranensi definit pro monachis. s. Benedicti. Missas etiam publicas ab eo in cœnobio fieri (. s. episcopo Dioceiano) omnino perhibemus, ne in seruorum dei recessibus, & in eorum receptaculis nulla popularis occasio præbeatur conuentibus, &c.

Deusdedit papa constituit secundum missam in clero, fecit ordinationes ex more, sub quo Isidorus Hispalensis episcopus doctrina & sanctitate celebris numeratur, & Amãdus Traiectensis, sub Heraclio.

Martinus papa — Martinus papa, de cõse. 2. Nõ oportet aliud aliquid in sacratum offerri, præter uinum & aquam, & panem, quæ in typo Christi benedicuntur, quia dum in cruce Christus

De cõse. 2 — pendet, & de corpore eius sanguinis effluxit & aqua, hæc tria unum in Christo Iesu, hæc hostia & oblatio dei, in

Martinus — odorẽ suauitatis. Martinus papa in consilio Romano inqt, siquis intrat ecclesiam dei & sacras scripturas audit et pro luxuria sua auertit se à cõmunione sacramenti in obseruan-

dis ministerijs alienati constitutum regulam disciplinæ, istũ talem proijciẽdũ de ecclesia catholica esse decernimus, donec pœnitentiam agat & ostendat fructum pœnitentiæ suæ ut posit cõmunione percepta indulgentiã promereri. Martinus papa & martyr, dum missarum solemnia celebrat in ecclesia. s. matre ad præ sepe per spatarium Olympij Exanchi occulte occidi queritur, dum Exancho cõmunionẽ porrigerẽt, sed nutu dei eripit, quoniam tunc spatarius non uidit eum, sed quasi excæcatus est. hanc autem intẽtabat sibi mortem imperator Constantius, quoniam consentire noluit hæresi Monothelitarũ quã Paulus Cõstantinus patriarcha tuebatur, qui exilio ab eodem imperatore mittitur tibi & moritur, in chersonesum ponti. Martinus

Eugenius primus. Presbyterum, cuius duos digitos cum medietate palmæ à prædone abscissos significasti, missam non permittimus celebrare, quia nec sine scandalo propter deformitatem membri, hæc fieri posse cõfidimus. ipsum autem exeris officijs sacerdotalibus fũgi minime ꝓhibemus. Eugenius non dimissus est à populo & clero missam celebrare, nisi synodicum hæreticum quam Petrus patriarcha Constantinus sapientem errorem Monolitanarum permisisset nunquam acceptare, sed repudiare. Eugenius papa Extra de clerico ægrotãte uel debilitato ca. presbyterum

Vitalianus papa recipit Constantinum Augustinũ de Constantinopoli uenientem per littoralia Romam, & in ecclesia sancti Petri missas celebrauit inqua imperator dona quod & denuo fecit. Vitalianus papa

Agatho papa sanctißimi. 6. sacrã synodum cõtra Macharium episcoposq; monopolitas indixit faciendam, quæ & determinauit canones de hoc mysterio loquentes ueritatem ut infra Via de concilijs generalibus de concilio. 6. genera 42 Agato papa. 43

li Constantinopolitano.

Leo.2.papa Leo.2.siculus,limatus lingua, et doctrina Scholasticus
pa.44 sacrosanctam.6.synodum sub Agathone facta suscepit & confirmauit, & a græca in latinam linguã trãstulit atq; argente is tabulis inscribi curauit,inqua inter illius canones de hoc sacramento latißima explicatur profeßiõ atq; ueritas,ut infra. Hic pacem inter missarum solemnia dari præcepit omnibus agentibus in illa.

Sergius papa Sergius statuit. Triforme est corpus domini, pars oblata in missa,corpus,quod iam resurrexit,monstrat, pars cõmista,ambulans adhuc super terram,pars in altari, usq; ad finem missæ remanens, corpus in sepulchro,quia usq; ad finem seculi,corpora sanctorum in sepulchris erunt.

De.8.centenario. Cap. 25.

Grego.2. papa Gregorius.2.sua Decretali ad Bonifacium episcopum gemmam episcopũ confirmat magna nos habuit gratulatio inquit. Pro obeuntibus quippe consuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre,sancta sic tenet ecclesia, ut quisque siue pro suis mortuis uere christianis, offerat oblationes, atq; presbyter extra memoriam faciat,& quanuis oẽs peccatis subiaceamus,congruit ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat,& intercedat,nõ tamen pro impijs, quãuis christiani fuerint, tale ꝙd agere licebit. Gregorius isdẽ in eadem inquit. De his uero dicimus, qui patrem & matrem, fratrem, aut sororem occiderint; ut toto uitæ suæ tempore, corpus non suscipiant dominicum, nisi tempore exitus pro uiatico. Hic instituit quali tempore,ut in quinta feria ieiunium, atq; missarum celebritas fierent in ecclesia quod antea nõ agebatur,negligentia quadã et incuria.

(Anno dñi 713 per annos 17. ad.16. imperante Anastasio & tandem Theodosio)

Grego. Grego.3. papa & martyr Gregorius.3.statuit cum concilio Romæ habito.93.pa

trum pluriumq; sacerdotũ in ecclesia.s. Petri. Vt siquis deinceps antiquas cõsuetudinis & apostolicæ ecclesiæ fidelem usum contemnens, aduersus eandem uenerationẽ sacrarũ imaginum nidelicet dei & d. enim Iesu Christi, & genitricis eius semper uirginis ĩmaculatæ atq; gloriosæ Mariæ, beatorum apstolorum, & omnium sanctorum, depositor atq; destructor, & profanator uel blasphemus extiterit, sit extorris à corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, uel totius ecclesiæ unitate atq; compage. Gregorius hic.3. Grego.
Hic fecit oratorium intra eãdem Basilicam iuxta arcũ principalem in parte uirorum in quo recondidit in honorem saluatoris sanctæq; eius genitricis reliquias sanctorũ apostolorũ uel omnium sanctorum martyrũ & confessorum iustorumq; perfectorum in toto orbe terrarum quiescentium: quorum festa uigliarum à monachis trium monasteriũ illic seruientium quotidie per ordinem existentia atq; natalitiorum missas in eodem libro celebrare iußit, instituens in canone ita à sacerdote dicendum. Quorum solemnitas hodie in conspectu tuæ maiestatis celebratur domine deus noster toto in orbe terrarum. Quam institutionem in eodem oratorio tabulis lapideis conscribere fecit. Et hoc constituit ut fere sine interuallo, & a presbyteris hebdomadarijs missarum solemnia & à monachis diuina officia secundum cõstitutum quod à collegio sacerdotum corãm sacro corpore beati Petri apostoli factum est in solemnis Christi domini dei nostri sanctæq; eius genitricis, sanctorum apostolorum uel omnium sanctorum martyrum confessorum atq; uirginum in oratorio nomini eorum dedicato intra ecclesiã beati Petri sub arca principali similiter & uigliæ celebrarentur. Eisdemq; institutis deposuit, ut in cæmiterijs circum-

quaq; positis Romæ in diebus natalitiorum eorum luminaria ad uigilias faciendas & oblationes, de patriarchò, per oblationarium deportentur, ad celebrandas missas, per eũ quem præuiderit pontifex pro tempore.

Grego. 3 *Gregorius isdem tertius ad Bonifacium coepiscopum inquit. In missarum solemnijs obseruandum est quod dominus noster Iesus Christus sanctis suis tribuit discipulis, accepit nanq; calicem & dedit eis dicens, hic est calix noui testamenti in meo sanguine, hoc facite quotiescunq; sumitis. Vnde congruum non est nos ad duos uel tres calices in altario ponere cum missarũ solemnia celebrantur, leprosis autem si fideles christiani fuerint, Dominici corporis & sanguinis participatio tribuatur, cum sanis autem conuiuia celebrare negentur.*

Zacharias papa *Zacharias papa ad Bonifacium coepiscopum scribens inquit. Vt nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator sacrum mysterium debeat attrectare, sed neq; pœnitens aut talis qualem sacri canones prohibent esse sacerdotem.*

Zacharias *Zacharias ad eundem inquit. De ijs qui regio morbo nexãtur. Attamen dum ad cõmunionem uenerit post omniũ sumpti letionem erit ingressurus ad participandum munus. Celebratur cõsiliũ Francfordiæ de quo infra sub hoc papa.*

Paulus primus papa *Paulus primus post Stephanum. 2 sedet imperante Carolo primo, uir operibus misericordiæ & pietate plenus sub quod Astolphus Longobardorum rex leges retulit illis ualde præclaras.*

Adrianus papa pri. *Adrianus papa. 1. inqt de cõserua. tertia. Sextam sanctam synodum recipio cum omnibus canonibus. Adriano pontificante septima synodus quæ est in cœna secunda celebratur cuius legati intersunt cum synodica illius in qua prædicta uerba ponuntur Dudum recitata de conse. 3. quam & recipiunt.*

piunt. Adrianus idem septimã synodum dictam approbat in qua huius mysterij ueritas approbatur.

Leo tertius post missarum sacra solemnia Carolum magnum magna uoce imperatorem decernit. eũq; inungit ac diademate donat. Dũ Ireneæ mater Cõstantini imperat in Constantinopoli cum qua diuidit imperium. Leo idem ab urbe discedens Mãtuam proficiscitur ad uiscendum sanguinem Christi, qui tum miraculis magno in pretio erat. Is autẽ à Mantuanis perbenigne susceptus approbato Christi sanguine. Ob frequentia miracula ad Carolum proficiscitur, ut hominem ueritatis cognoscẽdæ cupidum eius rei certiorem faceret, simulq; illum conueniret ut inuicem de componendis rebus italicis pertractarent. Leo isdem letanias tres, supplicationum autem diem ascentionis instituit. Leo.3.papa 50. in hoc numero Leo Leo

De nono centenario. Cap. 26.

Paschalis papa inquit. Iteratur quotidie hæc oblatio licet Christus semel passus in carne per unam eandemq; mortis paßionem semel saluauerit mundum, ex qua morte idem resurgens ad uitã mors illi nõ dominabitur ultra, qui profecto sapientia uel patris necessarium pro multis causis hoc prouidit, primo quidem quia quotidie peccamus saltem in peccatis sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest, quia licet omnia peccata donata sint in baptismo infirmitas tamen peccati in carne remanet unde Psal. Benedic anima mea dominum, qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, & ideo quia quotidie labimur, quotidie Christus mystice pro nobis ĩmolatur & paßio Christi in mysterio traditur, ut qui semel moriendo mortem uicerat quotidie recidiua delictorũ per hæc sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vnde ora- Paschalis papa

nunc semper adfuit. Item aliter sine fide & hoc sacramento fuisset ecclesia. tunc igitur neq; fuisset ecclesia, quæ hoc maxime fouetur sacramento. Nempe *non esset perfecta unitas nec fuisset tunc in ecclesia, quoniam solo præcipue hoc sacramẽto illa præbetur in ecclesia, Augustino,* Cyrillo, *Hilario &* Cypriano *testibus, ut supra & infra.* Nec *defuerunt miracula sub istis ueritatem huius mysterij comprobãtia. Sed & præclarißimi doctores sub istis claruerunt, qui lingua & calamo hanc ueritatem prædicabant, in quorum numero,* Regino Abbas *Prumiensis in* Dioce*si treuerensi libro de disciplina ecclesiastica ex decretis patrum et conciliorum combinato de hoc sacramento scribit.* Ratherius *episcopus* Veronen*sis ex monacho scripsit libellũ propriũ de corpore & sanguine domini.* Hexigerius *quoq;* Abbas Lobiensis *scripsit tractatum de corpore & sanguine domini in hoc centenario.* Radulphus Flauiacensis *monachus de eadem ueritate meminit in.* 1 1. *Corinthios expositiõe, scripsit enim super* Pauli *omnes epistolas. Smaragdus* Abbas *sancti* Michaelis *dum super psalmos scribit omnes* David *meminit sacrificij huius sæpe, sed præcipue in psa.* 110. Adhuc *opinari contingit per plurimos huius cẽtenarij põtifices coronam de more sumpsisse plures imperatores.* Otho.*n. imperator de manu* Ioannis. 12. *uel.* 13. Romæ *amplißimis honoribus coronam suscepit primus omnium* Germanorum *imperator anno domini.* 956. Otho *alter prioris huius* Othonis *filius imperator à* Benedicto *septimo insigne imperij suscepit.* Otho *tertius prioris* Othonis *filius imperator à* Gregorio *quinto coronam imperij suscepit anno domini.* 995. Et *præclarum est de more inter missarum solemnia imperatores omnes coronari, qui solent etiam de* Anno domini. 968

ſtat, alijs uero lumen in tenebris adminiſtrat, et unde. Alijs commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo ab omni ſacerdote intrepidi, Chriſti myſteria, quia om nia in fide Chriſti purgantis, fides eſt enim quæ hunc mun dum uincit. Et quia non dantis meritum, ſed accipientis ſit,

Nota dicente beato Hieronymo, ad credendum omni animæ ba= ptiſmus eſt pfectus, et in omni ſacerdote corpus Chriſti eſt

Nicolaus 12.q.2 pfectum. Iſdē ſcribēs Fontonio Burdigalenſi archiepiſcopo ſua Decretali inquit de Viro neſando Burgando nomine, qui rabie īſana cōmotus, diabolicis ſe irretire laqueis nō du bitauit, atq; gentilium more per abrupta itinera & compi ta inſidians, uobis in ueſtræ eccleſiæ uilla unà cum clericis ueſtris manentibus, & propulſa ſalubribus inſtruere dog= matum monitis decertantibus, paneq; ſpiritualis uerbi ua= cũa hominum corda reficiētibus, atq; laudabile propriæ ſa lutis refrigerium habentibus, Sancta apoſtolorum Petri & Pauli limina uiſitare, collectis malitiæ ſuæ ſequacibus, et ini quitatibus complicibus, nefarias inuaſiones & depredatio nes uiolentas inferre, dæmoniaco auſu, præſumpſerit, & ut epiſtolæ ueſtræ textus eloquitur, ſacrum altare, ſacraq; do= minici corporis & ſanguinis uaſa, inſup & ſanctum Chriſ ma pollutis arripere manibus, quaſi uilia & ad cōmunem

Nicolaus 33.q.2. la= torem uſum apta, præſumpſerit dilectio nos ueſtra conſuluit. Iſdē Radulpho eccleſiæ argetonenſis epiſcopo. Latorem præ= ſentium matricidam eſſe cognouimus, cui præcipimus, ut ſub pœnitentiæ iugo permaneat, ita ut per unum annum in tegrum eccleſiam non ingrediatur, ſed ante fores Baſilicæ ſtans orans & deprecans deum perſeueret qualiter tanto eripiatur piaculo, completo uero anni circulo introeūdi in in eccleſiam licentiam habeat tantum inter audientes ſtet;

sed nondum cõmunicet, Completis autem trium annorum curriculis sacræ cõmunionis ei gratia concedatur. oblationes autem non offerat nisi prius annorum aliorum septem curricula expleantur. His *autem omnibus annis atq; temporibus carnem nõ manducet, nec uinũ bibere præsumat, exceptis dominicis diebus ac festiuis, et à pascha usq; ad pẽtecosten.* Et *quocunq; ire uoluerit nullo uehiculo uehatur. Sed pedibus proficiscatur.* Arma *non sumat nisi contra paganos.* Ieiunet *autem tribus diebus per hebdomadam usq; ad uesperam, non separetur à propria et legitima coniuge, nec in fornicationis uoraginem irruat, quod ne fiat optamus. Si autem ante trium annorum cursum, finis illius appropinquauerit corporis & sanguinis domini nostri particeps fiat. Sin autem ut supra statuimus efficiatur.* Tamen *si illius conuersionem & lachrymarum fontem,* In *omnibus uideritis, floridis actionibus, & optimis pullulare.* Huma*nius circa eum solicitudo peruigil appareat, mitisq; in omnibus demonstretur.*

Adrianus.2.*iußit* Con*stantinopolim.8. synodum generalem concelebrari post* Nicolaum *primum. constituuntur in ea multi canones in quibus etiam de ueritate huius mysterij publica fit fidei confeßio, de quibus infra.* Via *de dictis conciliorum, & de more.* Illam*q; ipse confirmat & mandat obseruandam, qui & inthronizatur in missa, atq; suo tempore etiam ordinationes celebrauit, quippe annis quinque pontificatus est & mensibus. 9.* Adrianus 2

De.10. *centenario, qui millesimum à* Christo *continet annum.* Cap. 27.

In *hoc decimo centenario, qui incipit à* Ioãne *nono usq; ad* Ioannem.18. *multi pontifices intersunt, quorum* Decre-

mus, dimitte nobis debita nostra etc. quia si dixerimus, q̄a peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus & ueritas in nobis non est. item feratur hoc mysterium & hoc ob cõmorationem passionis Christi sicut ipse ait, hoc quotiescũq; feceritis in meam cõmemorationem fecite, quotiescũq; ergo hanc panem sumitis, et bibitis, hunc sanguinem, mortem domini annuntiabitis donec ueniat non utiq; sic est accipiendum donec mors Christi ueniat, quia iam ultra nõ moritur sed donec ad iudicium ueniet. Interdum autem semper est mors Christi per seculi uitam posteris annuncianda, ut discant qua charitate dilexit suos, qui p eis mori dignatus est, cui omnes debemus uicem repẽdere charitatis, quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus gehennæ filij, ut diligeremus eum iam à morte liberati.

Ioãnis Scoti philosophi anglici hæresis apta cõtra hoc sacramentum Circa annum domini.840

Dum pontificaretur Sergius .2. Leo. 4. & alij posteriores regnante Lothario imperatore et Carolo fratre eius apud Francos rege Ioan. Anglicus philosophus hæresim de hoc sacramento induxit primus in Gallia, postmodum in Anglia affirmans non adesse sub sacramento uere & realiter sacrosanctum corpus Christi eiusq; sanguis atque totus Christus præsentialiter, sed tantũmodo. eucharistiã sacrã significat esse. signumq; Christi corporis in cruce denique passi sanguinisq; effusi. at ipse Christus in cœlis est semper ad dexteram patris & hoc sacramento, ut tantum figura continetur, philosophicis quibus erat imbutus deludere uolens rationibus secramenti huius maiestatẽ. Carolus aũt Galliæ rex pius & catholicus nouitate rei cõmotus, multos ex suo regno doctores catholicos consulit, qui omnes unò ore, illius Ioan. insaniæ resistunt, inter quos Angelomus & Bertramus monachi doctissimi & religiosi pa

riter sacerdotesq; ueritatem hanc catholicam contra illum aperte est tutatus semp florebat etiã tũc Rabbanus Magũtinus Archiepiscopus, qui & ipse strenue nauauit operam contra illum pro dominica ueritate. sed oĩum præcipuus scripsit Paschasius presbyter contra hunc Ioan. & præua luit sicut humilis Dauid contra Goliat in funda lapide & baculo.i.in Christi crucis uirtute, cuius gloriam ipse magnificabat in huius sacramenti ueritate maxima patefacienda, & Paschasij doctrina infra approbatur & Ioan. hæresis denuo reprobatur sub Leone. 9. Paschasius presbyteri

Nicolaus primus statuit porro gloriam in excelsis Deo ab episcopis in cœna domini intra missarũ solemnia more nostro dicẽdã esse, pallio uero apostolico eadem die uti, est illicitum quibus est ab apostolica fide permissum. Nicolaus inquit, nullus missam audiat presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintro ductam mulierem. Nicolaus primus De cõse. 1 Nicolaus 32. Dist.

Nicolaus statuit si presbyter aliquẽ percusserit nõ ad mortem, pro percussione pœnitẽtiam agat & aliquanto ipse à missarũ solemnijs suspẽdatur. Si uero qui qualicũq; percussione tunc aliquis mortuus fierit, nulla ratione ministrare debet sacerdotis more. Isdem ad consulta Bulgarorũ sciscitãtibus uobis si a sacerdote, qui fuerit in adulterio comprehẽsus, siue de hoc sola fama respersus est, debeatis cõmunionem recipere nec ne, Respõdemus. Nõ potest aliquis quantumcunq; pollutus sit, sacramẽta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarũ contagionum existunt. Qualiscunq; enĩ sacerdos sit, quæ sancta sunt coinquinare non possunt. Idcirco ab eo, quousq; iudicio episcoporum reprobetur, cõmunio percipienda est, quoniam mali, bona administrando, se tantũmodo lædunt, fax accensa sibi quidem detrimẽtũ præ Nicolaus 30. dist. stu deat Nicolaus 15. q. 8. ca. ultimo

nus infamatus sum, quæ astruere conatur, panem & uinũ quæ in altari ponuntur post consecrationem, solũmodo sacramentum, & non uerum corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, &c. Lecto & prælecto sponte sub scripsi hanc confeßionem suæ fidei de corpore & sanguine domini nostri Iesu Christi, à Berẽgario, Romæ corã. 114. episcopis factam, misitq; papa Nicolaus per urbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad quæcunq; loca, fama prauitatis eius peruenire ante potuit, ut ecclesiæ quæ prius doluerant de auerso atq; peruerso, postea gaudeant de reuerso atq; cõuerso. Hic Berengarius iterum addidit errorem errori, atque tandem aliam cecinit palinodiam, de qua supra libro 1. ca. 8. hæresi. 10. facta est mentio ibi uide.

hæresi po *De cõse. 2* *Sunt uerba notarij*

Alexander secundus consilio Mantuano statuit missam non esse audiendam à sacerdote concubinario, sed eos sacra ministrare. s. concubinarios sacerdotes, prohibuit.

Alexãder papa *Dis. 32. ca.*

Gregorius septimus renouauit in solemnis missarum, oblationes fieri debere ad altare, quod dictum sit in lege in conspectu domini dei tui non apparebis uacuus. Ab isto Gregorio. 7. qui alias Hildebrandus uocatus est, concilio Lateranensi, (ut quidam aiunt) iterum Berengarius eiusq; doctrina confutatur quoniã, ut quidam aiunt, ille non stetẽrat, in fide quam promiserat sub Nicolao. 2. uel quia nõ dissuaserat illis, quo prius hoc errore infecerat nam omnibus expoliatus, uitam duxit ruralem, Sed aliam superinduxit ut dictum est. 1. lib. ca. 8. hæresi. 10.

præter Grego. *Quidam aiunt anno dñi. 1079* *Nã ipse eũ dem condẽnauerat turonensi cõcilio sub a uictore. 2*

Vrbanus secundus Decretali epistola ad Præpositũ sancti Vincentij inquit. Ad hoc uero quod subiungitur in epistola. 1. Vtrum sit utendum ordinationibus & reliquis sacramentis in criminosis ut exhibitis ab adulteris uel Sancti

Vrbanus 2 *32. dis. præ*

inuenitur, unde cum Christum hoc dixisse testetur, miraris quod aliquis asseuerare tentauerit cum aliquid plus dixisse quam aliquis euangelistarum asseuerat. uerum si formam. ipsius canonis inspicias diligenter preter hoc de quo tua fraternitas requirit, alia duo uidelicet eleuatis oculis in cœlum & æterni testamenti poteris in ipso canone reperire quæ in textu euangelico non reperiuntur. Sane multa tam de uerbis quam de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omissa quæ apostoli uel suppleuisse uerbo uel facto expreßisse leguntur. Paulus in actibus apostolorũ sic ait, meminisse nos oportet uerbi domini Iesu, qui dixit. Beatius est dare quam accipere. Hæc nullus quatuor euãgelistarum descripsit, Nullus etiam horũ expreßit de Christo quod Paulus ad Corin. Scribens sic ait. Visus est plusquam quingentis fratribus simul, deinde uisus est Iacobo, nouißime autẽ tanquam obortiuo uisus est mihi ipsi, etiam euãgelistæ mutuo inter se suppleuisse leguntur quæ ab eorum aliquo uel aliquibus sunt omissa. Vnde quõ tres euangelistæ posuerunt hoc est corpus meum, solus Lucas adiecit quod pro uobis tradetur & quõ Matth. & Marc. dicant pro multis Lucas dicit pro uobis. Matthæus autem in remißionem peccatorũ adiunxit. Cæterum ea quæ adduntur in canone missæ possunt ex alijs locis euangelij comprobari. Ioannes .n. suscitationem Lazari describens Iesum sursum oculos leuasse asserit & dixisse, pater gratias ago quod audisti me, & infra si tunc igitur oculos in cœlum leuauit ad patrem cum ad corpus examine animam Lazari reuocauit, probabilius esse uidetur quod tunc oculos leuauerit ad patrem in cœlũ quomodo panem & uinum in corpus & sanguinem propriũ cõmutauit.. Cætorum sicut superius est expressum cũ

celebrandam, quotidie. 7. horis canonicis, in laudem uirginis gloriosæ, ordinauit.

De. 12. centenario. Cap. 29.

Innocētius 2 — Innocentius. 2. condemnatū Petrum Abelardū Parisijs ipse condēnationem confirmat hic quoq; errasse circa hoc sacramētū dicitur, q & de hoc ut alijs erroribus suis à sancto Bernardo conuictus condēnatus est, ut prædictum est. unde & creditur, qđ ab isto. 2. Innocentio iterum Berengarij error damnationi subiectus est. nam Claremōtanū agit conciliū. Et iterum Belgis synodum habet. Et. 3. Placentiæ alium conuentum habet, sed priori concilio illos damnat, quo & Anacletum antipapam, ecclesiæ hostem & anathemate notatum percutit.

60. in hoc numero Primus Alexander hæreticus

Alexander. 3 — Alexander. 3. Osoniensi episcopo inquit. Nō enim solus presbyter missarum solemnia uel alia diuina officia potest sine ministri suffragio celebrare. Alexander isdem in consilio Lateranensi, ideoq; cōstituimus q usurarij manifesti nec ad communionem mittantur altaris, nec christianam si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam.

Lucius. 3 — Lucius. 3. inquit. De rectoribus ecclesiarum, lepræ macula usq; adeo infectisq; altari seruire non possunt nec sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, ecclesias ingredi, hoc uolumus te tenere, quod ei dandus est coadiutor, qui curam habeat animarum & de facultatibus ecclesiæ ad sustentationem suam congruam recipiat portionem. Lucius isdem in consilio. Vniuersos qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi uel de baptismate seu de peccatorum confeßione matrimonio uel reliquis ecclesiasticis sacramentis aliter sentire aut docere nō metuunt quā sacrosancta Ro. ecclesia prædicat et obseruat & generaliter quo

Extra de celebratione missarū

Extra de hæreticis ad abolandam

cũq; eadẽRom. ecclesia uel singuli episcopi p dioceses suas cũ concilio clericorũ uel clerici per ipsi sede uacante cõ cõcilio si oportuerit uicinorum episcoporum hæreticos iudicauerint uinculo perpetui anathematis ĩnodamus et infra. Clemens.3

Clemens tertius idem statuit quod Lucius tertio capitulo de rhetoribus. Extra de clerico ægrotante ca. ex parte uestra

Cœlestinus tertius inquit. Quæsitum est utrum secerdotibus græcis quibus legitimo matrimonio lege uti pœnitentia publica sit imponenda si eam sibi postulent pro filijs oppreßis iniũgi. Huic igitur cõsultationi tuæ taliter rñdemus ꝑ seipsis ꝓcurãtibus uel studiose negligẽtibus filij, in lectis reperiuntur oppreßi ab efficio altaris debent perpetuo abstinere et eis grauior quam laicis non tamen publica nisi in publicum id ueniat pœnitentia debet imponi. uerum si ex iniuria ipsi mortui inueniantur in cunis & illud fuerit occultum, eis pœnitentia pro arbitrio pœnitentiarij imponatur, & ad terrorem aliorum ad tempus abstineant à celebrationemissarum. Cœlestinus.3 Extra de precijs & econceßionibus

De.13. centenario. Cap. 30.

Innocentius tertius in consilio Lateranensi. Vna est fidelium utilis ecclesia extra quam nullus omnino saluatur, in qua idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus cuius corpus & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis & uini ueraciter continentur transubstantiatis pane in corpus & sanguinem potestate diuina ut ad perficiendũ mysterium unitatis accipiamus ipsi de suo quod accepit ipse de nostro. Et hoc utiq; sacramentum nemo potest conficere nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundum claues ecclesiæ quas ipse conceßit apostolis eorumq; successoribus Iesus Christus. sacramentum uero baptismi quod ad dei in= Innocentius.3 Cap.1 Extra de summa trinitate & fide catholica cap.1

ter hoc ad monia cum uiolatoribus uel huiuſmodi ad hoc inquam re-
huc uero ſpondemus ſi ſchiſmate uel hæreſi ab eccleſia non ſeparan
tur quorundem ordinationes & reliqua ſacramenta ſancta & ueneranda non negamus ſequendo beatum Auguſtinũ qui ſuper.10.de huiuſmodi tam copioſe quam ueraciter diſ diſſerit. Ait enim baptizat ſeruus ſiue bonus ſiue malus, Neſciat ſe ille,qui baptizatur baptizari niſi ab eo, qui ſibi baptizandi dedit poteſtatẽ et paulo poſt. Non abhorreſcat columba myſterium malorum ſed reſpiciat domini poteſtatem,attamen prædeceſſores noſtri Nicolaus & Gregorius à miſsis ſacerdotum quos tales re uera conſtiterit fideles abſtinere decreuerunt, ut & peccandi licentiam cæteris auferrent & huiuſmodi ad pœnitentiæ lamenta reuocarent. Scribit.n.prædeceſſor noſter Gregorius Redulpho & Bertaldo ducibus inter cætera officium Simoniacorũ & in fornicatione iacentium ſcienter nullo modo recipiatis,& quãtum poteſtis tales à ſanctis miniſterijs ubi oportuerit prohibeatis. Porrò ad hæc quæ tibi ſyllogiſtice in eadem epiſtola obijciuntur, & ſi corpus & ſanguis Chriſti non ſunt,et alia quæ prædiximus ſiue uirtutis effectum nõ habeant,q̃d hoc agentibus obſunt, qd' ſi ſic eſt cur aſpernũtur ſi ab indignis præſumuntur? Ad hæc ita reſpondemus proprias q̃dem domini dignitates & uirtutes,ut præfatus Auguſtinus ait ſuper Ioan. Contra Donatiſtas, ſed agentibus uel ſuſcipientibus hæc eadem ſacramenta contra præfatorum pontificũ inſtituta,niſi forte ſola morte interueniente, utpote ſine baptiſmate uel cõmunione quilibet humanis rebus excedat,eis inquam agentibus uel ſuſcipientibus in tantũ obſunt ut uel idolatræ ſint cum talibus & ordinationum & ſacramentorum confectio & aliter quam permiſſum ſcienter ſu

sceptio uehementer à sanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel propheta. Quoniam peccatū ariolādi est repugnare et quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Hæc de malis catholicis, qui intra ecclesiam sunt. cæterum schismaticorum & hæreticorum sacramenta, quoniam & extra ecclesiam sunt iuxta sanctorum patrum traditiones. s. Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini et Hieronymi, formam quidem sacramentorum habent, non autem uirtutis effectū habere profitemur, nisi cum ipsi uel ipsorum sacramentis initiati per manus impositionē ad catholicam redierint uni tatē. Sciendum uero quod canones apostolorum, quorum authoritate orientalis & ex parte Romana utitur ecclesia, etiam Cyprianus martyr & octoginta episcopi cum eorū baptisma hæreticorum lauacrum diaboli appellant. Stephanus uero & Cornelius martyres pontifices Romani & uenerabilis Augustinus in lib. de baptismo eundem Cyprianū & præfatos episcopos ob eā causam uehemēter redarguūt affirmantes baptisma siue ab hæretico siue schismatico ecclesiastico more celebratū ratū esse baptisma & merito, q̄a alia in baptismo & alia in reliquis sacramētis cōsideratio est, q̄ppe cū & ordine prior est & necessarior sit fides, subito. n. morituros prius in baptismate, quā dn̄ici corporis cōione, & alijs, sacris cōsulitur, & dū forte catholicus nō inuenitur, sanctius est ab hæretico baptismi sacramētū sumere, quā in æternum perire, & hāc sententiam præscriptorum pontificum Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius, Syritius, Leo, Anastasius, & magnus Gregorius, et oīs catholica ecclesia tenet. Vrbanus idem statuit missas sabbato sacraq; deo facienda in laudem diuæ Virginis matris dei. Idem at officiū paruū uirginis

Prior est fides

Ab hæretico in casu necesßitatis baptisma catholicū sumēdum

Vrbani. 2

denda siquidem mortem & resurrectionem Christi similitudinem & imaginem esse apostolus manifestat: Christus inquiens mortuus est pro delictis nostris & resurrexit propter iustificationem nostram. apostolus etiam princeps Petrus in epistola sua sic scribit. Christus passus est pro uobis relinquans uobis exemplum, ut sequamini uestigia eius. si ergo tam mors quam resurrectio Christi est exemplum, ut et nos peccato mortui, iustitiae causa uiuamus. Quare si nō fuit ueritas, quia fuit exemplū, ergo nec uere mortuus fuit Christus, nec uere à mortuis resurrexit, sed absit à fideliū cordibus error iste cum prophete ipse testetur quam uere lāgores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit. Dicitur tamen mysterium fidei, quoniam aliud ibi creditur quam cernitur species panis cernitur & uini, & creditur ueritas sanguinis & corporis Christi, ac uirtus unitatis et charitatis, etc. Et infra. Destinguendū est tamen subtiliter inter tria quae sunt in hoc sacramento discreta, uidelicet formam uisibilem, ueritatem corporis, & uirtutem spiritualem. forma est panis & uini, ueritas, carnis & sanguinis, uirtus, unitatis, et charitatis. primū est sacramētum & non res, secundum est sacramentum & res, tertium est res & non sacramentum, sed primum est sacramentum geminarei, secundum est sacramentum unius & alterius res existit, tertium est res gemini sacramenti. Credimus & igitur quod forma uerborum sicut in canone reperitur & à Christo apostoli & ab ipsis eorum acceperint successores.

Quaesiuisti etiam utrum aqua cum uino in sanguinē cōuertatur? super hoc autem opiniones apud scholasticos uariantur. Aliquibus enim uidetur quod cum de latere Christi duo praecipua fluxerint sacramenta redemptionis in san

Quia uocatur mysteriū fidei & aliud cernitur q̄ credatur

Tria sunt in hoc sacramento

Quid sacramētum tantum

Quid res & sacram

Quid tantum res

Quae sit forma uerborum cōsecrationis huius sacramenti

Aqua transubstantiat cum uino in sāguinē

guine ac regenerationis in aqua in illa duo uinum & aqua quæ commiſcentur in calice diuina uirtute mutantur, ut in hoc ſacramento plene ſit ueritas & figura. Alij uero tenẽt quod aqua cum uino tranſubſtantiatur in ſanguinem cum in uinum tranſeat miſta uino, licet phyſici contrarium aſſeuerent, qui aquam à uino poſſe per artificium ſeparari aſſerunt. Preterea poteſt dici quod aqua nõ tranſit in ſanguinem, ſed remanet prioris uini accidentibus circũfuſa, ita quod uini ſaporem aſſumit quod inde conuincitur, quia ſi poſt calicis conſecrationem aliud uinum mittatur in calicẽ, illud quidem non tranſit in ſanguinem nec ſanguini cõmiſcetur. Sed accidentibus prioris uini cõmiſtum corpori qđ ſub eis latet undiq; circunfunditur non madidans circunfuſum ipſa tamen accidentia uinum appoſitum uidentur afficere, quia ſi aqua fuerit appoſita uini ſaporem aſſumit cõtingit itaq; accidentia mutare ſubiectum ſicut et ſubiectum contingit accidentia permutare. cedit quippe natura miraculo & uirtus ſupra conſuetudinem operatur. Sed nec incõueniens creditur aut abſurdum ſi aqua in corpore Chriſti eſſe credatur qũo legatur de ipſius corpore ꝓceſſiſſe, &c. Infra. Verum inter opiniones prædictas illa probabilior iudicatur quæ aſſerit aquam cum uino in ſanguinem tranſmutari ut expreſſius eluceat proprietas ſacramenti. Nam cum aquæ multæ ſunt populi multi iuxta quod alibi legitur beati qui ſeminant ſuper aquas, Ideo uino aqua unitur, ut Chriſto populus aduuetur per hoc enim quod ſuſcepit ipſe de noſtro accipimus ipſi de ſuo tam inſolubili nexu coniungimur, ut qui eſt uinum cum patre per ineffabilem unitatem fiat unum nobiſcum per admirabilem unionem ac per hoc ipſo cõmuniter mediante cum patre unum efficimur

Infra hoc declarat ca pi. in quadã noſtra Decretali Accepta opinionẽ

pater, inquit, sancte serua eos quos dedisti mihi, ut sint unũ sicut & nos, non pro his rogo tantum, sed pro eis, qui cre dituri sunt per uerbum eorum in me, ut & ipsi in nobis unum sint & mundus credat, quia tu me misisti.

Innocentius. 3. Vigorensi episcopo. Respõdemus qui ex=cepto die natiuitatis dominicæ, nisi causa necessitatis sua=deat, sufficit sacerdoti, semel in die, unam missam, solũmo=do celebrare. Isdem archiepiscopo Bracharensi, quærẽti an hymnus angelicus debeat dici in missis uotiuis beatæ Virgi nis. Et spiritus, &c. inquit. Apud nos in diebus profestis, cum missarum solemnia in honorem beatæ Virginis cele=brantur, neq; hymnus angelicus, neq; symbolum decantan=tur, licet in missa, propria præfatio decantatur, ut inter cõ memorationem, & solemnitatem differentia ostendatur, un de te deum laudamus, regularius dimittitur, quam dicatur in laudibus matutinis. Isdem clericis. s. pro. Magaloñ. sem=per sacerdos uino profundere debet, post quam totum ac=ceperit eucharistiæ sacramentum. Nisi cum eodem die aliã missam debuerit celebrare, ne si forte uinum profusionis ac ceperit, celebrationem aliam impediret. Innocentius. 3. rhe toribus Romanæ fraternitatis. Quæsiuisti quid de in=cauto presbytero uideatur, qui cum se sciat in mortali cri=mine constitutum, missarum solemnia, qui non potest pro-pter necessitatem quamlibem intermittere, propter sui faci noris cõscientiam dubitat celebrare, per actisq; cæteris cir cunstantijs missam celebrare se fingit, & suppressis uerbis, quibus conficitur corpus Christi, panem et uinum tantũ=modo pure sumit, ita credens per id quod prætendit, populo satisfacere, ut pro hoc quod intendit, deum non de beat prouocare. Cum ergo falsa sint abijcienda remedia,

Extra de cele. missarum. 5. con suluisti

Non uer=bum, ergo potest ut in infra cap. ex parte enim

Ibidẽ cap. consilium nostrum

Ibidem ca pi. ex parte

Modus ser uandus si aliam mis-sam debet celebrare

Ibidem ca pi. de ho=mine

quæ ueris sunt periculis grauiora, licet is qui pro sui crimi nis cōsciētia reputat se indignum, peccet grauiter, si se inge rat irreuerenter ad illud. grauius tamen uidetur offendere, qui sic fraudulenter illud præsumpserit simulare. Cum ille in solius misericordiæ dei manum incidat, Iste uero non solum deo cui nō ueretur illudere, Sed populo quem decipit, se astringat.

Ibidem Innocentius.3. Ferrariensi episcopo, in quadam nostra Decretali epistola, asseris te legisse illud fuisse nepharium opinari, quod quidam dicere præsumpserunt, in sacramento uidelicet eucharistiæ, aquā in phlegma cōuerti, nā et de latere Christi, non aquam, sed humorem aquaticum mentiūtur exisse, etc. infra. Nos igitur ad tuæ supplicationis instantiam, Respondemus, quod quidam dixerunt, sed errauerūt,

Arriani Christum non fuisse uerum deum, sed adoptiuum, ut mise-

Manichei ri Arriani. Alij Christum non fuisse uerum hominem, sed phātasticum, ut impij Manichei. Sed aduersas eas hæreses

Prima pro batio Ioā. apostolus in epistola prima sua.*s.* inquit. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritus.*s.* & hi tres unum sunt, per hoc intendens ostendere, quod Chri-

2. *Proba tio* stus sit uerus deus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, aqua, & sanguis, per hoc intendens ostendere, qd' Christus sit uerus homo. Nā ad esse hominis, duo

3. *Proba tio* principaliter exiguntur, uidelicet corpus & animam ex quorum coniunctione uerus homo subsistit. pro hoc autē,

Matth. 27 quod in articulo mortis, Christus inclinato capite tradidit

Marci. 15 spiritū, de quo uoce magna clamauerat, pater ī manus tuas

Matth. 26 cōmedo spiritum meum, probatur, quod ipse spiritum ha-

4. *Proba tio* bebat, non solum flatum uitalem, sed animam rationalem, de qua prædixerat, tristis est anima mea, usq; est ad mortē,

& potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi. per hoc autem, qd' unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Ioan. 19. probatur aperte quod Christus uerum corpus habebat. Nã de phãtastico corpore nec sanguis, nec aqua, potuisset exire. Vnde ille qui uidit, testimonium perhibuit, & testimoniũ eius est uerũ, quia tres sunt q testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quod uidelicet Christus sit uerus homo ex anima rationali, & humana carne subsistens, probatur ex eo quod spiritum uitalem emisit, & uero corpore probatur, quoniam ex eo sanguis & aqua exiuit. Rationalis quippe anima, non posset uiuificare, nisi corpus humanum, ex quibus uerus homo consistit. Caeterum, sicut fuit uerus spiritus, et uerus sanguis, ita proculdubio uera aqua cum Christus sit ueritas, & a ueritate, omnis fallacia sit pęnitus aliena. Nã si nõ sufficit aqua, sed phlegma, quod de latere saluatoris exiuit, ille qui uidit, & testimonium ueritati phibuit, profecto non aquam, sed phlegma dixisset. Nec in hoc uerum regenerationis sacramentum fuisset omniũ. Cũ per sacramẽtũ baptismi, nõ regeneremur in phlegmate, sed in aqua. Neq; per hoc posset uero argumento probari, qd' in sacramento eucharistiae, admiscenda sit aqua uino, si de latere Christi nõ aqua, sed phlegma cum sanguine proflu xisset. Sed nec uera fuisset figura, quę super hac re praecesserat in ueteri testamento, quando Moyses uirga percussit silicẽ, & ex ea nõ phlegma, sed aqua emanauit. Restat igitur ut qualiscunq; fuit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo uirtute diuina creata, siue de componentibus, ex parte aliqua resoluta, proculdubio uera fuit. Cum naturaliter possit, & compositum incomponentia, & elemen-

Ioan. 10
5. probatio
6. probatio
7. probatio
Epilogus ex his
Ad propositionẽ. q. reuertitur
1. probatio
2. probatio qd' fuerit aqua
3. probatio
4. probatio
Marius papa de cõs. 2. nõ oporteт
5. probatio
Respõdet obiectio.
6. probatio

tatum in elementa resolui. Quemadmodum uerus extitit sudor ipsius, sicut guttæ sanguinis decurrẽtis in terrã, Lucæ. Cum autem ad compositionem humani corporis. 4. elementa concurrant, uidelicet terra, aqua, aer, & ignis, et ad Vegetationem eiusdem corporis. 4. humores consimiles illis cõueniant, uidelicet, sanguis, cholera, phlegma, et melãcholia, ut ueritatem humani corporis, expreßius declararet, unum ex illis, & unum ex istis Ioan. expreßit. Illaque potius ex illis & istis, quæ magis mysterio congruebant, ex electis aquã, & ex humoribus sanguinẽ, in quibus duobus, maxime duo sacramenta, redemptionis uidelicet & regenerationis elucent.

Innocentius, isdem in concilio generali. Statuimus ut in cunctis ecclesijs, chrisma, & eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis, conseruentur, ne poßit ad illa, temeraria manus extendi, ad aliqua horribilia uel nepharia exercenda. Si uero is ad quem spectat custodia, ea incaute reliquerit, tribus mẽsibus ab officio suspendatur, & si per eius iniuriam aliquid nephandum inde cõtigerit. grauiori subiaceat ultioni. Innocentius isdem Liuoniensi episcopo, & eis qui cum ipso sunt fratribus. Cæterum cum pœnitentia, non tantum secundum quantitatem excessus, quam pœnitẽtis cõtritionẽ, per discreti sacerdotis arbitrium sit moderanda, pensata qualitate personarum. Super fornicatione, adulterio, homicidio, periurio, & alijs criminibus, consideratis circumstantijs omnibus, et præsertim nouitate Liuoniensis ecclesiæ, conpetentem pœnitentiam, delinquentibus imponatis, prout saluti eorum uideritis expedire. Apostoli autẽ uestigijs inhærentes dicentis, lac uobis potum dedi nõ escã, paulatim eos instruatis in fide, confeßionis formam, oratio

7. probatio

8. probatio

4. humores inesse misto

Optima quidem ratio & forma

Quia ille duo expreßit Ioan. magis

Extra de custodia eucharistiæ

Idem infra ab honorio statuitur

Extra de penis & rem. deus qui ecclesiam suam

nem dominicam, & symbolum illos sollicite edocentes. Interim tamen corporis & sanguinis domini sacramētum renatus fonte baptismatis, consuetis festiuitatibus, & in mortis articulo tribuatis. Innocentius isdē Valentino & Burg. episcopis & abbatibus etiam cistercienfis ordinis. In illo uerbo per quod morientibus pœnitentiam non negamus, uiaticū etiam quod uere præsentibus exhibitur, intelligi uolumus, ut nec ipsum decedentibus denegetur. Innocentius. 3. Ioan. tituli sancti Stephani in Celio mōte presbytero cardinali sup excessibus archiepiscopi Armacheni. Sup eo qui in die consecrationis suæ, antequam missarum solēnia finirentur, accolitum ornauit, pro tali excessu eum corripias & castiges. Cum solius, ratio pontificis, qui ante hymnum angelicum consecratur, & postmodum, ipse missarum incipit & perficit consecrationem, in die consecrationis suæ ualeat orationes celebrare. Cæteri uero qui inter epistolam & euangeliū consecrantur, quia consecrati concelebrant, principaliter celebranti, ne diuidatur mysterium unitatis, non debent tunc orationes celebrare, præterea cū nō liceat archiepiscopo sine pallio, conuocare conciliū, cōficere chrisma, dedicare Basilicas, ordinare clericos, & episcopos consecrare, multum profecto præsumit, qui antequam impetret palliū, clericos ordinare festinat, cum id non tanquam episcopus, sed tanquam archiepiscopus facere uideatur. Innocentius. 3. in concilio generali. Sunt & alij (non solum minores clerici etiam aliqui ecclesiarum prælati) qui missarum solemnia, uix celebrant quater in anno, & quod deterius est, intereße contemnunt, et si quando dum hæc celebrantur intersint, chori silentium fugientes, intēdūt exterius collocutionibus laicorum, dumque auditum ad in de-

Baptizatus adultis protinus statim danda eucharistia

Ibidem capi. qd' intelligi

Extra de electiōe capi. quod sicut

Consecrat papa in missa ante hymnū angelicum

Episcopi et sacerdotes consecrantur inter epistolam et euāgelium

Extra de. cele. missarum, dolentes

Cōtra episcopos fre

quêter nõ celebrãtes Et diuinis nolentes interesse in choro

Extra de filijs presbyterorũ capi. Cum decorem

Honorius 3 Extra de celebra, missarũ ca pi. sane cũ

Custodia euchari= stiæ

Adoratio euchari= stiæ

Responsa exhiben= da dũ portatur ad infirmos eucharistia

Ibidem

bito sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina. Hæc igitur & similia, sub pœna suspensionis penitus inhibemus, districte præcipiẽtes in uirtute obediẽtiæ, ut diuinum officium nocturnum pariter & diurnum, quantũ eis dederit deus, studiose celebrent pariter & deuote. Innocentius. 3. in concilio, filijs canonicorum præbendas in eisdem ecclesiis conferri non sinatis, quorum sunt canonici patres eorum. Cum in decorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius, in publico patris ministret, in quo unigenitus filius æterno patri pro salute humani generis uictimatur.

Honorius. 3. statuit ne propter incuriam sacerdotum, diuina indignatio grauius exarscat. districte præcipiendo mãdamus, quatenus à sacerdotibus eucharistia in loco singulari, mũdo, et signato, semper honorifice collocata, deuote ac fideliter cõseruetur. Sacerdos uerò frequenter doceat plebem suam, ut cum in celebratione missarũ, eleuatur hostia salutaris, se reuerenter inclinet. Idem faciens, cum eam defert presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu, superposito mundo uelamine ferat, & referat, manifeste, ac honorifice, ante pectus, cum omni reuerentia & timore. Semper lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, ut ex hoc apud omnes fideles deuotio augeatur prælati autem huiusmodi mãdati, grauiter punire nõ differant trãsgressores. Si & ipsi diuinam, & nostram uolunt effugere ultionem. Honorius 3. uniuersis ecclesiarum prælatis. Cũ creatura non habeat, quod pro meritis respondeat creatori &c. Mandamus, quatenus nullum in uos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quo minus & pro anniuersarijs defunctorum, & profesto, uel feria, secundum temporum cõgruentiam, missarum solemnia, conuentualiter celebretis. Hono-

rius.3. episcopo Sipontino. Cũ cuilibet sacerdoti quacunq; dignitate præfulgeat, unam in die celebrare missam sufficiat & ualde est felix, qui celebrat digne unam, Fraternitati tuæ mandamus, quatenus die cœnæ domini in ecclesia Sipontina duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, missarum studeas solemnia celebrare. Honorius archiepiscopo Ablasensi, pniciosus in tuis partibus inoleuit abusus, uidelicet qd' in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio quã de uino. Cum secundum rationabilem cõsuetudinem ecclesiæ generalis, plus in ipso sit de uino, quam de aqua ponendum. Ideoq; f.t. mãdamus, quatenus id nõ facias, nec in tua puintia fieri patiaris. Honorius. 3. episcopo Brixiensi, literas tuas recepimus continentes, qui cum super excessibus presbyteri ecclesiæ. s. Brigide Brixi. inquirere, cõfessus est, qd' cum quodam die hostiam & calicem non haberet, in pane fermentato, & Cypho ligneo, missarum solemnia celebrare præsumpsit, &c. Intellecto iterum, qd' prædicta ecclesia p malitiam dicti presbyteri multipliciter lædebatur, inquisitionis officium iterans, quod idem sine igne sacrificabat & aqua. Cum igitur uel ex aperta malitia, uel nimia desipientia peccasse probetur, mandamus quatenus officio & beneficio & perpetuo ipsum priues.

Vrbanus. 4. papa statuit celebrandũ festum corpus domini feria quod post festum. s. trinitatis uel qualibet pentecostes prima. Cuius constitutio habetur talis. Transiturus de hoc mundo ad patrem saluator noster dominus Iesus Christus cum tempus suæ passionis instaret sumpta cœna in memoriam mortis suæ instituit summum & magnificum suæ corporis & sanguinis sacramentum, corpus in cibum & sanguinem in poculum tribuendo, nam quotiens hanc

Quotidie missa celebranda ut deo reddamus quod possimus non uade. Ibidẽ To. refrrente

In ecclesia cathedrali chrisma cõfici debet, et missa ab episcopo celebrari ĩ cœna dñi

Ibidem

Plus de uino qua de aqua in sacramento ponendum

Ibidem

Anno dñi 12.61

Omnibus patriarchis episcopis ar-

chiepiscopis et alijs prælatis Clementina si domini in sãctis de reliq̃s & uene

panem manducamus et calicem bibimus mortem domini annunciamus, in institutione quidem huius sacramẽti dixit ipse apostolus. Hoc facite in meam cõmemorationẽ ut præcipuum insigne memoriale sui amoris eximij quo nos dilexit esset. Hoc præcelsum & uenerabile sacramentum memoriale inquam mirabile ac stupẽdũ, delectabile, suauitate plenißimũ ac sup omnia pretiosum in quo innouata sunt signa & mirabilia immutata in quo habetur omne delectamentum & omnis saporis suauitas ipsaq; dulcedo domini degustatur in quo utiq; uitæ suffragium consequimur et salutis hoc est memoriale dulcißimum, memoriale sacratißimum & memoriale salutificum in quo gratam redemptionis nostræ recensemus memoriam in quo à malo trahimur in bono confortamur & ad in tantum gratiarum proficimus incrementa, in quo profecto proficimus ipsi corporali præsentia saluatoris. Alia nanq; quorum memoriam agimus spiritu menteq; complectimur, sed nõ propter hoc realem eorum præsentiã obtinemus, in hac uero sacramentali Christi cõmemoratione Iesus Christus sub alia quidem forma in propria uero substantia est nobiscum. Ascensurus enim in cœlum dixit apostolis & eorum sequacibus. ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi benigna ipsos confortans promißione quod remaneret & esset cum eis etiam præsentia corporali. O digna & nusquam intermittenda memoria in qua mortem nostram recolimus mortuã nostrũq; ĩterim interisse ac lignũ et uiuificum ligno crucis affixum fructum nobis attulisse salutis. Hæc est cõmemoratio gloriosa quæ fidelium animos replet gaudio salutari & omni infusione lætitia deuotionis lachrymas subministrat, exaltamus nimirum nostram memo

rando liberationem e recolendo paßionem dominicam per quam liberati sumus uix lachrymas cõtinemus in hac itaq; sacratißima cõmemoratione assunt nobis suauitatis gaudiũ et lachrymæ simul, quia in ea congaudemus lachrymantes, & lachrymamur deuote congaudentes lætas habendo lachrymas & lætitiam lachrymantes, nam cor ingenti persusum gaudio dulces per oculos distillat guttas. O diuini amoris immensitas, diuina pietatis superabundantia, diuinæ affluẽtia largitatis, dedit enim nobis dominus omnia quæ subiecit sub pedibus nobis & per uniuersas terræ creaturas contulit nobis dominij principatum ex ministris etiam spirituum superiorum nobilitat et sublimat hominis dignitatẽ. Ad ministratorij nanq; sunt omnes in ministerium propter eos, qui hæreditatem saluatoris cupiunt destinati, & cum tam copiosa fuerit erga nos eius munificẽtia uolens ipse adhuc in nobis exuberantem charitatem præcipua liberalitate mõstrare semetipsum nobis exhibuit & transcendens omnem plenitudinem largitatis omnem modum dilectionis excedens attribuit se in cibum. O singularis & admiranda liberalitas ubi donator uenit in donum & datum est idem penitus cum datore. Quam larga & prodiga largitas cum tribuit quis seipsum, dedit igitur se nobis in pabulũ, ut qa per mortẽ homo corruerat & per cibum ipse releuaretur ad uitam. cecidit homo per cibum ligni mortiferi, releuatus est homo per cibũ ligni uitalis. In illo pepẽdit esca mortis, in isto pependit uitæ ac mentium. illius esus meruit læsionẽ istius gustus intulit sanitatẽ, gustus sauciauit et gustus sanauit, uide quia unde uulnus est ortum pro die & medela & ũn mors subijt, deinde uita euenit. De illo siquidẽ gustu dicit. Quacũq; die comederis morte morieris. De isto uero

legitur si quis comederit ex hoc pane uiuet in æternum. Hic est cibus, qui plene reficit uere, nutrit summeque impinguat non corpus sed cor, non carnem sed animam, non uentrem sed mentem. homo ergo, qui spirituali alimonia indigebat saluator ipse misericors de nobiliori & potentiori huius mundi alimento pro animæ refectione pia dispositione prouidit, decens quoq; liberalitas extitit & conueniens operatio pietatis, & uerbum dei æternum quod rationabilis creaturæ cibus est, refectio factū caro se rationabili creaturæ carni & corpori, homini uidelicet in edulium largiretur. panem enim angelorum manducauit homo, & ideo saluator ait, caro mea uere est cibus, hic panis sumitur, sed uere non cōsumitur, manducatur, sed non transmutatur, quia in edentem minime transformatur. s. si digne recipitur sibi recipiens conformatur. O excellentissimum sacramētū, o adorandum, ueneradum, colēdum, glorificandum præcipuis magnificandum laudibus, dignis præconijs exaltādū, cunctis honorandum studijs, deuotis prosequendum studijs & synceris retinendum mentibus. o memoriale nobilissimū intimis cōmendandum præcordijs, firmiter animo alligandum, diligenter reseruandum in cordis utero & meditatione ac celebratione sedula recensendum. Huius memorialis cōtinuā debemus celebrare memoriā, ut illius cuius ipsum fore memoriale cognoscimus semper memores existamus, quia cuius donum uel munus frequentius accipitur, huius memoria strictius retinetur. Legitur hoc memoriale sacramentum in quotidianis missarum solemnijs, frequētetur conueniens tamen arbitramur & dignum, ut de ipso saltem semel in anno ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam & insaniam memoria solemnior & cele-

brior habeatur in die nãq; cœnæ domini, quo die ipse Christus hoc instituit sacramentum, utilis ecclesia pro pœnitentium reconciliatione sacri cõfeßione chrismatis adimpletione mandati circa lationem pedum & alijs plurimum occupata plene uacare nõ potest celebratione huius maximi sacramenti. hoc enim circa sanctos quos p anni circulũ ueneramur ipsa obseruat ecclesia, ut quãuis in letanijs & missis & alijs ipsorũ memoriam sæpius renouemus, nihilominus ipsorum natalitia certis diebus per annum solemnius recolat festa propter hoc eisdem diebus specialia celebrando & quia in his festis circa solẽnitatis debitũ aliquod per negligentiam aut rei familiaris occupationem, aut alias ex humana fragilitate omittitur, statuit ipsa mater ecclesia certã diem in qua generaliter omnium sanctorum cõmemoratio fieret, ut in hac ipsorum celebratione cum quia quid in proprijs ipsorũ festiuitatibus omissum existeret, solueretur. Potißime igitur exequendum est erga hoc uiuificum sacramẽtum corporis & sanguinis Iesu Christi, qui est sanctorum omnium gloria & corona, ut festiuitate & celebritate præfulgeat speciali quatenus in eo quod in alijs missarum officijs circa solemnitatem est prætermissum deuota diligentia suppleatur & fideles festiuitate ipsa instante ĩtra se præterita memorantes id quod ipsis missarum solemnijs secularibus forsan agendis impliciti aut alias ex negligentia uel fragilitate humana minus plene gesserunt, tunc attente in humilitate spiritus & animi puritate restaurent. intelleximus autem olim dum in minori essemus officio cõstituti qd' fuerat quibusdam catholicis reuelatum festum huiusmodi generalitter in ecclesia celebrandum. Nos itaq; ad corroborationem & exaltationem catholicæ fidei digne ac rationabi

liter diximus statuendum, ut de tanto sacramento præter quotidianam memoriam quam de ipso facit ecclesia solemnior et specialior annuatim memoria celebretur certum ad hoc designantes & describentes diem uidelicet feriam quintam proximam post octauam pentecostes, ut in ipsa quinta feria deuote turbæ fideliũ propter hoc ad ecclesias affectuose concurrant, & tam clerici quam populi gaudentes in cantica laudum surgãt, tunc enim omnium corda & uota ora, & labia hymnos persoluunt letitiæ salutaris, tunc psallat fides, spes tripudiet exultet charitas deuotio plaudat iubilet chorus, puritas iocũdetur, tunc singuli alacri animo prona quã uoluntate conueniant sua studia laudabiliter exequendo tanti festi solemnia celebrantes utinam ad Christi seruitium, sic cuius fideles ardor inflammet & per hæc & per alia proficientibus ipsis meritorum cumulus apud eũ, qui se dedit pro eis in pretium tribuitq; seipsis in populũ tandem post eius uitæ decursum eis se in præmium largiatur. Ideoq; uniuersitatem uestram monemus & hortamur in domino & per apostolica scripta in uirtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mãdamus in remißionẽ peccaminum iniungentes quatẽs tam excelsum tam gloriosum festum prædictum feria quinta singulis annis deuote ac solemniter celebretis & faciantis studiose per uniuersas ecclesias ciuitatũ uestrarum & diocesum celebrari subdito uestros in dominica dictam quintam proxime præcedente salutaribus monitis sollicite per uos & per alios exhortãtes, ut per ueram & puram confeßionem elemosynarũ largitionem attentas & sedulas orationes & alia deuotionis et pietatis opera taliter se studeant præparare; quod huius pretiosißimi sacramenti mereantur fieri participes illa die

poßintq; suscipere reuerenter ac eius uirtute augmentū cō sequi gratiarum. Nos enim Christi fideles ad colendum tā tum festum & celebrandū donis uolentes spiritualibus ani mare omnibus uere penitentibus & cōfeßis, qui matutina li officio festi eiusdem in ecclesia in qua idem celebrabitur interfuerint centum, qui uero missæ totidem, qui autem in primis ipsius festi uesperis īterfuerint similiter illis uero qui primæ tertiæ & sextæ nonæ ac completorij officijs interfuerint pro qualibet horarum ipsarum quadraginta, illi autem qui per octaua illius festi mututinalibus uespertinis missæ ac prædictarum horarū officijs inter fuerint cētum dies singulis octauarū ipsarum diebus de omnipotentis dei misericordia ac beatorum apostolorum eius Petri & Pauli authoritate cōfisi de iniūctis sibi pœnitētijs relaxamus.

Gregorius.10.in concilio Lugdunensi statuit & Bonifacius.8.qui sextum compilauit affirmat. Decet dominum deū sanctitudo. decet ut cuius in pace factus est locus eius cultus sit cum debita ueneratione pacificus, sit itaq; ad ecclesias, humilis & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio deo grata, inspicientibus placida, quæ confidentes non solum instruat, sed et reficiat, conuenientes. Ibidem decet nomen illud quod est super omne nomen, a quo aliud sub cœlo non est datum hominibus, in quo saluos fieri cre dentes oporteat, nomen uidelicet Iesu Christi, qui saluum faciet populum suum à peccatis eorum, exhibitione, de reuerentiæ specialis attollant, & quod generali scribitur, ut in nomine Iesu omne genu flectatur singuli singulariter in seipsis implentes, præcipue dum aguntur missarum sacra ministeria, gloriosum illud nomen quandoq; recolitur, flectant genua cordis sui quod uel capitis inclinatione te-

Grego. 10 Anno domini. 1273 In.6.de imūitate ecclesiarū capito. decet Qualis in notus & cōuersatio in ecclesia beat esse De reuerētia nominis Iesu habenda

ſtentur, attendantur in locis eiſdem, intentis præcordijs ſacra ſolemnia, deuotis orationibus inſiſtatur, nullus in locis eiſdem in quibus cum pace ac quiete, uota cōuenit celebrari, ſeditionem excitet, conclamationem moueat, impetumue committat, &c.

Nicolaus papa. 3

Nicolaus papa tertius tantæ deuotionis & eximiæ religioſitatis prædicatur, ut neminem ante ipſum ſacrificaſſe religioſius uiſum, Cum ſemper dū ſolemnia miſſarum ageret lachrymas funderet uberrimas, tam ſuam quam populi chriſtiani deplorans imbecillitatem fragilemq; uitam, atq; enixe dominum deprecans ut fere labenti ſubueniret eccleſiæ ſanctæ ſuæ.

Nicolaus quartus, de ordine minorum uir doctus & ſapiens, Hieronymus *de* E*ſculo antea dictus et generalis ordinis minorum ſcripſit.* In. 4. *ſenten. de hoc ſacramento ſatis pulchra doctaq; ſub quo clariſſimi habiti ſunt,* Vgo Bolionius *de ordine prædicatorum &* Matthæus. Aqua*ſparta ordinis minorum generalis.* Quos *ambos cardinales inſtituit ob ſingularē doctrinam & uitæ excellētiā ſanctioris.*

Clemens. 5

De. 14. *centenario.* Cap. 31.

Clementina de reliquijs etiā uenera. ſi dominū in ſanctis 1. ſacro approbante cōcilio participamus

Clemens quintus in concilio uienenſi inquit. Si dnm in ſanctis ſuis laudare iubemur, dignum profecto iuſtum & ſalutare nobis exiſtit, ut ſibi in ſui quo nos quotidie ſpiritualiter reficit, memoriam corporis, laudes feſtiuæ uenerationis & gratias referamus. Hac *igitur cōſideratione inducti, conſtitutionē bonæ memoriæ ab* Vrbano *papa. 4. prædeceſſore noſtro, ſuper hoc editam, fratrum noſtrorū conſilio diſtricte præcipimus obſeruari,* Cuius *tenor ſequitur in hæc uerba,* Vrbanus, *&c. ſicut ſupra, &c.* Tranſiturus *de hoc muudo & in* Vrbano. 4. Clemens. 5. *in dicto concilio*

cilio Lugdunensi, contra Beguardorum & Biguinarũ hæresim inquit, de illorum. 8. errore ad nostrum (qui desidentes in uotis gerimus, ut fides catholica nostris prosperetur temporibus, & prauitas hæretica, de finibus fideliũ extirpetur) non sine displicentia grandi peruertat auditum, qđ secta quædam abominabilis, quorũdam hominum malignorum, qui Beguardi, & quorũdam, qui Beguinæ uulgariter appellantur, in regno Alemaniæ, procurante satore malorum operum, damnabiliter insurrexit, tenens & afferens, doctrina sua sacrilega & peruersa, inferius designatos errores, &c. infra. Octauo, quod in eleuatione corporis Christi Iesu, non debent assurgere, nec eidem, reuerentiam exhibere, asserentes quod esset imperfectionis eisdẽ, si à puritate & altitudine suæ cõtemplationis, tantum descenderent, quod circa mysterium seu sacrmentum eucharistiæ, aut circa paßionem humanitatis Christi aliqua cogitarent, &c. infra. Nos sacro approbante cõcilio, sectam ipsam, cũ præmißis erroribus, damnamus, & reprobamus omnino, inhibentes districtius, ne quis ipsos decætero teneat, approbet, uel defendat, &c. Clemens. 5. in eodem concilio, grauis ad nos prælatorum querela perduxit qđ nobiles quidam & domini temporales, terris eorum ecclesiastico supposito interdicto, nedum in locorum suorum capellis sed & in collegiatis & alijs indignium locorum ecclesijs, missas & alia diuina officia publice & solemniter faciunt celebrari: Ad officia eadem celebranda, nunc hos nunc illos uocantes, & interdum, quod est deterius, compellentes, hisq; non contẽti exceßibus, per campanarum non solum pulsationem, sed & uoce præconia populos etiam interdictos (ut interdicti non obstante sententia) ad audiendas missas huiusmodi uo-

In Alemania

Ecce Martini error de quo putido fonte prodijt

niat, faciunt euocari. Nonnulli quoq; ipsorum suis plerūq; subiectis ne (licet interdicti sententia publice sint nodati) de ecclesijs, dum in ipsis missarum celebrantur solemnia, instantibus etiam celebrantibus exeant, praecipere non uerentur, ex quo frequenter contigit quod (non sine dei offensa clericq; ac populi scandalo) ipsa missarum solemnia remanent in expleta. Ne igitur excessus sic graues excedentium impuritate trahantur ab alijs in exēplum, praesumptores praefatos qui in locis īterdicto suppositis, grataq; de caetero diuina celebrare officia quomodolibet cogere. Aut qui malo praedicto ad officia eadem audienda aliquos ex cōicationis praesertim uel interdicti ligatos sententia euocare, seu qui excōmunicati publice, aut interdicti de ecclesijs, dum in ipsis missarum aguntur solemnia, acelebrantibus moniti ut exeant prohibere. Nec non excōmunicatos publice & interdictos, qui in ipsis ecclesijs nominati a celebrantibus ut exeant moniti remanere praesumpserint, excōmunicationis sententia (a qua per sedem duntaxat apostolicam poßint absolui) sacro approbante cōcilio innodamus.

Haeresis Vuicleff — In illo .14. centenario circa annum domini. 1371. usq; ad 1396. Ioā. Vuicleff sectam pestiferā suam, de hoc sacramento & contra ecclesiam sanctam & bonos mores eius praedicat, qui multipliciter confutatus est, & exhumatus tandem combustus est, ex praecepto cōcilij constantiensis. Forsan pontificabat uel 6. Vrbanus dum ille sua uenena spargebat in Anglia, uel sub Bonifacio. 9. tandem uidetur condemnatus, sed adhuc non potui huius rei hucusq; legere resolutam ueritatem. Addant qui norunt fideliter addenda quos humiliter precor ad laudem dei & ueritatem tanti eucharistiae mysterij. Refert etiam magister Vui-

Bōifacius 9. Innocentius. 7. & Alexāder 5. & sunt 7. Innocentio uel Bonifacio 9. fuit condemna

lhelmus uui de foribus ordinis minorũ qđ oẽs articuli uuicleff fuerunt cõdẽnati in concilio Londonensi sub Thomæ Cantuariensi archiepiscopo.1396.& eius condemnatio approbata a pontifice & concilio Romano.

tus concilio Romano uel for te sub Ioã. 23

De.15.centenario. Cap. 32.

Martinus papa quintus in cõcilio constantiensi sessione quadragesima quinta siue ultima dixit,qđ oĩa & singula determinata cõclusa & decreta in materijs fidei per præsens cõcilium constantiense constanter tenere et inuiolabiliter obseruare uelle, et nunquam contra ire quoquo modo; ipsaq; si conciliariter facta approbat & ratificat. Conciliũ uero constantiense in sessione octaua cõdemnat Ioannẽ uuicleff cum suis articulis unde inquit. Hæc sancta synodus declarat in nomine domini nostri Iesu Christi sententias prædictorum archiepiscoporum.s. Cantuarinesis & eboracensis ac pragensis ac concilij Romani ratificans & approbans cõtra Ioannem Vuicleff & eius doctrinam & prædictos articulos & eorum quælibet libros eiusdem dialogum & trialogum pereũdem Ioannem Vuicleff nominatos & alios eiusdem authoris libros, uolumina, tractatus & opuscula quocunq; nomine censeantur quod sic haberi aut pro sufficienter expressis hoc perpetuo decreto reprobat et cõdemnat & eorundem librorum & cuiuslibet ipsorum lectionem doctrinam expositionem & allegationem nisi ad eorum reprobationem omnibus Christi fidelibus prohibẽdo inhibemus omnibus & singulis catholicis sub anathematis interminatiõe,et ne de cætero dictos articulos uel aliquem ipsorum audiant publice prædicare,dogmatizare,tenere & quolibet allegare nisi ad eorum reprobationem ut dictũ est,iubens illos libros & tractatus uolumina & opus

In libro fasciculi rerũ expetendarum Martinus 5.70. in hoc numero

ſcula prælibata publice concremari prout decretum fuerat in ſynodo Romana ſicut ſuperius eſt expreſſum. Item *ſancta ſynodus dicta declarat definit & ſententiat eũdem* Ioãnem Vuicleff *fuiſſe notorium hæreticum pertinacem ac in hæreſi deceſsiſſe anathematizando ipſum pariter & ſuam memoriam condemnando, decernit & ordinatq; corpus et eius oſſa ſi à fidelibus alijs corporibus diſcerni poſsint, exhumari & procul ab eccleſia ſepultura iactari ſecũdum legitimas & canonicas ſanctiones. Martinus iſdem omnibus archiepiſcopis ac inquiſitoribus hæreticæ prauitatis ubilibet conſtitutis.* Inter *cunctas paſtoralis curæ ſolicitudines, quibus premimur inceſſanter illa fortißime potius non angit ut hæreticis de finibus chriſticolarũ expulſis cum ſuis que falſis doctrinis & erroribus peruerſis penitus quantũ nobis ex alto cõceditur extirpetis ut orthodoxa & catholica fides integra & illibata permaneat & populus chriſtiãnus in eiuſdem fidei ſynceritate quolibet obſcurationis ſemoto uelamine immobilis & inuiolatus perſiſtat. Sane dudum pluſquam omnibus retrouectis temporibus in nõnullis regionibus & dominijs præſertim in regno* Bohemiæ *et* Marchionata Morauia *ac locis ac diſtrictibus illis uicinis aduerſus fidei catholicæq; dogmata & ſanctæ matris eccleſiæ traditiones non ſolum contra unum, quinimmo contra plura fidei catholicæ dogmata ſurrexerunt quidam hæreſiarchæ circuncelliones ſchiſmatici & ſeditioſi luciferina ſuperbia & rabie lupina euenti dæmoniorum fraude illuſi de uanitate in idipſum licet nate uel forent de diuerſis mundi partibus oriundi conuenientes & caudas colligatas habentes damnatæ uidelicet memoriæ* Ioãnes Vuicleff *de* Anglia Ioãnes Huſz *de* Boemia *et* Hieronymus *de* Praga, *qui*

utinam ſecum alios ad infidelitatis interitum non traxiſſent. Nam ubi huiuſmodi peſtilentes perſonæ peruerſa dogmata ptinaciter ſeminabāt in ſuæ doctrinæ primordio prælati & alij iudiciariæ poteſtatis regimina exercentes cum apoſtolo in promptu omnem inobedientiam hæreſiarchas ipſos peſtiferos & doloſos eorum lupinam rabiem truculē tam ſtatim ut aſtructi fuerant canonibus coercere eosq; de domo domini non curarunt. Sed ſacrilegam falſam et pernitioſam ipſorum doctrinam per longas moras negligenter conualere permiſerunt populorum multitudo illorum opinionibus falſis decepta pro ueris accepit quæ diu mendaciter & pnitioſa ac damnabiliter ſeminauerunt eiſq; credendo à recta fide cecidit turba multa et errore deuio īuoluitur proh dolor paganorū adeo quod diuerſa earum eiſdēq; cōuicinarum partim climata oues Chriſti catholicas hæreſiarchæ ipſi ſucceſſiue infecerunt, & in ſtercore mendaciorum fecerunt putreſcere. Quapropter generalis conſtantienſis ſynodus tātam fidelium & fidei orthodoxæ plagam & ruinam uidens, exclamare compulſa eſt cum Auguſtino. Quid faciet eccleſiæ medicina ſalutem omnium materna charitatate conquirens tanquam inter phreneticos & lethargicos æſtuans? Nunquid contemnere, nunquid deſiſtere debet uel poteſt? certe nō ſecūdū eūdē, īmo utriſq; ſi neceſſe eſt, moleſta ſit ſi neutris eſt inimica. Nā et moleſtus eſt medicus furēti phrenetico & pater indiſciplinato filio ille ligando, iſte cædendo, ſed ambo diligendo. ſi autem negligant & eos perire permittant inquit Auguſtinus iſta manſuetudo potius falſa crudelitas eſt, proinde ſynodus præfata ad omnipotentis dei gloriam ipſiuſq; catholicæ fidei ac chriſtianæ religionis conſeruationem augmentum & animarum ſalutem

& præseruationem eundem Ioannem Vuicleff & Ioannē Husz & Hieronymum, qui inter cætera de sacro euchariſtiæ ſacramento & alijs ſacramentis eccleſiæ & articulis fidei aliter quam ſancta eccleſia Romana credit & tenet & prædicat & docet q̃ plurima tenere & dānabiliter tenere ac credere prædicare atq; docere pertinaciter attentabant ueluti hæreticos & pertinaces ac obſtinatos iam a cōmunione fidelium ſeparatos de domo dei corporaliter eiecit, et ſpiritualiter eiectos declarauit & alia nonnulla circa præmiſſa utilia & ſalubria ſtatuit & decreuit per quæ alij cauſantibus hæreſiarchis eorumq; falſis doctrinis huiuſmodi ſpiritualiter de domo dei exierunt per uias canonicas reducentur ad ſemitas ueritatis. Et quia ſicut dolenter accepimus non ſolum in regno Boemiæ & Marchionatus dominijs ac locis ſupradictis uerumetiam in quibuſdam partibus & prouincijs contiguis ſeu uicinis eiuſdem etiam nonnullis ex ſectatoribus & ſequacibus hæreſum ac hæreſum hæreſiarcharum prædictorum timore diuino et pudore humano prorſus abiectis, nec de ipſorum ac præſertim Ioannis Husz & Hieronymi interitu miſerabili ſumentes pœnitentiæ & conuerſionis fructum, ſed tanquam in profundū preßi peccatorum dñm deū blaſphemare nō ceſſant, ducentes in irritum nomen eius quorum mētes pater mēdacij ſic damnabiliter excæcauit, ut prædictos libros codices et opuſcula hæreſes & errores continentes ſeu continentia dudū etiam per ſynodum præfatam damnatos ac dānata ac ignibus concremanda deputata & cōcremata legunt, ſtudent, ac ex eis in ſui & multorum ſimplicium periculum nedum contra ſtatuta decreta & ordinata in ſynodo ſupradicta, ſed etiam contra canonicas ſanctiones dogmatizare præ-

sumunt in animarum periculum ad puritatis fidei denigrationem & scandalum plurimorum. Nos *igitur attendentes quod error cui non resistitur, approbari uidetur, ac malis & pernitiosis erroribus huiusmodi resistere ac eos de medio Christi fideliũ & præsertim de supradictis* Boemia, et *mora uicedominijs & districtibus ac confinibus & uiciniæ eorum ne amplius & latius se extendant funditus euellere cupientes discretioni uestræ sacro approbante cõcilio constantiensi per apostolica scripta cõmittimus & mandamus quatenus uos archiepiscopi & episcopi ac electi ac q libet uerstrum per se seu alium uel alios quos graues et idoneas personas spiritualem iurisdictionem habentes esse uolumus oẽs & singulos cuiuscunq; dignitatis, officij præeminentiæ, status uel conditionis existunt et quibuscunq; nominibus censeantur, qui de præexcelso salutifero & supermirabili sacramento corporis & sanguinis domini nostri* Iesu *Christi uel de baptismate, seu peccatorum confeßione, pœnitẽtiæ pro peccatis monitione, uel relqis ecclesiasticis sacramentis, seu fidei articulis, aliter sentire aut docere, quã sacrosancta* Romana *ecclesia & uniuersalis docet, prædicat, & obseruat, aut articulos seu libros & doctrinas præfatorum hæresiarcharum* Ioan. Vuicleff, *&* Ioan. Husz, et Hieronymi, *per eandem constantiensem synodum cum suis authoribus, (ut prædicitur) damnatos & damnatas, tenere credere & dogmatizare, ac uitæ finem ipsorũ hæresiarcharum publice uel occulte pertinaciter quomodolibet laudare uel approbare præsumpserunt, eorumq; receptores defensores & fautores quoslibet etiam cõtemplatione prædictorum errorum, nec non credentes & ad hærentes eisdem, tanquam hæreticos iudicetis, & uelut hæreticos secu*

lari curiæ relinquatis. infra, præmißis articulis Ioan. Vuicleff et Ioan. Hufz subdit. Super præmißis autem articulis quilibet de eis suspectus seu in eorum apparitione deprensus iuxta modum interrogetur in primis & cætera inter alia sequitur interrogandus. Vtrum credat & teneat & asserat quod quodlibet concilium generale & etiam constantiēse uniuersalem ecclesiā repræsentet, Et utrum credat qd' illud quod sacrum constantiense, uniuersalem ecclesiam repræsentans, approbauit & approbat in fauorem fidei, & ad salutem animarum, quod hoc est ab uniuersis Christi fidelibus approbandum & tenendum, & quod condemnauit & condemnat fidei, uel bonis moribus contrarium, hoc ab eisdem esse tenendum pro condemnato credendum & asserendum. item utrum credat, qd' condēnationes Ioā. Vuicleff, Ioan. Husz & Hieronymi de Praga factæ de personis eorum libris & documentis per sacrum generale constantiense concilium, fuerint rite & iuste factæ; & à quolibet catholico pro talibus tenēdæ & firmiter asserendæ. Itē utrum teneat credat asserat Ioannē Vuicleff de Anglia Ioānem Husz de Boemia & Hieronymum de Praga fuisse hæreticos & pro hæreticis nominandos deputandos & libros & doctrinas eorum fuisse & esse peruersos propter quos & quas & eorum pertinatias per sacrum concilium constantiense pro hæreticis sunt condemnati. Infra. Itē utrū credat quod deliberato animo contemnens ritum ecclesiæ, ceremonias exercisimi & cathechismi aquæ baptismatis consecratæ peccet mortaliter. Item utrum credat quod post consecrationem sacerdotis in sacramento altaris sub uelamēto altaris sub uelamento panis & uini non sit panis materialis & uinum materiale, sed idem per omnia Christus,

Aduertant qui hæc legunt

qui fuit in cruce passus & sedet ad dexteram patris. Item utrum credat & asserat quod facta consecratione per sacerdotem sub sola specie panis tantum & præter speciem uini sit uera caro Christi & sanguis & anima & deitas & totus Christus. Ac idem corpus absolute & sub una qualibet illarum specierum singulariter. Itē utrum credat quod cōsuetudo cōmunicandi psonas laicales sub specie panis tātum ab ecclesia uniuersali obseruata & per sacrum concilium Cōstantiæ approbata sit seruanda sic quod non liceat eam reprobare aut sine ecclesiæ authoritate pro libito cōmutare et quod dicentes pertinaciter oppositū præmissorū tanquam hæretici uel sapientes hæresim sint arcendi & puniendi. Item utrum credat quod Christianus contemnens susceptionem sacramentorum cōfirmationis uel extremæ unctionis aut solemnizationis matrimonij peccet mortaliter. Item utrum credat quod christianus ultra cōtritionem cordis habita copia sacerdotis idonei soli sacerdoti de necessitate salutis confiteri teneatur & non laico seu laicis quantumcunq; bonis & deuotis. Item utrum credat quod sacerdos in casibus sibi pmissis possit peccatorē cōfessum & cōtritum à peccatis absoluere et sibi pœnitentiā iniungere. Itē utrum credat quod malus sacerdos cum debita materia & forma & cū intentione faciendi qd' facit ecclesia uere cōficiat, uere absoluat, uere baptizet & uere cōferat alia sacramēta. Itē utrū credat qd' beatus Petrus fuerit uicarius Christi habens potestatem ligandi & soluendi super terram. Itē utrum credat quod papa canonice electus, qui pro tempore fuerit eius nomine proprio expresso sit successor beati Petri habens supremam authoritatem in ecclesia dei. Item utrum credat authoritatem iurisdictionis papæ archiepi-

ſcopi & epiſcopi in ſoluendo & ligando eſſe maiorem authoritate ſimplicis ſacerdotis etiam ſi curam animarum habeat. Item *utrum credat quod papa omnibus Chriſtianis uere contritis & confeßis ex cauſa pia & inſta poßit concedere indulgentias in remißionem peccatorum maxime pia loca uiſitantibus & ipſis manus ſuas porrigentibus adiutrices, & utrum credat quòd ex tali conceßione uiſitantes ecclesias ipſas & manus adiutrices ei porrigentes huiuſmodi indulgentias conſequi poßint, &c.*

Eugenius 4 Eugenius papa. 4. Cum concilio Florentino. 2. Decretali, *quæ præcipit. 7. ſacramenta enumerat, & de euchariſtia ſic ſtatuit.* Tertium *eſt euchariſtiæ ſacramentum.* Cuius *materia eſt panis triticeus & uinum de uite cum pauca aqua.* Forma *huius ſacramenti ſunt uerba ſaluatoris quibus hoc ſacramentum conficit. Sacerdos enim in perſona Chriſti loquens hoc conficit ſacramentum.* Nam *ipſorum uerborum uirtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia uini in ſanguinem Chriſti conuertuntur.* Ita *tamen quod totus Chriſtus cõtinetur ſub ſpecie panis et ſub ſpecie uini.*

Nicolaus 5 Nicolaus. 5. *huic ſuccedit, qui inter miſſarum ſolemnia & ipſe coronatus eſt, atq; decurſo tempore inter eadem ſolemnia* Federicum *recentiorem huius nominis imperatorem coronat.*

Calixtus 3 Calixtus. 3. *Similiter dum deo miſſarum officia celebrãtur, & ipſe coronatus eſt in hoc. 15. Centenario.*

Pius. 2 Pius. 2. *in hoc. 15. centenario coronatur.* De *more dum deo miſſarum referuntur actiones. Hic conuentu* Mantuæ *habito ſolemnem diſputationem, de ſanguine Chriſti uero, cum multis doctißimis patribus* Theologiſq; *ſapientibus habuit. An uidelicet aliquid uerius Chriſti ſanguinis, poſt*

eius resurrectionem ascensumq; in cœlis, remanserit in terris, propter illum, quem martyr Longinus ex Iudæa Mantuam detulisse legitur uerum Christi sanguinem de crucefixo effusum corpore Christi atq; lenticula cõseruatum, qui & hodie cunctis pie deuoteq; christianis demonstratur in ecclesia sancta. Atq; matura deliberatione super hac re habita, cum fratribus suis. Tandem bullam edixit ueritatem hanc astruentem, indulgentiamq; illum pie colentibus continentem ualidissimam olim approbauit Christi sanguinem ob miracula ingentia, Leo ille sanctissimuus papa. 3. q Mãtuam è Roma proficiscitur, huius ueritatis noscẽdæ gratia, qui etiam Carolum magnum hac in re docet percupidum ueritatem nosce.

Paulus huius nominis. 2. & ipse ut sui prædecessores inter missarum cantica inthronizatur. Paulus. 2

Sixtus. 4. ordinis minorum. Sicut & cæteri dum colitur deus missarum obsequijs coronatur, qui & unus de disputatoribus maximus habitus est Mantuæ ueritatem Christi sanguinis naturalis, non tantum miraculosi comprobans in terra remansisse post Christi resurrectionem. Sixtus. 4

Innocentius. 8. coronatur dum missæ expenduntur solenia. Hic pmittit Nortuegiæ sacrificari eucharistiam solo pane sine uino, quod ob ĩmẽsa frigora aerisq; intẽperiẽ, uinũ ea regione ĩportatũ statim acescat. Innocẽtius uero. 3. de altaris mysterio sacro libro. 4. capitulo. 24. hãc causam disputat. an uidelicet aliquo casu posit panis consecrari, sine uino, neq; aliquid diffinit, licet. 2. opinionẽ uideatur nõ improbare. Cum tamen de integritate huius sacramenti. sit binaria consecrato panis. s. uiniq;. Nihilominus factum pleriq; opinantur hoc à Christo saluatore dũ cœnat in Emaus.

rogatus à discipulis.2. Atq; interstitio temporis medio, ut patet uinum consecratur post panem, quo intermedio, si impedimentum esset, panis quidem transijt in Christi corpus, uinum uero nequaquam consecrari poßibile esset. Tū quia conseruatur panis consecratus, minime seruato sanguine. Atq; in casu neceßitatis id idem fieri quidam putant, uidelicet non esset nephas à sacerdote quopiam, qui iam consecrasset de mane sub utraq; specie, sumpsissetq;, qui tamen ob infirmi uel plurium ægrotantium, uiaticum cōsecrandū iterum, ne sine uiatico eos decedere contingeret. Nam etiā inquiunt, execratio magna esset & sacrilegium, utranq; cōsecrare speciem nec tamen sumere utranq; sacerdotem, Sed iam sumptis utrisq;. unam consecrare utputa panem tantū nec sibi sed ægrotanti, porrigere in casu neceßitatis, nullū piculū imminere. ego aūt hæc dubia esse profiteor, de quibus suo loco dicemus. s. uia de sacrificio, hic nihil affirmo.

De.16. Centenario. Cap. 33.

Alexander.6. in hoc.16. centenario sedet, qui de more inter missarum solemnia inthronizatur.

Pius.3. huic succedit uir integritate uitæ rarus & uala de sublimis, qui paucis superuixit diebus nepos prioris Pij papæ.2.

Iulius.2. huic legitima electione succedit eius, nepos Sixti de ordine minorum, qui.4. huius nominis fuit. hic cōcilium generale Lateranense aperuit quod.14. in numero fuisse superius cōmemorauimus, quod complere nequiuit morte præuentus.

Leo.10. huic succedit sub quo.14. synodus quæ Lateranensis est à Iulio incepta contingit adimpleri sub hoc pontifice carnalis lasciuaq; & stolidißima impia

deo rebellis sanctæq; suæ ecclesiæ inobediens Lutheranorum hæreticorum secta exordiri cœpta est Martino Luthero obscuro homine, sed animali ĩpudico arreptitioq; instabiliq; authore, qui à suis uas & lux euangelica uoluit appellari. aptius ascita appellandus. i. uter mendacijs blasphemijsq; plenus, chimera hic propemodum fuit, quippe monstruosum genuit hæresum corpus plurimis capitibus exornatũ. prodierũt quippe ex hoc putrido Lanæ Zuingliani, qui & sacramentarij homines ĩpij & nebulones Anabaptistæ scelestißimi & uenefici, Malẽchonici, Bucherici, Baltaseritæ, Carolstaditæ, Dauitici, Sarteritæ, Caluinitæ, pluresque alij quorum capita diuersa, unũ tamẽ corpus Lutheranum sunt, horum omnium cauda una unusq; finis est fidem catholicam persequi, labefactare ecclesiam catholicam, euãgelium destruere ueritatem puram, animales homines, christianos germanos facere, pietatem latriamq; Christi dei de medio tollere, ut cito tota Germania (nisi deus præseruet) ad Mahometicam transeat sectam ducibus Lutheranis hæreticis.

Adrianus. 6. huic succedit.

Clemens. 7. hic ciuitate Bononia Carolum. 5. coronat imperiali Diademate magna lætitia paceq; totius populi christiani.

Paulus. 3. qui & concilium indixit generale in ciuitate Tridentina in qua & seßiones. 7. completæ sunt atq;. 7. Decreta de dogmatibus fidei moribusq; publicata sunt, contra Lutheranos, atq; in ea ciuitate per ãnũ unũ menses tres eadem synodus (quæ. 15. uniuersalis appellari debet) continuata est. Deinde neceßitate, ut dixerunt compulsi, ingruentis aeris, patres abiere Bononiam eo usq; illorum plu

rima pars, uacat Bononiæ cum legatis apostolicis. Sed quid factum fuerit aut futurum sit ignoratur.

Humilis Fratris Francisci Vita Polintij ordinis minorū Siculi de ciuitate Pactarum (quæ olim Tindaris) de iustificatione contra hæreticos & philosophos. Liber Tertius Explicit. Soli Deo honor & gloria.

FINIS.





